


13 68 E
11

BARTHOLOMAEI
MARLIANI PATRICII
MEDIOLANENSIS

Annales Consulum, Dictatorum, Censorumq;
Romanorum à condita Vrbe vsque
ad TI. Cæsarem.

Eiusdem in eosdem, ac Triumphos Commentarius.

Μαθεῖν σε χρὴ, καὶ οὐκ ἀλόγως δυσχεραίνειν

Bibliothecae Scr. Coll. Rom. Soc. Jesu.



ex legato ... Cocini

Τίς τοῦτο οὐκ αἰνέσει εἰ μὴ σκαιότατος.

ROMAE ex officina Antonij Bladi impressoris Cam. 1560.

PIO IIII. PONT. MAXSVMO

Marlianus Patricius Mediolanensis, S. D.





ORTALIVM *actiones* PONT. MAX. *cum plurimæ, uariæq; sint, quibus homo homini prodesse potest, & debet, tres tamen præcipue esse uidentur, quæ uiro ingenuo, excelsiq; animi, atque magnarum rerum cupido conuenire existimantur, scilicet* DEI *omnipotentis cultus,* Reip. *administratio, & bellorum cura. In has quàm religiose, quàm prudenter, quàmq; iuste prisci illi Romani incumberent, ex illorum historia, quæ tanquam humanæ uitæ speculum nobis exitit, facile intelligere possumus. sed longe facilius intelligeremus, si totam integram in manibus eam haberemus.* Verum *cum maior pars, tum hominum improbitate, tum temporis iniuria, interierit, quæq; supereslitem sit manca, multisq; erroribus contaminata; & multa exempla ad piè, beatéq; uiuendum spectantia amissa sunt, & reliqua pars tenebris obscurior reddita est. Cui quantum lucis attulerint fragmenta magistratuum* Romanorum *superioribus annis in* Foro *reperta, uix credibile erit, etiam uiris doctissimis, qui in illorum studio animos exercitatos non habuerint. Sed cum animaduertissem longe uberiores fructus percipi posse, si hi magistratus integri haberentur, conquisitis omnibus libris tam græcis, quàm latinis, qui ad rem pertinere uidebantur, cum supplendi laborem primus omnium suscepi. adieciq;* Commentarium *uberrimum, ut omnium, quæ de ipsis magistratibus scripsimus, rationem redderemus. Rem sanè ad tollendos multos errores apud uarios auctores, & ad ueram cognitionem historiæ* Romanæ, *non modo utilem, sed necessariam. Et licet annis iam decem hunc librum cum* Commentario *confecerim, tamen diuulgandum esse hactenus non sum arbitratus, tum ne, ut partum immaturum, illum intempestiue ederem, tum etiam quòd magistratus* Romanos *cum amplectatur, consentaneum erat, ut illis, qui omnium magistratuum* Imperium *tenerent, dedicaretur.* Verum *ne id facerem obstabat oratio sterilis & ieiuna. quia cum nulla familiaritas mihi cum illis unquam fuisset, uerebar in eorum laudibus celebrandis ne aliquid dicerem, ex quo mentiri, & adulari existimarer, quod cum omnibus turpe sit, uiro ingenuo turpissimum erat.* Tandem Beatiss. Pater *extitisti tu, cuius uirtutes penè innumerabiles, atque immortales cum optime norim, absque ulla assentatione possum eas probè commemorare. id tamen mihi faciendum esse non existimaui, pertimescens animo, ne illarum magnitudine, tanquam magnis fluctibus obrutus, succumberem, cum non eo ingenio me esse putem, neque ea doctrina, & eloquentia, ut illis meam æquare possim orationem, neque etiam locus id postulabat, ne in epistolam orationem includere uiderer. Possumus tamen breui periodo eas demonstrare, si dixerimus, omnes illas in te explendescere, quas* Cyro, *non ad historiæ fidem, sed ad effigiem iusti imperij descripto,* Xenophon *attribuit,*

Sed tamen prætereundum non est illud maximæ munificentiæ singulare exemplum, te Vrbe omnium rerum inopia ualde adflicta, pauperes ita subleuasse, atque aluisse, quòd nullus, ut olim, fame cruciatus se in Tiberim coactus sit præcipitare. Erat enim illis domus tua tanquam penus, præsertim Orphanis, quibus præterea semel (non audita loquor) auri coronatorum mille elargitus es. O miram, ueramq; liberalitatem, illis dare à quibus nullum commodum, nullam speres utilitatem. quod & Paullus apostolus testatur, cum inquit, Beatius est dare, quàm accipere. Meritò igitur PII nomen, his operibus iam diu partum, tibi sumpsisti. meritò & nos Sanctitati tuæ hos nostros labores dedicauimus. Quod munus licet pro tua Maiestate sit minimum, tamen tuæ humanitatis erit, non ipsum pusillum, sed animum datis spectare.



LECTORI.



CVM Annalium Consulum, & triumphorum fragmenta supplendi laborem susciperem, meum fuit consilium eum ordinem sequi, quem in marmore digestum inuenissem, neque Consulibus Triumphos immiscere, quod animaduertebam annorũ ordinem impediri, inexplicabilemq; fieri, & fastidium lectori præbere. Illud etiam nobis fuit curæ, vt iidem Annales, & Triumphi tot versibus, maioribusq; literis, vt in eodem marmore inscripti sunt, imprimerẽtur, quia multa sunt nomina, & vocabula quorum orthographia aliter demonstrari nõ potest. Et cum ii, qui historia delectantur, ex Liuio, Dionysio, cęterisq; auctoribus possint perpetuo ordine eã discere, nõ putaui operæpretium fore ipsius partem singulis annis frustra recensere. Non enim ex his Annalibus discenda est, sed eos cum Commentario in lucem dedimus, vt si quid in ipsa historia prætermissum est, hinc suppleas: si erratum, præsertim in prænominibus, nominibus, cognominibus, annorum numero, aut in rebus gestis, corrigas. Si quis historiam peruertit, aut in dubio versatur (in quibus omnibus Liuium quandoque peccasse deprehendimus) ad veritatis cognitionem peruenias. Quod autem dicimus ipsum quandoque errauisse, futuros scio qui in me clamitent, tanquam facinus indignum, quòd tam eximium auctorem reprehendere ausus fuerim: à quibus petitum, impetratumq; velim, vt considerent hunc cęterosq; scriptores homines fuisse, neque iis interfuisse, quæ literis mandarunt, verum ex priscis historicis, & annalibus ea sumpsisse, quẽadmodum nobis ab ipsis, veluti per manus tradita, sumere nunc est necesse. Quanquam ego neminem reprehendo, sed is, qui hos magistratus in ordinem digessit. cui, si audebunt, succenseant. Verisimile enim est, cum auctore Senatu, vel alio Principe, eos ordinarit, omnium historicorum, annalium, commentariorum quorumcunque magistratuum copiam sibi fuisse, non item Liuio viro priuato, præsertim quòd magno sumptu, atque labore tunc libri describebantur. Præterea nonne ipse Liuius sæpe testatur, non posse multa se pro certo affirmare, vt libro tertio, vbi sic inquit. Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pugnauerint, ceciderint'ue exacto affirmare. & quinto sic ait. In rebus tam antiquis si quæ similia veris sint, pro veris accipiantur. Septimo vero ita scribit. Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret, nunc famæ rerum standum est, vbi certam derogat vetustas fidem. De varia opinione auctorum quarto sic conqueritur. Cęterum in tam

discrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur. Et in fine vigesimi secundi. Mirari, inquit, magis adeo discrepare inter se auctores, quàm quid veri sit, discernere queas. Et sexto sic ait. Quinque libris exposui res cum vetustate nimia obscuras, veluti quæ magno interuallo loci vix cernuntur, tum quod perraræ per eadé tempora literæ fuere, vna custodia fidelis memoriæ rerum gestarum, & quod etiam si quæ in commentariis Pontificum, aliisq; publicis, priuatisq; erant monumentis, incensa Vrbe pleræq; interiere. His exéplis (vt alia multa omittam) intelligi potest, mirum non esse, si interdum lapsus est. Neque tamen eius historiam spreuerim: quinimmo anno Vrbis captæ pro eius laude & defensione quędam scripsimus in quendam, qui eum temere criminari ausus fuerat. Et quanquam in commentario nostro ostendimus annales marmoreos ab ipso interdum discrepare, ob id tamen non tolllimus, quin eam, quæ tibi placuerit, sequaris opinionem.



Voniam inter cętera maxime vtilia, quæ ex his Annalibus Consulum, atque ex nostro Cōmentario habentur, sciri potest quicquid singulis temporibus, & annis a' condita Vrbe vsque ad Ti. Cęsarem accidere: item cuiuscūq; rei annorū numerus, non erit ab re ostendere, qua ratione lector id consequi possit. In primis igitur vide quo anno Vrbis habetur, quod scire velis, deinde quot ab eo ad natalem diē Christi, qui fuit anno DCCL, intersint. postea vtrunq; numerum iunge. Exempli gratia. Bellum Punicum primū cęptū est anno Vrbis 486. a' quo ad natalē diem Christi intersunt anni 261. his cū annis natalis diei Christi iunctis erūt hodie anni 1821 ex quo id bellum initum est. Idem dicimus de omnibus bellis gestis. De natali die, & morte virorum illustrium, de ædificiis extructis, Ciuitatibus conditis, Coloniis deductis, item de Magistratibus creatis, triumphis actis, lustris conditis, ludis celebratis, & legibus latis. De Vrbe capta a' Gallis. De pontibus vi fluminis disiectis. De transitu Annibalis in Italiam. Quo anno Curcii, & Decii se deuouerunt, & Sulla Dictaturam cepit, & deposuit. quo tempore Cic. quasdam orationes dixerit, nonnullasq; scripserit epistolas. Sunt & alia plurima, quæ prętermimus: quia nimis longum esset, ea commemorare. Sed aduertendum quòd eadem ratione deprehenditur numerus annorum multarū rerum, quæ, non solum ab historicis, cęterisq; auctoribus, sed etiam a' poetis traduntur. prætereа quod in eadem re plures auctores citamus, vt si apud illos aliter legitur, atque nos legimus, ibi errorem esse scias.





OMANORVM Magistratuum hanc seriem nonnulli Fastos, alii Annales Consulum appellant: Qua ratione sane non video Nam cum singuli magistratus suos haberent annales, aut fastos, aut cõmentarios, in quibus quicquid gerebatur, tam foris, q̃ in Vrbe monumenti mandabant, non ego hæc nuda nomina annales, aut fastos appellarim. At ne longo verborum ambitu titulum exprimere cogar, Annalium vocabulo nunc vtar, idq; duabus literis. A. C. hoc est annales Consulum, significabo. Cur autem potius hoc, quàm fastorum nomine appellauerim, ratio est, quòd propius ad argumentum rei accedit, præsertim cum addiderim, Consulum, quasi singulorum annorum consulum narratio sit, quorum nomina in Annalibus scripta ostendit Liuius quarto, his verbis. Idq; momenti est, Consules illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inueniuntur. & infra scribit, quosdam annales veluti funestos nihil suggere, præter nomina Consulum, & nono de Pisone loquens, Memoriæ, inquit, ne fugerit in annalibus digerendis, an consultò binos Coss. falsos ratus transcenderit, incertum est. & alibi tradit Flaccum, Potitūq; varie in annalibus cognomen Consulis se inuenire. Quibus exemplis (vt alia plurima omittam) cum loquatur de Consulibus, cur non dixit aliquando, in fastis? vt quidam appellandos esse putant, ad idq; probandum citãt inter alia hoc Cic. exemplum. Iidem Consules, si appellandi sunt Consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis, euellendos putet. quod videtur reciprocum. Nam vbi dicit ex memoria, innuit illorum nomen ex serie consulum esse tollendum, & ex marmoribus abradendum: item ex fastis, vt eum nomine rerum gestarum pereat memoria. Præterea cum fasti à fando sint dicti, nullam prorsus cum nominibus consulum affinitatem habere videntur, cum titulus ea potissimum ratione operibus præponi debeat, vt indicet, quid in illis contineatur. Ideo annales consulum, potius quàm, vt diximus, fastos, appellandos esse censemus. Quibus autem fastos vocare placet, consentaneum erat illorum definitionem ponere. sic enim intelligeremus, quid proprie sint fasti: & an illorum exempla, quam habent opinionem, probare videantur. Siquidem auctores, maximeq; poetæ proprium vocabulum non habentes, improprio abuti sæpe coguntur. Nemo enim est qui nesciat, fastos esse libros Prætorum, vt annales Pontificum. Ideo hos magistratus, Seriem aut græco vocabulo catalogum, forsan rectius vocaremus. Sed hæc lectoris iudicio relinquimus.

BARTHOLOMAEI MARLIANI. EQVITIS

DIVI. PETRI. ANNALES. CONSVLVM

DICTATORVM. CENSORVMQ. ROMANORVM. A'. CONDITA

VRBE. VSQVE. AD. TI. CAESAREM

EIVSDEM. IN. EOSDEM. AC. TRIVMPHOS. COMMENTARIVS





ROMVLVS. MAR. F. ALTELLVS.	REX. REGNAVIT.	ANNOS	XXXVII
INTERREGES. REGNARVNT.		AN.	I
NVMA. POMPILIVS. POMPONIS. F. SABINVS.	REX.	AN.	XLIII
TVLLIVS. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N	REX.	AN.	XXXII
ANCVS. MARCIVS. NVMAE. F. M. N.	REX.	AN.	XXIIII
L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. PRISCVS.	REX.	AN.	XXXVII
SER. TVLLIVS.	REX.	AN.	XLIIII
LVSTRVM. FECIT. PRIMVM.	II.	III.	IIII
L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N. SVPERBVS. REX.		AN.	XXV



OMVLVM *Martis filium fuisse tradit Patereulus, & aui iniurias ultum Parilibus, hoc est XI. K. Mai, quo die sacra Deæ Palis celebrabantur, Romam in Palatio condidisse: post Troiam captam annis CBXXXVII, non CDXXXIII, ut scribit Diony. & Solinus, qui tamen aliorum opinionem reprobant, & certis argumentis quam ipsi habent, confirmant. Numen Romulo à pastoribus inditum esse refert Plin. quod lupa ipsum nutriens rumen, mammam tunc uocatam, ei præbuerit. Prænomen autem nullum habuit. Nam apud pastores, ut apud Græcos, simplicia erant nomina, nullàque consuetudo, aut regula nominum, prænominumúe seruabatur. quod testatur Appianus in Lybica historia; ubi inquit. Quæ Romanis fuere nomina refero, olim quidem unum duntaxat singulis, ut cunctis mos est hominibus, erat nomen. deinde assumpsere duo, nec multo post tertium in uirtutis, passionisq; cognomen imponi cœptum. Adultas ipse Romulus dictus est Altellus, quod ei cognomen fuisse innuit Sex. Pom. Quirinus etiam uocabatur, quod cognomen, ut inquit Plut. martium, & bellicosum quidam referre existimant. Huius imperij anno primo, uel, ut Eusebius scribit, tertio: ut uero Diony. ex Cn. Gellio quarto, raptæ sunt Sabinæ. Idem Plut. tradit quarto mense post urbem conditam XIII. K. Sept. auctore Fabio raptas esse. T. Tatius deinde, fœdere cum ipso Romulo icto, quinq; annos simul dominatus est. Sed Romulus cum septem & triginta regnasset annos, Nonis quinctilibus mortis diem obijt. ex quo apparet, ultra dictos annos, dies LXXVII plus regnauisse. Macrobius tamen in somnium Scipionis XXXII annis tantum dominatum esse, sic prodit. Peracti enim fuerant, cum Scipio in Africa militaret à discessu Romuli anni DLXXIII. Anno enim ab urbe condita DCVII hic Scipio deleta Carthagine triumphauit. ex quo numero annis remotis XXXII regni Romuli, & duobus, qui inter somnium, & consumatum bellum fuere, DLXXIII à discessu Romuli ad somnium usq; remanebunt. Si ab urbe condita hanc Macrobij supputationem accipimus, cum cæteris auctoribus conuenire inueniemus. Verum annos quinque Romulo detractos alicui ne Regum addere, aut consulibus, quàque ratione,*

planè fateor me nescire. Nisi uelimus Macrobium annos, qui tempore Romuli X mensium tantum erant, XII. effecisse, illosq; ipsi Romulo subtractos dispensauisse. Quam opinionem non probo, quia ab A. C. eam ualde discrepare inuenio. Quod autem scriptores in numero annorum inter se discrepent, ratio est: quia alius alio anno ipsam vrbem conditam esse opinatur, quódque plerique omnes annos, quibus fuere Dictatores sine Consulibus, prætereunt. Varietas etiam temporum ineundi Consulatus unius anni saltem errorem creauit.

38 *A discessu Romuli ad Numam annum intercessisse asserit Liuius, & Diony. qui sic inquit. Anno sequenti nullus Rex creatus est Romanorum. magistratus uero quidam, quem interregnum uocant, reip. gerebat curam. Interregnum, ut scribit Sex. Pom. appellatur spatium temporis (quod quinque dierum fuisse ait Liuius libro nono) quousq; in locum Regis mortui alius ordinetur. At tempus etiam, quod intercedebat à fine ueterũ Coss. ad initium nouorum, interregnum dicebatur, & Interrex is, qui interim Comitiorum habendorum caussa creatus erat. idem Liuius quarto. Cùm, inquit, S. C. fieri TR. Pl. non paterentur, ijdem intercederent consularibus Comitijs, res ad interregnum redijt. Interreges aliquando duo, uel etiam plures creabantur, si primus creatus Coss. non declarasset. Eueniebat autem interregnum aliquando pestilentia, ut idem Liuius eodem libro testatur: interdum seditione, nonnunquam morte utriusq; uel alterius Consulis, uel quod uitio creati, uel quod ex competitoribus aliquis de ambitu erat postulatus. ut ad Quintum fratrem testatur Cic. his uerbis. Opera datur: ut iudicia ne fiant, res uidetur spectare ad interregnum. Coss. comitia habere cupiunt, rei nolunt.*

39 *Numam esse Pompilij prænomen quidam uolunt. Sex. Pom. Binominus, inquit, cui geminum nomen; ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius: Erat Numa Pomponij filius, ex quatuor fratribus natu minimus. Quidam aiunt habuisse filios quatuor, Pomponem, Pinum, Calpum, Mamercum: & ab his Pomponios, Pinarios, Calpurnios, Mamercios fluxisse. Ex uerbis Sex. Pomp. apparet Numam, et Tullum non esse prænomina, eademq; ratione, quam de Romulo diximus; uerbis que Appioni corroborauimus. Idq; etiam conijcimus, quod filij Numæ alijs, uarijsq; quàm familiæ nominibus à Dionysio appellantur. Ideo errant, qui Numam, ut Ancum, Aruntem, Volusum; Drusum, Faustum, Iulum, Mamurium, & alia quædam cognomina, putant prænomina esse, dicuntq; quando cognomina nomini præponuntur, fieri prænomina. Quod est dictu hominis ualde imperiti. Nam multa nomina duo prænomina habere inuenirentur. Exemplum pono, Cic. ad Att. ait opus esse aliquo Ahala Seruilio. Si Ahala prænomen efficitur, Seruilius duo prænomina habebit, Nam C. Seruilius uocabatur. Hic autem loquendi modus fit ornatus, declarationis, differentiæ, uel breuitatis caussa, ut alibi tetigimus. Opinionem autem illorum, qui ut prænomina accipiunt, quæ nos cognomina esse dicimus, multis exemplis refellere possemus, sed unico contenti nunc erimus, quod in marmore habetur anno CCCXLIX huiusmodi, C. VALERIVS. L. F. VOL. N. POTITVS. VOLVSVS. Quid enim imperitius, quàm uelle aui prænomen in eodem exemplo, esse etiam nepotis cognomen. Sed cum hi de prænomine, nomine, & cognomine scribere concupiscerent, animaduertissentq; me eam rem, non prius intellectam, exacte declarauisse, seq; meam opinionem, ut uerissimam, sequi oportere; ut furtum tegerent, huiusmodi plura, multaq; extra rem addere conati sunt. Obijt Numa anno urbis LXXXI.*

82 *Tullius Hostilius. huius auus bello Sabinorum cecidit, relicto filio, ex quo Hostilius rex natus est. uide Macrobium. & Sex. Pom. qui sint Tullij. Huius imperij anno sexto Alba solo æquata est, eoq; regnante Archilochum fuisse poematis clarum scribit A. Gellius. Mortuus est autem Hostilius anno urbis CXIII.*

114 *Ancus Marcius. Marciorum familia Romæ complures ex patricijs edidit viros illustres, ex quibus Marcius Numæ nepos ex filia extitit, qui post Tullum Hostilium regnauit, auctor Plut. in uita Coriolani: qui in Numæ de auo, & patre ipsius etiam meminit. Sed quod puter prænomine Numæ appellaretur, non Liuij, sed Cornelij Taciti, ut suspicer, me mouent uerba. Ancus anno urbis CXXXIII. Ostiam vrbẽ cõdidit. Ancus is dicitur, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit, auct. Sex.*

138 *L. Tarquinius DAMARATI. F. Quanquam Δημάρατος græcum nomen est, & η tam in e, quàm in a uerti potest. ut ἑλένη Helena. Tarquinius dictus est Priscus, quia prius fuit quàm Superbus, inquit, Sex. Pom. cui assentitur Diony. & Laurentius Valla, scribens nomen Prisci, non à sui temporis hominibus, sed à posteriori sæculo Tarquinio inditum esse. Liuius autem cognomen Prisci ei fuisse inditum iam tum, quum primum uenit in urbem, aperte ostendit. & sic prius, quàm Superbus nasceretur. Anno XIIX. imperij Prisci Camerina vrbs condita est, & eodem regnante Mediolanum à*

Gallis. Idem Priscus anno vrbis, CLXXIV. occisus est. Lucius prænomen est eius, qui lucis initia natus est. Var.

175 Ser. Tallias. Diony. ait Seruiam esse nomen appellatiuum à fortuna, & esse proprium, ac Tallium cognomen. Eum aatem errare intelliges, si mentem adhibueris ad ea, quæ de prænomine, nomine, et cognomine alibi tradidimus. Est enim Tullius proprium nomen, quod nemini conuenit, nisi ei, qui ex eadem familia natus sit, & Ser. prænomen. quod cum, ut cætera prænomina, omnium familiarum nominibus præponi possit, nullum est nomen eo magis commune, & appellatiuum. Seruius igitur cognomine carebat. Hic Censum instituit ex quo belli, pacisq; monia, non airitim, ut antea, sed pro habitu pecaniarum fierent. Lustrum, ut testatur Valerius Max. quater condidit, qaibus autem annis plane non constat. Cumq; tunc certum tempus condendi non esset, existimandum est, prout opportunom ei videbatur, illud condidisse, & fortasse omni decennio, habita ratione annorum XLIIII. quibus regnauit. Quod aatem non solam regam, sed ne Consulum quidem tempure, ad multos annos, lustri candendi certum non esset tempus, ex eo apparet, qaia à primis Consulibus ad annũ XXXIIII, qao in marmore babetar LVSTRVM. F. VIII, tria tantum lustra inserenda sunt, cum sex saltem esse deberent. si qointo quoq; anno factam esset, ut omittam annos XXV principatos Tarquinij Superbi, quibus, ut ait Diony. Censaræ intermissæ sunt. Ideo absordum est dicere ipsum Ser. Tullium post primum lustrum reliqua tria quinto quoq; anno condidisse: quia cam à Lastro qaarto ad finem aitæ ipsius supersint anni XVIII. uideretur interim id facere neglexisse, qaod non est uerisimile. De lustro sic Liuius. Ser. Tullios edixit, ut omnes ciues Rumani equites, peditesq; in suis quisque centurijs in campo Martio prima luce adessent, ibi instructum exercitum omnem sue, oue, tauro Cæsis lustrauit, idq; conditum lustrum appellatum, qui in censendo finis factus est. Millia octuaginta eo lustro ciuum censa dicantur. eadem ferè à Diony. traduntur. Ex eodem & Liuio qaidam longos paginas de censu, alijsq; rebas ad rem parum pertinentibus sumentes, in suos factoram commentarios transportarant, in ijsq; lectorem admonent, etiam infantes censos esse, tanquam rem nouam ex aliquo sacrario ab ipsis nunc deprumptam. Quodq; sciri ualde expediebat, caassam scilicet, non adijciunt, quam eam esse inuenio. Ideo Censos esse, non ut tributa penderent, sed quo rei frumentariæ præfecti ex hominam nomero darent operam ne frumentum deesset, ex coius inopia pestilentia sæpe oriri animadoertebant. Nam, at inquiunt Græci, λιμὸν μετὰ λοιμόν. pestis post famem. Occisus est aotem Ser. Tullias anno orbis CCXIIX.

219 L. Tarquinius Superbus. Hic L. Tarquinios, inqait Liaius, Prisci Tarqoinij regis filius, nepos ne fuerit, parum liqaet, pluribus samen aactoribas filium crediderim. Quam opinionem sequitur A. Gellius, qui libro XVII. Sic inqait. Pythagoras Samius in Italiam venit Tarqainij filiò regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit. Animaduertimus etiam ex fragmento triumphi ipsius, fuisse Damarati nepotem. Diony. autem L. Pisone auctore, L. Tarquinij Prisci nepotem, non filium, faisse asserit. quam opinionem Valla etiam maltis uerbis comprobare frustra conatar.

Regnatum Romæ, inqait Liuius, ab urbe condita ad liberatam, annos CCXLIIII. Eusebius uero scribit, Romanorum Reges à Romulo ad Tarquiniam Saperbam annos CCXL. tantum regnauisse; quamq; mox subdit, at qaibusdam placet CCXLIII. quæ opinio com Eutropio, Solino, Orosio conuenit, &; ut ex triumphoram ordine facillime conijcere licet, cam marmorum inscriptione. Nam si à Posłumij ouatione, acta anno arbis CCXLVII, retrogradiaris, onno CCXLIV. primos Coss. creatos esse inuenies, non sequenti, ut Liuius & Diony. produnt. Hoios autem differentiæ caussa est, qaod Reges non ita certos, & præfinitos annos regnarunt, quin oliqui (ut Romulus) aliquot menses, & dies excesserint, quos Liuias, & Diony. pro anno computantes Tarquino Prisco attribuisse aidentur. Alij uero. quia integrum annum non perficiebant, omisisse. idque innuit idem Liaius, cam ait, ipsum Priscum annos XXXVIIJ sed non integros, regnauisse. Illud etiam animaduertendum quod cum asserat Xuiros trecentesimo altero anno creatos esse, apparet, unico anno tantum à marmorum inscriptione discrepare. & tamen apud ipsum tres annos oidelicet CCXLVII, quo SP. Larcius, & T. Herminius: & ann. CCLXIII. cum sequenti, qaibus idem Larcius, com Q. Sulpicio, & C. Iulius cum P. Pinario Consules fuere, deesse uidemus. Quorum unum sponte præterijsse existimandum est, reliquos librariorum incuria desiderari. Qaod si omnes tres inseris, & primos Coss. ab anno CCXLV. auspicatus fueris contra marmoream supputationem, inuenies X uiros anno CCCIII, creatos esse. Si autem uis Priscum XXXVII annos regnauisse, & primos Coss. anno urbis CCXLIIII. creatos esse, tres anni tam apud Liuium, quàm apud Diony. recte compotabontur. Neq; alia melior est ratio ut huiusmodi anneram

supputatio cum numero triumphorum, quadrare possit. quanq; ipse Diony. menses quatuor deficientes illi anno, quo Superbus pulsus est, in insequentem transferens, & mẽsium XVI eum fuisse uolens, contrariam opinionem sequi uidetur. Verum cum Liuius fateatur in tanta uetustate rerum difficile esse quicquam pro certo affirmare, præsertim magistratibus à primis auctoribus aliter ab alijs ordinatis, satius esse duximus triumphorum numerum sequi, quàm in uaria, dubióque scribentium opinione uersari. De mense, & die quo primi Coss. magistratum inierunt, auctores itidem ualde discrepant. Nos omnibus quæstionibus, & coniecturis omissis, dicimus mense Iunij iniisse, propter uerba Macrobij quæ ex primo Sat. sunt hæc. Nonnulli putarunt Iunium mensem à Iunio Bruto, qui primus Romæ Cos. factus est, nominatum: quod hoc mense, idest K. Iunijs, pulso Tarquinio sacrum Carnæ Deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Cui Liuius assentiri uidetur, qui tradit in agro Tarquiniorum tunc fuisse segetem farris maturam messi. A quo autem mense annus tunc auspicaretur, plane non constat, nisi quod Diony. ait, ipsos Coss. consulatum iniisse quatuor mensibus illi anno deficientibus. Qui si adunguem numerum est executus, innuit Octobrem initium anni tunc fuisse. item libro sexto vbi ait, Cassium & Cominium K. Sept. Consulatum iniisse citius, quàm alij consueuerant. Liuius non prius de anni principio facit mentionem, quàm anno vrbis CCXC Aebutio, & Seruilio Coss. Quod si vterque vera dicit, apparet intra annos XXVIII hanc mutationem factam esse. & ex verbis eiusdem Liuij insequentibus etiam annis sæpe accidisse. Qui aũt VII K. Martij Tarquiniũ ex vrbe pulsum esse tradũt, dũ malunt absurdas quasdam coniecturas, quàm priscorum auctorum opinionem sequi, in multos errores cecidisse deprehenduntur. Etenim quid imperitius quàm tradere, plura, & diuersa fuisse regifugia? & non addere quæ, & quando fuerint? sed postea de duobus tantum disputare, quorum alterum fuisse uolunt eo die, quem diximus, ad idq; probandum citant quædam Ouidij carmina, quæ nullam prorsus de duobus regifugijs mentionem faciunt, neq; de die quo alterum fuerit. cũmq; locum non intelligant (more imperitorum vbi se explicare nequeunt) Ouidium errauisse dicunt, vt etiam de Macrobio. Subijciuntq; quasdam rationes, quæ non Macrobij errorem, sed illorum inscitiam potius demonstrant, ex quibus hæ sunt. Quod de regifugio non loquitur, neq; de tempore, & die, quo id fuerit, ideo falsum esse quod ait Iunium mensem à Bruto appellatum, quod K. Iunijs regem vrbe exegerit. Et quis est adeo literarum expers, qui affirmare audeat istorum rationes comprobare; Macrobium errauisse? Quinimmo ipsos hallucinari aperte ostendunt. Nam cum dicit K. Iunij nonae diem demonstrat? addensq;, Pulso Tarquinio, regifugium? ob idq;, non ob sacrum Carnæ Deæ factum, Iunium appellatum? Vides quàm improbe, & imperite auctorum verba interpretantur, quàmq; arroganter eas reprehendere audeant? Sed quia angustijs locorum pro integris dictionibus, literis singularibus, vel syllabis, vt est in marmoribus, vti, aliquando necesse erit, quæ lectorem dubium reddere possent, operæpretium fore arbitrati sumus, eas interpretari. ad quam interpretationem, si opus erit, confugere poterit. Sciátque vocabula, & nomina maioribus literis impressa castigationes esse errorum, qui apud varios auctores inuenti sunt: Nos'que vsos esse ex bibliotheca Vaticana duobus codicibus Liuij manu scriptis, quos, vbi necesse est, duabus his literis, C. V. citamus.

CONSVLES. DICTATORES. ET. CENSORES

CCXLIV	L.IVNIVS.M.F.	BRVTVS.IN.PROELIO	L. TARQVINIVS	COLLATINVS
	OCCISVS.EST.IN.EIVS.LOC.FAC.EST		COACTVS.ABD. IN. EIVS.LOC.F.E	
	SP.LVCRETIVS	TRICIPITINVS	P.VALERIVS.VOL.F.VOLVSVS.QVI	
	IN.MAG.MORTVVS. EST. IN.E.L.F.E		IN.HOC.HONORE.POPLIC.APPEL. E	
	M.HORATIVS	PVLVILLVS		
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.II	T.LVCRETIVS.	TRICIPITIN.L.F.V
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.III	M.HORATIVS.	PVLVILLVS. II
	P.LARCIVS.	FLAVVS	T.HERMINIVS.	ESQVILINVS
	M.VALERIVS.VOL.F.	VOLVSVS	P.POSTVMIVS.Q.F.	TVBERTVS
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.IV	T.LVCRETIVS.	TRICIPITINVS.II

244 L. Iunius. Hunc Marci filium fuisse, tradit Diony. Nepos uero de illustribus viris, Brutum appellatum ob stultitiam, quam simulauerat. Brutus pridie K. Martij in bella cecidit, ut scribit Plut. in Poplicolæ uita, in quo ipsum erranisse quidam opinabatur, ea ratione quod in eo consulatu multu gessit, quæ spatia quinq; dierum nullo modo fieri potuernnt. Sed non animaduertunt eum annum sexdecim mensium fuisse, vt ait Diony. Brutumq; potuisse pridie k. Martij occidi, & suffectos trium & amplius mensiũ interuallo bella, quæ instabant, conficere. Ideo inscite & temere Plut. reprehendunt. Quanquam etiam non concedo, quod aiunt, mensem Martium anni prencipium tunc fuisse, quia nemo est, qui id aperte tradat. LOC. FAC. locum factus est. ABD. abdicauit. VOL. volusi. MAG. magistratu mortuus est in eius locum factus est. POPLIC. Poplicola appellatus est. SP. Lucretius. Apud quosdam auctores non inuenio Lucretium Cos. inquit Liuius. VOLVSI, non volesi. POPLICOLA, non Publicola. Nam à popula, quem colebat, & in cuius fauorem quasdam leges tulit, id cognominis ei inditum esse testatur idem Liuius. Plut. Publicolam appellatum tradit, quod publica ederet. Quæ etymologia iuxta vocabuli significatum vera est: sed falsa si Paplicolam, vt est in marmare, legas. Idem subdit. Quod nomen in posterum dimissa priare vsurpatum est. priare hoc est Volusi.

Sed cum in vna, eadem'que familia plura inueniantur cognomina, eaq; lectoris animum suspensum quandoque reddant, cum is filium alio, quàm pater, Neputem alio, quàm auus, appellari inuenit, non erit ab re ostendere, quo modo prisci ijs vterentur. Sit exemplum Valeriarũ familia. M. Valerius igitur Volusus filios habuit Publium, Marcum, Manium, & Lucium: qui cognomine patris vtebantur: sed nouo acquisito, illud omittebant, ideo Publius, & Lucius, hic Potiti, ille Puplicolæ adeptus, Volusi'nterque reliquit. Sic Marcus, & Manius Maximi cognomen adepti, eòsque secuti sunt posteri, vt M. Valerius Coruus, M. Valerius Messalla, M. Valerius Læuinus. Verum quia ex eodem patre plures filij, ac nepotes interdum nascebantur, & duo, vel etiam tres, eodem erant prænomine, differentiæ caussa aliquis ipsorum duobus cognominibus appellabatur. vt Potitus Volusus, Potitus Poblicola, Maximus Messalla. aut patris, vel aui prænomine distinguebantur. exemplum habetur in marmore anno vrbis DLXXIIX huiusmodi, M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS: & anno DXCV, hoc, M. AIMILIVS. M'. F. M'. N, LEPIDVS. Quod diximus de Valeriorum familia, sic de alijs intelligendum est.

Cum hoc anno Consules primum creari cœpti sint, ab re non erit, si de ipsis pauca quædam locuti fuerimus: quo sciri possit ubi, & qua caussa crearentur, quo tempore magistratus inirent, & quædam alia ad historiæ fidem non inutilia. Consul, inquit Varra, nominatus, quod consulere populum, & Senatum debet. nisi illinc potius vnde Actius ait in Bruto, Qui recte consulat, Cos. fiat. Propterea aliqui quod plurimum reip. consulerent Consules appellatos esse volunt. idq; innuit etiam Liuius libro XLII ubi sic inquit. Euntem Consulem prosequantur. Contrahit enim non officij modò cura, sed etiam studium spectaculi. vt videant ducem suum, cuius imperio, consilioq; summam reip. tuendam permiserunt. Sed hæc ad ea, quæ foris gerebantur, spectare videntur: quia in vrbe reip. curam gerebat Senatus. Qui tamen in rebus difficillimis iubebat ipsos Coss. videre, ne quid detrimenti resp. caperet. Creabantur autem in Campo Martio comitijs centuriatis. & interdum ab altero Cos. comitia habente, vt testatur idem Liuius XXXVIII. Prius non nisi ex patricijs. Lege deinde Licinij Stolonis ex plebe etiam creari cœpti sunt. qui comitia habebat, Consul creari non poterat. Per gradus autem consulatus petebatur. quod ostendit Liuius lib. XXXII his verbis. Tribuni plebis T. Quinctium Flamininum Consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturam'que fastidiri: nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles homines tendere ad Consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare. Hoc ait, quia post quæsturam sequebatur ædilitas, deinde prætura, postea Consulatus. sed ita ut inter oẽs hos magistratus, bienniũ interesset. Maior Cos. L. Cæsar putat dici, vel eum, penes quem fasces erant, vel eum, qui prior creatus erat. Creandorum autem Consulum caussam eam inuenio, vt ea iure, quo Reges solebant, remp. administrarent: ijs'q;, vt Gellius testatur, bella mandabantur. Consulatus autem varijs temporibus, varijs mensibus inibatur. mense Martij, Maij, Quinctilis, Sextilis, & Decembris. Liuius, Omnium, inquit, primum eam rem idibus Martij quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius Cos. retulit. & Alibi, Idus tum Maiæ solennes ineundis magistratibus erant. Et rursus alibi, L. Aemilium, & C. Plautium. K. Quinct. Consulatum inijsse commemorat. De Sextili libro tertio sic meminit. Creati Coss. L. Aebutius, P. Seruilius K. Sextilibus, vt tunc principium anni

agebatur. & quinto de decembri sic inquit. At enimuero Sergius, & Virginios negare se, ante idus Decembris solennem ineundis magistratibus diem, honore habituros esse. K. deinde Ianuarij institutum est vt Coss. magistratum inirent, post vrbem conditam annis circa DC, quod ex eodem Liuio libro XLIII coniicere videmur: item ex Dione, atq; ex epistolis Cic. ad Att. multis in locis: & ex Paterculo, qui sic inquit. Marius soperato Iugurtha; designatusq; iterum Cos. in vrbem reuersus secundi Consulatus initio. K. Ianuarij eum in triomphum duxit. Varietas autem temporis ineundi Consulatus eueniebat, quia seditione, aliáue caussa comitia impediebantur. quod ostendit Cic. primo ad Att. vbi inquit. Comitia ad VI. K. Sextilis dilata sunt. Et ad Quintum fratrem scribit, Comitia in mensem Septembrem reiecta esse. Vrgente autem necessitate eo die, quo creati erant, inibant. vt tradit Liuius nono. &, vt aoc est Macrobios, Lauinij Penatibus, & Vestæ rem diuinam faciebant. Annuum autem consulatum fuisse, idem Liuius bis verbis testatur. Denos, vicenosq; dies qoidam Dictaturam: nemo plus, quàm annuum, Consulatum gessit. Coss. pari erant potestate, tamen prior creatus, aetatèque maior Comitiorum dicebat diem, priorq; fasces summebat, licet hic mos, sicut ordo rogandi in senatu sententias, variarit, vt scribit Gellios secundo, & quarto. In rogandis autem sententijs vt in principio institutum, sic toto anno seruabatur. Duodecim autem fasces alternis diebos Consulibus attributæ, verberandi, occidendiq; potestatem significabant. qoonq; in ciuem Romanum id facere eis non permittebatur, licebat tamen in carcerem ducere. Fas autem erat illis, quotiescunque visum esset, Senatum habere. Sed exercitum scribere, legiones supplere, nauos reficere, earumq; numerum augere, loca publica ædificare, instaurare, atq; alia huiusmodi, iniusu Senatus facere eis interdictum erat. Idq; innuit Liuios bis verbis. Senatus liberam potestatem Coss. fecit, & supplendi vnde vellent, & eligendi de omnibus quos vellent, permutandiq;, & ex prouincijs, quos è repub. censerent esse, traducendi. Quod autem tradit, lege cautum fuisse, ne intra decennium idem Cos. refici posset, hoc perpetuo non esse seruatum, ostendunt. A. C. in quibus inter alios habetur L. Papirius Corsor spatio annorom septem ter Cos. Vnicus aũt Cos. esse nõ poterat: propterea altero uitio creato, aut defuncto, superstiti collega sufficiebatur: Vtroq; mortuo per interregem, nouorum Coss. creandorum caussa, comitia habebantur. Vbi vero Coss. bello, abesse non poterant. Dict. dicebãt, qui Consularia comitia haberet. Liuius nono, Dictatorem, inquit, idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, com Mag. Eq. P. Decio Mure. ab ijs, propter qoæ creati erant, Comitia Consularia habita: quia neuter Cos. poterant bello abesse. Illud autem non est prætereondum, qood quidam dicont, Consules scilicet primum Prætores, deinde iudices, et nouissime Consules appellatos esse, idq; vt confirment, inter alios auctores, citant, Sex. Pom. qui sic inquit: Initio Prætores erant, qoi nunc Consules. quæ verba, vt aliorum auctorum, parum intellexisse mihi videntur. Non enim Sex. Pom. significat Consules primum Prætores nominatos esse, sed Prætoris nomen prius fuisse, quàm Consulum. Nam Reges soos duces, qui bella administrabant Prætores vocabant. quorom locum Consules postea obtinuerunt. Sed consequens fuerat, vt qui aliter sentiont, quàm nos, ostendere, qoo anno primum Prætores, quo Iudices, quòq; Consules appellati sint, quod eos ignorare scio. Neque enim quæ falsa sunt, certa ratione probari possunt. Sed de Coss. hactenus. Spurius autem is dicebantur, qui incerto patre natus erat.

245 P. Valerius, T. Lucretius. Hunc filium crediderim eius Lucretij, qui in marmore anno CCXCI descriptus est. Et ne qois decipiatur velim sciat, de prænominibus patris & aui me ea tantum affirmare, quæ certis auctoribus, & marmorum inscriptione vera esse, probari possunt, Quæ vero in commentario ex coniectura adijciuntur, in medio relinquo. Ea enim apposui, vt lectori veriora inquirendi præberem occasionem. His Coss, nihil gestum aliud memoria dignum, quàm quod censuræ factæ sunt, & constitutiones conferrendorom tributorum in bella, vt Tullius Rex lege sanxerat, quæ per omne tempus Tarquinij principatus intermissæ fuerant, & tunc primum ab his viris renouatæ. ex quibus qoidem eorum, qui in pubertate essent Romani inuenti sunt CXXX millia nuc. Diony. Quibus verbis coniicimus lustrum etiam esse factum. De quo tamen Liuius non meminit, nec mirum, quia rarissime de illo, & Censoribus loqui solet. Sed cum in marmore anno vrbis CCLXXIX. Sit LVSTRVM. F. VIII. & Ser. Tullius omnium primus, vt diximus, quater illud condiderit, in qoos annos reliqui, quæ interim facta sunt, reijciemus, quàm in illis, quibus censum actum esse Diony. tradit? De Lustro Var. Sic, Lustrum nominatum tempus quinquennale à luendo, hoc est, soluendo. quod qointo quoque anno vectigalia, & vltro tributa per Censores persoluebantur. At quidam putant lustrum esse spatium quatuor annorum tantum, existimantes Romanos olympiadum Græcorum imitatione id instituisse. Quæ opinio insulsa est.

Romani enim, nisi necessitate coacti, exterarum nationum mores imitari non solebant. Lustrum ex se excogitasse ostendit Vocabulum, nullam cum olympiade habens affinitatem: præterea etymologia, & actio valde est diuersa. Quis est insuper adeo pingui minerua, qui existimet per quinquennale tempus Var. quatuor annos intellexisse, præsertim cum addat. quinto quoq; anno. Sed isti quinto anno inquiunt incœpto, non exacto. quam interpretationem falsam esse ostendit Ascanius in diuinat. vbi sic inquit. Censores expleto quinquennio vrbem lustrabant. Liuius etiam tertio lustrum quinque annorum spatium esse innuit. his verbis. Is metus perculit, vt scribi militem Tribuni sinerent, non sine pactione tamen, vt quoniam ipsi quinquennium elusi essent, paruumq; id plebi præsidium foret, decem deinde TR. PL. crearentur. Mox subdet. Pudere se numeri sui nequidquam aucti, si ea res æque sua biennia iaceret, ac toto superiore lustro iacuisset. Lustrum vocat, quod quinquennium dixerat. Plut. in vita Crassi, Cæsari, inquit, imperium in lustrum alterum prorogauere. Cæsarem enim per decem annos Galliam sua imperio obtinuisse testatur Appianus, Et Cic. VII. ad Att. his verbis. Sera enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Præterea A. C. à lustro ad lustrum quinq; annos interpositos habent, & anni XL. Lustra octo tantum faciunt, non decem, vt oporteret si lustrum esset quatuor annorum spatium, vt isti aiunt. Quinimmo nonnulli, etiam Græcorum, quinque annorum olympicum certamẽ spatiũ esse volunt, vt Pindarus, specie tertia hoc verbo πενταετηρίδα. plenũ intelligit eius interpres specie decima. vbi inquit, θέμιδος δὲ Διὸς ὁ κατὰ βωμὸν τῶν πενταετηρίδων πλαγωθεὶς χρόνος. Pausanias etiam tradit Herculem, qui olympicum certamen instituit, decreuisse vt quinto quoq; anno idcirco augeretur, quod cum ipso quinque essent fratres. Sed hæc nihil ad lustrum. Cùm autem prima syllaba vocabuli lustri producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem, inquit Sex. Pom. Publij autem etymologia duplex est. Nam alij, qui publice educatus sit; alij vero, qui prius fuit pupillus, quàm prænomen haberet, Publium vocant. Titi etymologia habetur apud eundem Sex. Pom.

246 P. *Valerius, huius tertij consulatus meminit Valerius libro quarto. Pro P. Lucretio apud Diony. habetur, M. Horatius, qui ducebat genus à Trigeminorum vna, eratq; P. Horatij Coclitis patruelis, qui in statione pontis Sublicij hostis impetum sustinuit. Qui mense Martio natus esset, Marcus dicebatur.* ¶ *Anno sequenti lege,* SP. LARCIVS, *vt est in vetustissimo titulo, quem citamus anno* CDXXI. *Fuit hic T. Larcij Dict. frater. T. Herminius* ESQVILINVS, *non Aquilinus. Nam in fragmento marmoris ante Q. apparet. S. non A, anno vrbis* CCLXXV.

248 M. *Valerius. Hunc Poplicolæ fratrem esse, diximus: affirmat etiam Diony. Postumius sine h, ex qua Postumius dicitur, qui postremo loco natus est: auct. Cesellio in Com. lectionum antiquarum. Iureconsulti tamen vocabulum aspirantes eum solum, qui post mortem patris natus est, Posthumium vocant. Horum opinioni assentitur Var. ac Plut. qui in vita Sullæ sic inquit. Sulla ex Metella duos reliquit infantes. Nam, post ipsius abitum, Valeriam filiolam peperit, quam Posthumam appellarunt. Quos enim post parentis interitum nasci contigit, eo nomine Romani vocant. Quanquam Posthumam prænomen esse arbitramur, sicut Postumus apud Plautum in aul. vbi sic inquit. Post mediam ætatem, qui ducit vxorem domum, si eam senex pregnantem fortuitò fecerit, quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Posthumus. Sed quò vtraque opinio seruetur: dicemus natum post mortem patris cum aspiratione, sine vero eum, qui vltimo loco natus est. De patre huius Postumij, Agrippæ, & Sulpicij meminit Diony. Postumij autem cognomen Tubertum esse tradit Cic. de legibus.*

249 P. *Valerius. De quarto consulatu huius meminit Val. quarto his verbis. Valerius Poplicola consulatus initium cum Bruto auspicatus est. idemq; postea tres consulatus acceptissimos populo Romano gessit. Postquam Liuius Coss. huius anni nominauit, subdit. Seditio inter belli, pacisq; auctores orta in Sabinis aliquantum inde virium transtulit, ad Romanos. Namque Ap. Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen, cum pacis ipse auctor à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit. Vbi legendum, Romæ nomen, non cognomen.*

CCL.AGRIPPA. MENENIVS.C.F. LANATVS
OPITER.VIRGINIVS. TRICOSTVS
POSTVMVS. COMINIVS. AVRVNCVS
T.LARCIVS. FLAVVS.PRIMVS
SP.CASSIVS. VISCELLINVS
SER.SVLPICIVS.P.F. CAMERINVS
T.AEBVTIVS.T.F. ELVA
A.POSTVMIVS.P.F. ALBVS. QVI. IN.
HOC.HONORE. REGILL.APPEL.E
T.AEBVTIVS.T.F. ELVA
T. LARCIVS. FLAVVS.II
A. SEMPRONIVS. ATRATINVS
A. POSTVMIV.P.F. ALBVS.REGILLENSIS
M.CLAVDIVS. REGILLEN.SABINVS
A. VIRGINIVS.A.F. TRICOST.COELIM.
M'.VALERIVS.VOL.F.VOLVSVS.QVI.IN.
HOC.HONORE.MAXVMVS.APPEL.E
Q.SERVILIVS.P.F. PRISCVS

P.POSTVMIVS.Q.F. TVBERTVS. II
SP.CASSIVS. VISCELLINVS
T. LARCIVS FLAVVS.L.F.VI
DICT.SEDIT.SEDAND.ET.R.G.C
PRIMVS MAG.EQ
M'. TVLLIVS LONGVS IN.M.M.E
P.VETVRIVS. GEMINVS
DICT. MAG.EQ REI.GERVNDAE CAVSSA
Q. CLOELIVS. SICVLVS
M. MINVCIVS. AVGVRINVS
T. VIRGINIVS. TRICOSTVS
P. SERVILIVS.P.F. PRISCVS
T. VETVRIVS. GEMINVS.CICVRINVS
DICT MAG.EQ SEDIT.SEDAND.ET.R.G.C

250 *Agrippa Menenius* . C . F . *Lanatus* . SP . *Postumius Tubertus iterum*, *sic* Diony . *Agrippa in* . A . C, *& in triumphis prænomen inuenitur . quod in cognomen deinde versum est , vt*, M. *Vipsanius Agrippa* . *Prænomen enim , vt alibi diximus , non solum in cognomen , sed etiam in nomen gentilicium mutari sæpe inuenies i interposito ijs , quæ in us terminantur , vt Aulus Aulius . Quintus Quinctius . Titus Titius . Marcus Marcius* , C . *Appius , vt est apud Cic . ad Att. neque sunt duo prænomina , vt ait interpres . Nam & Liuius* XXXI. *Appium quandoque gentilicium esse nomen ostendit . Cum dicit* , P . *Aelium Cos. iussisse* C . *Appium præfectum socium agrum Boiorum inuadere . Agrippæ nominantur , qui cum labore matris eduntur , hoc est per pedes contra naturam , non per caput, ab ægro partu , Gellius* XVII . DICT. *Dictator*, MAG. *Magister Equitũ* SEDIT. *Seditionis sedãdæ et rei gerundae caussa.* IN.M.M. E. *In magistratu mortuus est .* REGILL. *Regillensis appellatus est .* COELIMON. *Coelimontanus* Ÿ *Sequentis anni Coss . vt auc. est Diony. fuere* SP. *Cassius Viscellinus , & Opiter Virginius , Opiter , inquit Sex . Pom. est cuius pater ; auo viuo , mortuus est ; ducto vocabulo , aut quod post obitum patris genitus sit , aut quod auum ob patrem , idest pro patre habeat .*

252 POSTVMVS *Cominius , non Postumius , est enim , vt diximus, prænomen, vt etiam ostendit Cic. ad Att. cum inquit . Currens ad illum Postumus Curtius venit , Cognomen autem Cominij quidam Auruncum esse tradunt , Cuspiniano auctore . Sed cognomina à locis , vnde quis originem ducit , indita , quando non fiunt casu , non videntur proprie cognomina esse . Ideo neq; Liuius, neq; Diony . huic cognomen adijciunt .*
Anno nono post reges exactos Dictator primus creatus est T . *Larcius*, SP. *Cassius Magister equitum, auctor Eusebius . Liuius licet dubitet de nomine , anno , & cuius rei caussa , tamen apud veterrimos auctores se inuenire dicit* , T. *Larcium à Coss. creatum esse . Sex . Pomp. vult M'. Valerium primum , omnium Dictatorem dictum , cuius verba citamus anno* CCLIX. *Qua caussa non omnes idem sentiunt , ipse autem Liuius Sabinorum latinorumq; belli caussa creatum tradit , Diony . ad sedandos tumultus plebis , quæ ære alieno demersa ad bellum latinum nomina dare recusabat . tamen non hoc , sed anno tertio post creatum esse scribit , quo ipse Larcius fuit Coss. iterum. Idem mox subdit . Sicq; primus creatus est hic Romæ princeps vnicus belli , pacisq;, rerumq; coeterarum imperator ; Nomenq; ei impositum est Dictator : siue propter potestatem iubendi , dictandiq; quod vellet , & quæ iusta , pulchràq; cæteris quemadmodum ei videretur , siue propter eam , quæ tunc fiebat , dictionem ; quandoquidem non à populo magistratum inuentum more patrio habiturus erat , sed ab vno uiro dictus . Citat deinde Licinium , qui tradit , Romanos eam potestatem ab Albanis sumpsisse . Dictator inquit Var. quod à Consule dicebatur , cuius dicto audientes*

oẽs

omnes essent. Magister equitum quod summa potestas huius in equites, & adcensos, vt est summa populi Romani Dictator. Liuius etiam sæpe commemorat Dictatorem à Cos. dictum, & interdum ab vtroque, & in rebus trepidis populum Q. Fabium Max. dictatorem creasse. Quem, tanquam non legitime creatum, Prodictatorem appellatum tradit. Creabatur autem Dictator nocturno tempore. Liuius, Noctis deinde silentio (ut mos est) Fabius L. Papirium Dictatorem dixit, & alibi sæpe. propterea non erat necesse Consulem, aut imperatorem ad populum progredi, vt Dictatorem diceret, quemadmodum scribit Plut. Extra agrum romanum, idest extra Italiam, Dictator dici non poterat. Licebat autem tam ex plebe, quàm ex patricijs, qui, iuxta legem de creando Dictatore latam, consulares essent, Dictatores creari. Primus è plebe C. Martius Rutilus dictus est, qui Magistrum equitum C. Plautium item de plebe, sibi cooptauit. Nam magister equitum à Dictatore dicebatur: aliquandu tamen vterque à Consule, cuius rei exemplum citamus anno GDXLI: Liuius, vt etiam supra ex Var. demonstrauimus, scribit Dictatorem legionibus, Mag. Eq. uero equitibus præfuisse. Libro enim tertio sic inquit. Inde composito agmine, non itinere magis apto, quàm proelio, si res ita tulisset; legiones ipse Dictator, Magister equitum suos equites ducit. Omnes autem magistratus Dictatori obtemperabant. Dictatura enim, vt Plut. in vita Antonij ait, cæteros omnes magistratus dissoluit, præter tribuniciam potestatem, propterea idem Liuius commemorat, L. Quinctium Cincinnatum Dictatorem increpantem, L. Minucium Consulem ita dixisse. Et tu L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris, ex quo Minucius Consulatu se abdicauit. A Dictatore prouocationem non fuisse asserit idem Liuius secundo. Creabatur autem Dictator his ex caussis. Legendi senatus, Claui figendi, Ferendæ vel abrogandæ legis, Latinarum feriarum, Reip. constituendæ, Seditionis sedandæ, quæstionis exercendæ, Signi mittendarum quadrigarum dandi, Comitiorum habendorum. quibus rebus peractis dictatura se abdicabat. At si rei gerundæ, hoc est belli caussa, sex mensium eius erat imperium, vt testatur Liuius tertio, & nono. Propterea M. Fabius Buteo Dictator à Cos. dictus Rostra ascendens, neque duos Dictatores tempore vno, quod nunquam antea factum esset, probare se dixit, neque Dictatorem sine magistru equitum, neque censuriam vim permissam uni, & eidem iterum, nec Dictatori, nisi rei gerundæ caussæ, creato, in sex menses datum imperium, Dictatori equitare fas non erat, quod, vt Magister equitum inter equites, ita Dictator inter pedites versari oportebat. Primus omnium Q. Fabius Verrucossus à Senatu petijt: ut equo vti sibi Dictatori liceret, auct. Plut. Eusebius scribit Larcio Dictatore Lustrum esse factum, & Diony. ipsum Larcium ex instituto Ser. Tulij populum censuisse, censáq; esse ciuium capita CL millia LXX. sed anno tertio post.

253 SER. SVLPICIVS, cum c, non t. Sic Mucius, Fabricius, Genucius, Minucius, Gædicius, Aniceius, Porcius, Marcius, quandu venit à Marco, nam secus si à Marte, vt Campus Martius. M'. Tullius. ex. C. V. conyeimus sic legendum, licet in eo Manilius habeatur. Manius, inquit Sex. Pom. prænomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, vt Lucius qui luce. Et alibi sic inquit. Manius agrum nemorensem Dianæ consecrauit, à quu multi, & clari virs orti sunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerbium. Multi Manij Ariciæ. Hunc Manium in magistratu mortuum esse tradit Diony. eiq; adycit Longi cognomen: & Sulpicio Camerini, Publyq; filium vocat. Vtriusque meminit Cic. in Bruto, his verbis. vt si me à M'. Tullio esse dicerem, qui patricius anno decimo post Reges exactos cum Ser. Sulpicio Cos. fuit. Sed illis, qui dicunt Tullio neminem fuisse suffectum quod circa finem anni decesserit, fuerat consentaneum aliqua ratione id probare, non suo iudicio incerta pru certis affirmare. Seruius is dicebatur, cuius parentes, uel alter ipsorum in seruitute eum genuisset: vel qui in vteru matris, ea mortua, seruatus esset.

254 P. Veturius. huius prænomen in quibusdam Liuj codicibus est, Caius: in alijs Cneus: in Cassiodoro Lucius: in Diony. Publius: Quod prænomen Aebutio etiam perperam præponit. Alibi tamen T. Aebutium. T. F. Eluam vocat. Dictator, & Mag. Eq. in proelio vulnerati. T. Herminius legatus: & Valerius Poplicolæ frater occisi sunt, & Octauius Mamilius hostium dux. Sed vide an apud Liuium legendum sit, Mamilus. alioquin duu erunt nomina, quod dictu est absurdum. Postumius, vt opinor, pater fuit SPury, & Auli, quorum alter fuit Cus. anno vrbis CCLXXXVII. alter biennio post.

255 Q. Cloelius, hanc familiam, vt Iuliorum, Seruiliorum, Geganiorum, Metiliorum, Curatiorum, & Quinctilius

rum ob Albanis originem duxisse, scribit Diony. ℣ Anno sequenti, vrbis CCLVI. Aedes Saturno dedicata: & Saturnalia institutus festus dies. Aulus is erat, qui Dijs olentibus natus esset. Postumius, qui sequitur, P.F. Albus vocatur á Diony.

258 M.Claudius, in codicibus Liuij, Suetonij, Plinij, coeterorumq; ferè omnium auctorum, legitur, Ap. Claudius, Plinij verba hæc sunt. Ap. Claudius, qui Cos. cum Seruilio fuit anno vrbis CCLIX, maiores suos in æde Bellunæ posuit. Sed cum constans sit opinio Ap. Claudium Xuirum huius nepotem fuisse, atq; de ipso in A. C. legatur, Ap. Claudius Ap. F.M.N. fateri oportet, huius Claudij prænomen esse Marcum. Seruilius P. F. vocatur á Diony. Tarquinius superbus mortuus est. Tribus XXI factæ sunt.

259 A.Virginius, A.F. Montanus, sic Diony, Huius, & conlega meminit Asconius in orat. pro. C. Cornelio, vbi perperam legitur Ceturino, pro CICVRINO. Virgino addit cognomen Tricusti, ex quo videtur, vt eius conlega, duobus cognominibus appellatus, M'. Valerius; non M. Valerius. Nam in eius triumpho est, M'. VAL... fuit Volusi filius, de quo Sex. Pomp. sic meminit. Optima lege enim dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quàm plenissimum posset ius esse significabatur, vt fuit M'. Valerij, M. F. Vulusinæ gentis, qui primus magister populi creatus est. Postquam vero prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, vt optima lege, vtpote imminuto iure priorum magistratuum. Sic legendum apud Sex. Pomp. non, vt quidam edunt, M. Valerij, M. F. Volusi nepotis, perperam mutantes M'. in Marcum, eios fratris prænomen, qui non fuit Dictator, & Volusiæ gentis, in Volusi nepotem, cum vterq; fuerit M. Valerij Volusi filius, non nepos, vt verba eiusdem Pom. clare ostendunt. qui Volusinæ gentis adiecisse videtur, quod altera esset Valeriorum familia, altera cognomine appellata. Quibus verbis etiam concimus Volusum esse cognomen, non prænomen, vt hi putant, parum animaduertentes cognomina sæpe addi discernendi caussa, non tanquam prænomina, quod à nobis alibi declaratum est. Ideo ex verbis eiusdem Sex. Pom. apparet. Publium, Marcum, Manium, & Lucum fratres, M. Valerij Volusi filios esse. Magister equitum apud Liuium desideratur. Diony. Q. Seruilium Priscum esse tradit, fratrem P. Seruilij prioris anni Cos. In eo autem quod Sex Pom. ait M'. Valerium primum magistrum populi creatum, sequitur Ciceronem, qui in Bruto sic inquit. Videmus item paucis annis post reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset; eumq; montem, qui Sacer appellatus est, occupuisset, M'. Valerium Dictatorem dicendo sedauisse discordias, eiq; ob eam rem amplissimos honores esse habitos, & cum primum, ob eam ipsam caussam, Maximum esse appellatum. Sed vterque à Liuio, & Diony. dissentit, qui volunt, vt diximus, T. Larcium omnium primum Dictatorem fuisse, seditionemq; plebis ab Agrippa Menenio sedatam esse, ex quo apparet, Cic. & Sex. Pom. alios annales secutos esse. Caussam autem secessionis commemorat Liuius & Diony. einisq; Tribunos plebis primum creatos esse. De quorum numero, & nominibus non omnes idem sentiunt. Nam alij duos, alij quinq; creatos esse tradūt, vt in orat. pro C. Cornelio tradit Asc. his verbis. Coeterū quidā, nō duos TR.PL. vt Cic. dicit, sed quinque tradūt creatos tū esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tñ q eundē illū duorū numerū, quē Cicero, ponūt, inter quos Tuditanus, et Pōponius Atticus, Liuiusq; noster. idem hic, & Tuditanus adijciunt tres præterea, ab illis duobus conlegas creatos esse. Nomina duorū sunt hæc, q primi creati tradūtur, L. Sicinius. L. F. Bellutus, L. Iunius. C. F. Paterculus. Conueniunt autem in eo quod omnes testantur duos primos alios tres conlegas sibi cooptasse, Plut. vero & Diony. quinque primum creatos esse volunt, quorum nomina hæc sunt, L. Iunius Brutus. C. Sicinius Bellutus, C. & L. Licinij, & C. Iunius Ruga: Liuius primos edit C. Licinium, L. Albinium contra Asconium, Diony. & Plut. qui Sicinium & Brutum primos produnt. Quod si Sicinius à primis duobus est cooptatus, non erit è duobus alter. Nisi velis duos Sicinios tunc fuisse, Caium, & Lucium, hunc q; cooptatum, quem tamen Asc. alterum è duobus esse scribit. Caeterum in hac tam discrepanti auctorum editione, quid verum sit, in incerto sit positum. Hos autem Tribunos ante. IV. Idus Decembris tribunatum inijsse, eumq; diem ipsum ineundi solemnem deinde mansisse, commemorat Diony. Lex sacrata in eodem monte lata est, qua sancitū, ut plebei magistratus sacrosancti essent, et ne cui patricio plebeiū magistratū capere liceret, neue qs verbo, aut re Tribunos violaret: si secus fecisset, impune occidi posset, De illorū potestate vide Plut. in vita Gracchorū, et Gelliū lib. XIII. Qui aūt volūt ipsos Tribunos nō hoc, sed sequēti anno creatos, mouētur, vt puto, ex verbis Liuij, q postquā narrauit omnia, quæ ad ipsos spectabāt, subdit, Cassiū, et Postumium per secessionem plebis Consulatum inisse. quod si tunc secessio adhuc erat, oportuit bis Coss. Legationem missam, pacis conditiones factas, & ipsos Tribunos creatos, non superiori anno Virginio, Veturioq; Coss. ex quo Liuius videri posset minus accurate historiam narrauisse, qui vnius anni res gestas in alium transtulerit, quod non credo, sed

puto particulam per, pro post, perperam substitutam, vt sit transitio. num ad alia transire apparet, cum d ijs Tribunis amplius non loquatur. Paruo igitur errore sublato, inuenies Liuium omnia suo locu narrauisse & cum ipso Cic. prorsus conuenire, eosq́; hallucinari, qui anno sequenti creatos esse, & Cic. à Liuio discrepare, putant.

CCLX SP.CASSIVS.	VISCELLINVS. II	POSTVMVS.COMINIVS.AVRVNCVS	.II.L.F.VII
T.GEGANIVS.	MACERINVS	P.MINVCIVS.	AVGVRINVS
M.MINVCIVS.	AVGVRINVS. II	A.SEMPRONIVS.	ATRATINVS. II
Q.SVLPICIVS.	CAMERINVS. CORNVTVS	SP.LARCIVS.	FLAVVS. II
C.IVLIVS.L.F.	IVLVS	P.PINARIVS.	RVFVS
SP.NAVTIVS.	RVTILVS	SEX.FVRIVS.	FVSVS
T.SICCIVS.		C.AQVILLIVS.	TVSCVS
SP.CASSIVS.	VICELLINVS. III	PROCVLVS.VIRGINIVS.	TRICOST.RVTIL
SER.CORNELIVS.L.F.	MALVGINENSIS	Q. FABIVS.K.F.	VIBVLANVS
L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS	K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS

260 POSTVMVS *Cominius, non Postumius. Lustrum est factum, censáq; sunt ciuium capita* CX *millia, & amplius auc. Diony. Agrippa Menenius mortuus est.*

263 Q. *Sulpicius,* SP. *Lareius.* C. *Iulius,* P. *Pinarius. Hi sunt Consules duorum annorum, quos diximus desiderari apud Liuium.* C. *Iulius* IVLVS, *non Tullus. Hoc enim Iuli cognomen ab Ascanio Aeneæ filio deriuatum est, & ab eodem cognomine familiæ nomen, propterea Virgilius inquit. Iulius à magno demissum nomen Iulo, & Liuius de eodem. quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis nuncupat. Exemplum huius cognominis habetur in* A. C. *annu vrbis* CCLXXX, & CCCL.

265 SP. *Nautius* RVTILVS, *non Rutilius. Cediderim hunc esse filium* C. *Nautij Cos. anno* CCLXIIX. *Coriolanus mortuus est. Templum Fortunæ muliebris ædificatum, dedicatumq́; est. de hoc meminit Val. Max. prima cap.* VIII.

266 C. AQVILLIVS *in.* A. C. *atq; in trimphis cogomen huius familiæ est Florus, apud Liuium libro* XXXI *Gallus, Siciniæ vero apud Cellium, aliosq; auctores est Dentatus, & Bellutus, vt apud Asconium, & Diony. Sed hæc familia patricia, & plebeia fuisse videtur, aut certe legendum est, vt apud Diony. & Cassiudorum* T. *Siccius, in cuius familia si fuisset aliquod cognomen, id omnino Diony. non prætermisisset. De ijs autem quæ ex libro Cuspiniani à quibusdam adijciuntur, scilicet Sabinus Sicinio, & Tuscus Aquillio, idem dici potest, quod dictum est supra de Postumi Cominij cognomine. Aquillius is dicebatur, qui erat aquilo, hoc est nigro colore.*

267 *Proculus Virginius. Proculus in* A. C. *cognomen inuenitur, de quo, idem dicendum, quod de Agrippa dictum est. Sunt qui credunt Proculos dictos, quod parentibus iam senibus, quasi procul progressis ætate nati sint. Hic Virginius à Diodoro nominatur Tricostus, aliqui ex Cuspinani libro adijciunt etiam Rutilum.* ⁋ *Anno sequenti, vrbis* CCLXVIII, Q. *Fabius. k. filius vocatur à Diony. Ser. Cornelius pater fuit, at conijciu, aius, qui annu vrbis* CCXCIV *fuit Cos.* SP. *Cassius damnatus, necatusq; est, eius ædes publice destructæ* SP. *Cassio, inquit Valerius, plus suspiciu concupitæ dominationis nocuit, quàm duo speciosissimi trimphi profuerunt. Nam.* S. P. Q. R. *non contentus eum capitali supplicio afficere, interemptu domum superiecit: ut penatium quoq; strage puniretur: In solu autem ædem Telluris fecit. Liuius ait aream eius domus ante candem ædem Telluris fuisse.*

269 L. *Aemilius* MAMERCINVS, *non Mamercus. Est enim Mamercus non cognomen, sed prænomen oscum, vt scribit Sex. Pom. qui tradit Aemiliam gentem appellatam à Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognamen fuerit Aemilius. Sed Aemilius est nomen, non cognomen, vt ipsa ait. Fuit autem Aemilius* MAM. F. *vt testatur Diony. libro octauo.* K. *Fabius in.* A. C. *Cæso scribitur sola litera.*

K. de qua Terentianus Maurus sic inquit.
K. similiter ociosa coeteris sermonibus:
Tum in usu est, cum Kalendas adnotamus, aut Kaput.
Sæpe Cæsones notabant hac uetusti litera.
Cæsones appellantur ex utero matris execti, auc. Sex. Pom. Aedes Castoris à Postumio bella latina uota, ab eius filio Idibus Quintilibus dedicata est.

CCLXX	M.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS	L.VALERIVS.VOLVSI.F.POTIT.VOLVSVS	
	C.IVLIVS.L.F.	IVLVS.II	Q.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.II
	K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.II	SP.FVRIVS.	FVSVS
	CN.MANLIVS.P.F.VVLSO.IN.PROEL.OC.E		M.FABIVS.K.F.	AIBVLANVS.II
	K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.III	T.VIRGINIVS. ... T.N.	TRICOST.RVTIL
	L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS.II	C.SERVILIVS.	STVCTVS.AHALA
			IN.MAG.MORTVVS.E.IN.E. LOC.F.E	
			...HERMINIVS.T.F.	ESQVILINVS
			T.MENENIVS.AGRIP.F.C.N.	LANATVS
	M,HORATIVS.M.F.	PVLVILLVS	SP.SERVILIVS.	STRVCTVS
	A.VIRGINIVS.	TRICOST.RVTIL	C.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS
	P.VALERIVS.P.F.VOLVI.N.	POPLICOLA	A.MANLIVS.	VVLSO.LVSTRVM.F.VIII
	L.FVRIVS.	FVSVS		

270 L. Valerius. *hic videtur pater* C. Valerij TR. MIL. *anno vrbis* CCCXXXVIII. *Cognominatus* POTITVS. VOLVSVS, *nō* Volusus Potitus. M. Fabius. *De origine huius meminit Plut. qui sic inquit, Ferunt vna Nympharū Fabium genitum esse. Quidam autem Herculem apud Tiberim eum muliere eius loci accola congressum habuisse; & Fabium genuisse, à quo Fabiorum familia: Quidam priscos huius generis uiros, quod primum venandi per fossas morem induxerint, à fodiendo Fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt. Deinde mutatis literis lapsa loquendi consuetudo Fabijs cognomen fecit. ubi videtur legendum nomen. Nam Fabius non est cognomen, sed nomen. Diony. ait hunc esse annum vrbis* CCLXX.

271 C. Iulius. *Si est ille, qui postea fuit Xuir, ut Diony. significare uidetur. (nam eum legatus ad plebem mittitur ab eo vir Consularis dicitur), lege ut in Xuiris.* C. Iulius. C. F. L. N. *neq; adijcias iterum. Sed cum ab hoc ad illum anni* XXX *intercesserint, in tam longo interualla, uix credibile est, eundem esse, præsertim quod si decemuir is est, qui postea anno* CCCVI *fuit Cos. oportuerat annum agere circa* LXXXV, *& illa iterum adjicere. Quare uidendum an hoc sit illius pater, idemq; qui supra anna* CCLXIIII *fuit Cos. illiq; addendum iterum.*

272 SP. Furius FVSVS, *non Medullinus. qui uolunt, hunc, Lucium, & Publium Furios, qui sequuntur, filios esse eius, qui anna* CCLXV *fuit Cos. mutant Publium in Sextum, ut ex more unus prænomine patris appelletur, Sed non est uerisimile patrem cum tot filijs spatio annorum quindecim omnes Consules creatos esse. Quod si liceat diuinatione uti, melius erit existimare hunc Furium Superioris Sex. Furij fratrem esse, ab huiq; duobus uel ab altero eorum, uel ab alio aliquo, qui sequuntur procreatos esse. Hoc dixisse uolui; quia animaduerti eas multa prænomina patris, & aui apponere, quæ nunc non sunt in marmore, neque de illis certa ratio reddi potest, præsertim quod auctores raro de patris, rarissime uera de aui prænomine mentionem faciunt, ut ex ijs ea accepisse dicere possint. Sunt igitur temere inserta, ut multa nomina, & cognomina, aliaq; plurima, quæ si singulis annis ostendere uellem, lectori fastidium absque utilitate, mihi uero immensum laborem omnino præberent, igitur satis erit hic semel cum admonuisse caueat ne deceptus in errorem labatur, quo deinde uera, quæ sunt in marmore, ab his falsis, uel dubijs dignoscere nequeat.*

273 *Cn. Manlius. à quibusdam appellatur Cincinnatus: quod cognomen proprium est familiæ quinctiorum, non Manliorum. Apud Diony. & in vtroque. C. V. perperam legitur Manlius. Conijcimus enim hunc patrem fuisse A. Manlij, qui fuit decemuir. Liuius tradit in proelio fuisse occisum, sed in marmore non apparet locus suffecto. Q. Fabius, qui iam tertio anno fuit Cos. in proelio aduersus Veientes & Etruscos occisus est. De Fabio Valerius libro quinto meminit his verbis, M. Fabius Cos. Etruscis, & Veientibus superatis delatum sibi triumphum ducere non sustinuit, quia eo proelio Q. Fabius frater occiderat. De prænomine Cnei vide Sex. Pom. ¶ T. Virginium, qui sequitur, filium eius arbitramur, qui anno CCLVII fuit Cos.*

275 *C. Seruilius STRVCTVS, AHALA, non Priscus, huic cum in proelio occisus, vel in magistratu mortuus esset, suffectus est Herminius superioris Herminij, vt puto, filius, non autem C. Cornelius, vt quidam auctore Diodora edit, sed ibi aut auctoris, aut librarij mendum putarem, præsertim quod in familia Corneliorum nullus Esquilinus appellari inuenitur: & quod in hac tota magistratuum serie hinc ad annum CDXXVI non fit mentio de aliquo Cornelio Lentulo. Liuius neque de Seruilij morte, neque de aliquo suffecto quicquam tradit. Forte, quia, vt Macrobius libro secundo cap. VIII scribit, vno tantum die Cos. fuit: Si tamen de hoc intelligit. Huius autem Herminij prænomen an sit Titus, cuius est patris, nescimus.*

276 *C. Horatius Puluillus, hoc cognomen adijcitur à Liuio, Diodoro, & Gellio. Idem Gellius libro XVII, cap. vltimo, M. Horatium vocat, &, vt arbitror, recte, vt sit filius eius, qui anno primo vrbis liberatæ fuit Cos. & pater, aut certe frater C. Haratij Cos. anno eiusdem vrbis CCXCV, Quod si vtrobique legatur, C. Horatius, neque idem est, quia in A. C. non adijcitur iterum: neq; fratres, quia eodem prænomine non appellarentur. In altero C. V. non recte, vt puto, legitur, L. Menenius, Fuit hic T. Menenius, auctore Diony. & Liuio Agrippæ filius, qui fuit Cos. anno vrbis CCL. Idem Gellius eodem libro & Capite Menenium Agrippam vocat, eius verba sunt hæc. Menenio Agrippa, M. Horatio Puluillo Coss. bellum veiente apud fluuium Cremeram ob ijs Sex & trecenti Fabij cum familijs suis vniuersi ab hostibus circumuenti perierunt, & vt ait Liuius, XV K. Sextilis. ¶ Anno sequenti lege SP. Seruilius STRVCTVS, non Priscus, T. Menenio Agrippæ dies est dicta. Tribuni cum capitis anquisiuissent, duo millia æris damnato multam edixerunt, qua ignominia, ægritudineꝗ; morbo absumptus est. Coss. huius anni Sextili mense solstitio æstiuo magistratum iniisse, scribit Diony.*

278 *P. Valerius, C. Nautius, Secundus consulatus vtriusque, in marmore descriptus, horum patris, & aui prænomina ostendit, simul & cognomina ipsius Valerij & Nautij, cui Diodorus apponit cognomen Rufi pro Rutilo.*

279 *L. Furius FVSVS, Medullinus. C. Manlius VVLSO, non VOLSO. Apud Diony. habetur A. Manlius, quæ lectio magis est probanda. Nam vnus ex ijs videtur, qui missi sunt Athenas, vt Solonis leges describerent., Quos consulares fuisse prodit, erit igitur is, qui in marmore Xuir, descriptus est. Tamen in vtroꝗ; C. V. legitur, C. Manlius. Coss. hoc anno Lustrum VIII condiderunt, censáꝗ; sunt ciuium capitis amplius CIII millia, auctor Diony.*

CCXXC	L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS.III	VOPISC.IVLIVS.L.F	IVLVS
	L.PINARIVS.	RVFVS	P.FVRIVS.	FVSVS
	AP.CLAVDIVS.M.F. REGILLENS.	SABINVS	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS
	L.VALERIVS.VOL.F.	POTIT.VOLVSVS.II	T.AIMILIVS.	MAMERCINVS
	T.NVMICIVS	PRISCVS	A.VIRGINIVS.TRICOST.	COELIMONTAN
	Q.SERVILIVS	PRISCVS	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.II
	TI.AIMILIVS.	MAMERCINVS.II	Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS
	SP.POSTVMIVS.A.F.	P.N.ALBVS.REGILL.	Q.SERVILIVS.	PRISCVS.II
	Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS.II	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.III.L.F.IX
	A.POSTVMIVS.A.F.P.N.ALBVS.REGILLEN.		SP.FVRIVS.	FVSVS

280 Vopiscus Iulius IVLVS: Ex hoc cognomine Iulo, quod in A. C. habetur, constat Vopiscum, non Virginium, Mamercini conlegam fuisse. Quam opinionem sequitur Diony. sed apud ipsum perperam legitur Tullus Vopiscus. Liuius super hac re anceps est, Vopiscus is dicitur, qui ex duobus conceptis, vno abortu excluso ad partum legitimum deducitur.

281 P. Furius FVSVS, non Medullinus, Diony. Cassiodorusq; L. Furium habent. Liuius & Diodorus P. Furium. Huius, & conlegæ meminit Macrobius, qui, postquam varias opiniones quando primum intercalatum sit, commemorauit, subdit. Flauius id egisse M. Cos. (tu lege, M'. Acilium Cos.) ab vrbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox Aetolico bello. Sed hoc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columnam æream à L. Pinariu, & Furio Coss. cui mentiu intercalaris ascribitur. Aetoliu cum bellum vocat, quod in A. C. Antiochinum inscribitur. Nam ab Aetolis cum Antiocho id bellum susceptum fuerat. Cediderim Pinarium filium eius, qui anno CCLXIV fuit Cos.

282 Ap. Claudius fratrem habuit C. Claudium, ambo filij fuere M. Claudij Cos. annu vrbis CCLVIII. Appius peculiare Claudiorum fuit prænomen, quod nullus ciuis Romanus vsurpauit, quia peregrinum erat, Capitolino quidam Barbati alterum cognomen adijciunt, quod eius filius, hinc ad annos L Consul, eodem appellatus sit. Sed nemo est qui tradat illum huius esse filium, neq; hunc Barbatum vocatum. Præterea potuit filius, & non pater, illud cognomen acquisiuisse, ideo temere ab ijs apponitur; temereq; dicunt hunc illius esse filium. Tres TR. PL. duobus prioribus additi sunt.

283 TI. Aemilius est apud Diony. filiumq; esse tradit eius, qui ter fuit Cos. Sed T. Aemilius apud Liuium, Diodorum & Cassiodorum, Ap. Claudio dies dicta, ante, quàm veniret dies ei producta; mortus est.

284 A. Virginius Coelimontanus. In Diony. est, Montanus. Vide an sit filius eius, qui anno CCLIX fuit Cos. In eodem anno sequenti cognomen Seruilij est Priscus apud Diodorum est Structus Crediderim hunc Seruilium filium eius, qui anno CCLIX. fuit Mag. Eq. Q. Fabius, qui sequitur, is fuit, qui vnus extinctæ ad Cremeram genti superfuerat: ex ijs qui ad bellum erant idonei. Nam ex tot Fabijs fit verisimile non hunc solum, sed plureis infanteis, & pueros domi relictos esse. Hic filios habuit Marcum Cos. anno CCCXI. Quintum TR. MIL. annu CCCXX, & Numerium Cos. anno CCCXXXII.

287 SP. Postumius ALBVS. non Albinus, vt prodit Diony. Hic filius est A. Postumij Dictatoris, vt innuit Liuius, qui ait. Aedem Castoris & Pullucis bello latino à patre votam filium duumuirum dedicauisse.

288 T. Quinctius, Hunc ter Cos. fuisse testatur Liuius, aitq; hoc anno censum esse actum, & conditum ab ipso Quinctio Lustrum, ac CXXIIII millia, CCXIIII ciuium capita esse censa, præter orbos, orbasq;, De quo lustro Diony. non meminit.

289 A. Postumium Spurij esse fratrem ostendunt eadem patris & aui prænomina, quæ in marmore habentur. SP. Furius FVSVS. Hoc cognomen habetur in altero. C. V. omissum, vt arbitror, ab ijs, qui Liuij sensum non intellexerunt, offensi his verbis, Furias Fusios scripsere quidam, id admoneo, ne quis immutationem virorum ipsorum esse, quæ nominum est, putet. Vbi eo modo loquitur, qua alibi diximus, Veturios Vetusios, Valerios Valesios, Papirios Papisios appellatus esse, & de nomine, non de cognomine Fuso, loquitur, Sabellicus dum hunc locum emendare se putat, vtriusq; Consulis cognomen deprauauit, Album in Albinum, et Fusum in Fabium mutans, &, quod magis est ridiculum, admonet lectorem vt videat intelligendum ne sit de Fabio Pictore, qui Cos. fuit anno vrbis CDLXXXIIII. Hic Furius videtur auus L. Furij Cos. anno vrbis CCCXLI Diodorus non addit huic alterum cognomen Medullini, vt quidam ait. nam id est acsi diceret, duobus cognominibus eum appellare, quod est falsum, quia vnico Medullini cognomento tantum ipsum Furium vocat. P. Furius eius frater in proelio occisus est.

CCXC	P.SERVILIVS.SP.F. P.N.	PRISCVS	L.AEBVTIVS.	ELVA.IN.MAG.M.E
	L.LVCRETIVS.T.F.	T.N.TRICIPITINVS	T.VETVRIVS.	GEMINVS.CICVRINVS
	P.VOLVMNIVS.M.F.M.N.AMINTIN.GALLVS		SER.SVLPICIVS.	CAMERINVS
	P.VALERIVS.P.F.VOLVSI.N.POPLICOLA.II		C.CLAVDIVS.M.F.	REGILLEN.SABINVS
	IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.F.E			
	L.QVINCTIVS.L.F.	L.N.CINCINNATVS		
	Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS.III	L.CORNELIVS.MALVGINESIS.COSSVS.L.F.X	
	C.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS.II	L.MINVCIVS.	AVGVRINVS
			A.DICT.COACTVS.ABD.IN.E.LOC.F.E	
			Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVANVS.IV
	L.QVINCTIVS.L.F.L.N.	CINCINNATVS	DICT	REI.GERVNDAE.CAVSSA
	L.TARQVITIVS.L.F.	FLACCVS	MAG.EQ	
	C.HORATIVS.M.F.M.N.	PVLVILLVS	Q.MINVCIVS.	AVGVRINVS
	RIVS.M.VALE.M'.F.	VOLVSI.N.MAXVMVS	SP.VIRGINIVS.	COELIMON.TRICOSTVS
	LVDI.SAECVLARES.	PRIMI	C.VETVRIVS.	CICVRINVS
	T.ROMILIVS.T.F.T.N.	ROCVS.VATICAN	A.ATERNIVS.	FONTINALIS
	SP.TARPEIVS.M.F.M.N.MONTAN CAPITOL.			

290 L. *Aebutius Elua. Sic Diodorus, qui vocat Seruilium non Priscum, vt est in* . A . C . *Sed Structum. Huius nominis Seruilij, in marmore secunda syllaba nullibi, quàm hic longiori* I *producitur. Huiusmodi varietas lapidicidæ incuria deprehenditur etiam in quibusdam alijs verbis, vt, Liuius, Acilius, Popillius, Tricipitinus, Solinator, Calatinus, Medullinus. Priscus, occisus, fasti, & qui, Inuenitur etiam* E, *nonnullæq; aliæ literæ cæteris longiores, ne pars superior proximis coniungatur. Præterea puncta quædam locorum angustijs, multa etiam tanquam ob distantiam dictionum inter sese non necessaria, omissa. Hic annus pestilens, non magis hominibus, quàm pecori. vterque* Cos. *mortuus est. de qua morte in* . A . C . *non fit mentio, neq; suffectis locus est relictus.*

291 T. *Veturius. Hunc Cicurinum vocat Diodorus. crediderim filium eius, qui anno* CCLIX *fuit* Cos. *quidam edit* SP. *Veturius* SP. F. P. N. *Crassus, tanquam ille sit, qui mox fuit xuir. Sed cùm in omnibus Liuij codicibus, etiam Vaticanis, item apud Diony. Cassiod. sit,* T. *Veturius Geminus, satis constat illius opinionem falsam esse: præsertim quod ex eius triumpho extat fragmentum hoc,* EMI. *quod cùm dubium esset quo in loco reponeretur, nos animaduertimus ante* E *esse literam* G *ferè integram, & Geminum significare, atq; huic, & illi loco optime conuenire.*

292 P. *Volumnius* AMINTINVS. GALLVS. *Huius & conlegæ meminit Valerius primo cap. de prodigijs, apud quem perperam legitur* C. *Volumnius. Cœlum ardere visum est. Terra ingenti motu concussa. Bos locuta, Carne pluit, quæ prodigia ab eodem Valerio commemorantur, aitq; ea accidisse inter initia bellorum, vbi interpres perperam interpretatur, Ante quàm Galli ad vrbem aduentarent, eamq; delerent. quod si animaduertisset hos Coss. fuisse multos annos ante vrbem deletam, non ita foede in hunc errorem lapsus esset. Sulpicius filius est eius, vt puto, qui anno* CCLIV *fuit* Cos. *Huic aliqui adijciunt alterum cognomen Cornuti, ea ratione quod eius filius* TR. Mil. *anno* CCCLI *eo appellaretur, sed dicendum vt anno* CCLXXXII *de cognomine Barbati diximus.*

293 P. *Valerius* POPLICOLA. *Cùm hic sit filius illius, qui cum Bruto Reges expulit, Liuius* III. *haud recte inducit ipsum loquentem de patre, tanquàm de tritauo. cum ait, se fore memorem maiorum suorum, memorem cognominis, quod populi colendi veluti hæreditaria cura sibi à maioribus tradita esset. Nam cognomen Poplicolæ acquisiuit pater, non huius maiores.* C. *Claudius* M. F. *non* Ap. F. *vt apud Liuium, qui ait hunc esse patruum Xuiri.*

294 L. *Cornelius. Eodem anno, inquit Liuius, descisse Antiateis apud plerasq; auctores inuenio,* L. *Cornelium* Cos. *id bellum gessisse, oppidumq; cepisse. Certum affirmare, quia nulla apud vetustioreis scriptores eius rei mentio est, non ausim. Sed cum ipse Cornelius de Volsceis Antiatibus hoc anno triumpharit, affirmare possumus,*

supputatio cum numero triumphorum . quadrare possit . quanq̃ ipse Diony . menses quatuor deficientes illi anno, quo Superbus pulsus est, in insequentem transferens, & mẽsium XVI eum fuisse uolens, contrariam opinionem sequi uidetur. Verum cum Liuius fateatur in tanta uetustate rerum difficile esse quicquam pro certo affirmare, præsertim magistratibus à primis auctoribus aliter ab alijs ordinatis, satius esse duximus triumphorum numerum sequi, quàm in uaria, dubiàque scribentium opinione uersari. De mense, & die quo primi Coss. magistratum inierunt, auctores itidem ualde discrepant. Nos omnibus quæstionibus, & coniecturis omissis, dicimus mense Iunij inisse, propter uerba Macrobij quæ ex primo Sat. sunt hæc. Nonnulli putarunt Iunium mensem à Iunio Bruto, qui primus Romæ Cos. factus est, nominatum: quod hoc mense, idest K. Iunijs, pulso Tarquinio sacrum Carnæ Deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Cui Liuius assentiri uidetur, qui tradit in agro Tarquiniorum tunc fuisse segetem farris maturam messi. A' quo autem mense annus tunc auspicaretur, plane non constat, nisi quod Diony. ait, ipsos Coss. consulatum iniisse quatuor mensibus illi anno deficientibus. Qui si adunguem numerum est executus, innuit Octobrem initium anni tunc fuisse. item libro sexto vbi ait, Cassium & Cominium K. Sept. Consulatum iniisse citius, quàm alij consueuerant. Liuius non prius de anni principio facit mentionem, quàm anno vrbis CCXC Aebutio, & Seruilio Coss. Quod si vterque vera dicit, apparet intra annos XXVIII hanc mutationem factam esse. & ex verbis eiusdem Liuij insequentibus etiam annis sæpe accidisse. Qui aũt VII K. Martij Tarquiniũ ex vrbe pulsum esse tradũt, dũ malunt absurdas quasdam coniecturas, quàm priscorum auctorum opinionem sequi, in multos errores cecidisse deprehenduntur. Etenim quid imperitius quàm tradere, plura, & diuersa fuisse regifugia? & non addere quæ, & quando fuerint? sed postea de duobus tantum disputare. quorum alterum statuunt eo die, quem diximus, ad idq; probandum citant quædam Ouidij carmina, quæ nullam prorsus de duobus regifugijs mentionem faciunt, neq; de die quo alterum fuerit. cùmq; locum non intelligant (more imperitorum vbi se explicare nequeunt) Ouidium errauisse dicunt. vt etiam de Macrobio. Subijciuntq; quasdam rationes, quæ non Macrobij errorem, sed illorum inscitiam potius demonstrant, ex quibus hæ sunt. Quod de regifugio non loquitur, neq; de tempore, & die, quo id fuerit, ideo falsum esse quod ait Iunium mensem à Bruto appellatum, quod K. Iunijs regem vrbe exegerit. Et quis est adeo literarum expers, qui affirmare audeat istorum rationes comprobare; Macrobium errauisse? Quinimmo ipsos hallucinari aperte ostendunt. Nam cum dicit K. Iunij nonne diem demonstrat? addensq;, Pulso Tarquinio, regifugium? ob idq;, non ob sacrum Carnæ Deæ factum, Iunium appellatum? Vides quàm improbe, & imperite auctorum verba interpretantur, quámq; arroganter eos reprehendere audeant? Sed quia angustijs locorum pro integris dictionibus, literis singularibus, vel syllabis, vt est in marmoribus, vti, aliquando necesse erit, quæ lectorem dubium reddere possent, operæpretium fore arbitrati sumus, eas interpretari. ad quam interpretationem, si opus erit, confugere poterit. Sciàtque vocabula, & nomina maioribus literis impressa castigationes esse errorum, qui apud varios auctores inuenti sunt: Nu'que vsos esse ex bibliotheca Vaticana duobus codicibus Liuij manu scriptis, quos, vbi necesse est, duabus his literis. C. V. citamus.

CONSVLES. DICTATORES. ET. CENSORES

CCXLIV	L.IVNIVS.M.F.	BRVTVS.IN.PROELIO	L.TARQVINIVS	COLLATINVS
	OCCISVS.EST.IN.EIVS.LOC.FAC.EST		COACTVS.ABD.IN.EIVS.LOC.F.E	
	SP.LVCRETIVS	TRICIPITINVS	P.VALERIVS.VOL.F.VOLVSVS.QVI	
	IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.E.L.F.E		IN.HOC.HONORE.POPLIC.APPEL.E	
	M.HORATIVS	PVLVILLVS		
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.II	T.LVCRETIVS.	TRICIPITIN.L.F.V
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.III	M.HORATIVS.	PVLVILLVS.II
	P.LARCIVS.	FLAVVS	T.HERMINIVS.	ESQVILINVS
	M.VALERIVS.VOL.F.	VOLVSVS	P.POSTVMIVS.Q.F.	TVBERTVS
	P.VALERIVS.VOL.F.	POPLICOLA.IV	T.LVCRETIVS.	TRICIPITINVS.II

244 L. Iunius. Hunc Marci filium fuisse, tradit Diony. Nepos uero de illustribus viris, Brutum appellatum ob stultitiam, quam simulauerat. Brutus pridie K. Martij in bello cecidit, ut scribit Plut. in Poplicolæ uita, in quo ipsum errauisse quidam opinabatur, ea ratione quod in eo consulatu multa gessit, quæ spatio quinq; dierum nullo modo fieri potuerunt. Sed non animaduertunt eum annum sexdecim mensium fuisse, vt ait Diony. Brutumq; potuisse pridie k. Martij occidi, & suffectos trium & amplius mensiũ interuallo bella, quæ instabant, conficere. Ideo inscite & temere Plut. reprehendunt. Quanquam etiam non concedo, quod aiunt, mensem Martium anni principium tunc fuisse, quia nemo est, qui id aperte tradat. LOC. FAC. locum factus est. ABD. abdicauit. VOL. volusi. MAG. magistratu mortuus est in eius locum factus est. POPLIC. Poplicola appellatus est. SP. Lucretius. Apud quosdam auctores non inuenio Lucretium Cos. inquit Liuius. VOLVSI, non volesi. POPLICOLA, non Publicola. Nam à populo, quem colebat, & in cuius fauorem quasdam leges tulit, id cognominis ei inditum esse testatur idem Liuius. Plut. Publicolam appellatum tradit, quod publica ederet. Quæ etymologia iuxta vocabuli significatum vera est: sed falsa si Poplicolam, vt est in marmore, legas. Idem subdit. Quod nomen in posterum dimisso priore vsurpatum est. priore hoc est Volusi.

Sed cum in vna, eadem'que familia plura inueniantur cognomina, eaq; lectoris animum suspensum quandoque reddant, cum it filium alio, quàm pater, Nepotem alio, quàm auus, appellari inuenit, non erit ab re ostendere, quo modo prisci ijs vterentur. Sit exemplum Valeriorũ familia. M. Valerius igitur Volusus filios habuit Publium, Marcum, Manium, & Lucium: qui cognomine patris vtebantur: sed nouo nequisito, illud omittebant, ideo Publius, & Lucius, hic Potiti, ille Poplicolæ adeptus, Volusi vtera que reliquit. Sic Marcus. & Manius Maximi cognomen adepti, eòsque secuti sunt posteri, vt M. Valerius Coruus, M. Valerius Messalla, M. Valerius Læuinus. Verum quia ex eodem patre plures filij, ac nepotes interdum nascebantur, & duo, vel etiam tres, eodem erant prænomine, differentiæ caussa aliquis ipsorum duobus cognominibus appellabatur. vt Potitus Volusus, Potitus Poblicola, Maximus Messalla. aut patris, vel aui prænomine distinguebantur. exemplum habitur in marmore anno vrbis DLXXIIX huiusmodi, M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS: & anno DXCV, hoc, M. AIMILIVS. M'. F. M'. N. LEPIDVS. Quod diximus de Valeriorum familia, sic de alijs intelligendum est.

Cum hoc anno Consules primum creari cœpti sint, ab re non erit, si de ipsis pauca quædam locuti fuerimus: quo sciri possit ubi, & qua caussa crearentur, quo tempore magistratus inirent, & quædam alia ad historiæ fidem non inutilia. Consul, inquit Varro, nominatus, quod consulere populum, & Senatum debet. nisi illinc potius vnde Actius ait in Bruto, Qui recte consulat, Cos. fiat. Propterea aliqui quod plurimum reip. consulerent Consules appellatos esse volunt. idq; innuit etiam Liuius libro XLII ubi sic inquit. Euntem Consulem prosequuntur. Contrahit enim non officij modò cura, sed etiam studium spectaculi. vt videant ducem suum, cuius imperio, consilioq; summam reip. tuendam permiserunt. Sed hæc ad ea, quæ foris gerebantur, spectare videntur: quin in vrbe reip. curam gerebat Senatus. Qui tamen in rebus difficillimis iubebat ipsos Coss. videre, ne quid detrimenti resp. caperet. Creabantur autem in Campo Martio comitijs centuriatis. & interdum ab altero Cos. comitia habente, vt testatur idem Liuius XXXVIII. Prius non nisi ex patricijs. Lege deinde Licinij Stolonis ex plebe etiam creari cœpti sunt. qui comitia habebat, Consul creari non poterat. Per gradus autem consulatus petebatur. quod ostendit Liuius lib. XXXII his verbis. Tribuni plebis T. Quinctium Flamininum Consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturam'que fastidiri: nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles homines tendere ad Consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare. Hoc ait, quia post quæsturam sequebatur ædilitas, deinde prætura, postea Consulatus. sed ita ut inter oẽs hos magistratus, bienniũ interesset. Maior Cos. L. Cæsar putat dici, vel eum, penes quem fasces erant, vel eum, qui prior creatus erat. Creandorum autem Consulum caussam eam inuenio, vt eo iure, quo Reges solebant, remp. administrarent: ijs'q;, vt Gellius testatur, bella mandebantur. Consulatus autem varijs temporibus, varijs mensibus inibatur. mense Martij, Maij, Quinctilis, Sextilis, & Decembris. Liuius, Omnium, inquit, primum eam rem idibus Martij quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius Cos. retulit. & Alibi, Idus tum Maiæ solennes ineundis magistratibus erant. Et rursus alibi, L. Aemilium, & C. Plautium. K. Quinct. Consulatum inijsse commemorat. De Sextili libro tertio sic meminit. Creati Coss. L. Aebutius, P. Seruilius K. Sextilibus, vt tunc principium anni

agebatur. & quinto de decembri sic inquit. At enimuero Sergius, & Virginius negare se, ante idus Decembris solennem ineundis magistratibus diem, honore habituros esse. K. deinde Ianuarij institutum est vt Coss. magistratum inirent, post vrbem conditam annis circa DC, quod ex eodem Liuio libro XLIII conijcere videmur: item ex Dione, atq; ex epistolis Cic. ad Att. multis in locis: & ex Paterculo, qui sic inquit. Marius superato Iugurtha; designatusq; iterum Cos; in vrbem reuersus secundi Consulatus initio. K. Ianuarij eum in triumphum duxit. Varietas autem temporis ineundi Consulatus eueniebat, quia seditione, aliâue caussa comitia impediebantur. quod ostendit Cic. primo ad Att. vbi inquit. Comitia ad VI. K. Sextilis dilata sunt. Et ad Quintum fratrem scribit, Comitia in mensem Septembrem reiecta esse. Vrgente autem necessitate eo die, quo creati erant, inibant. vt tradit Liuius nono. &, vt auc: est Macrobius, Lanuuij Penatibus, & Vestæ rem diuinam faciebant. Annuum autem consulatum fuisse, idem Liuius his verbis testatur. Denos, vicenosq; dies quidam Dictaturam: nemo plus, quàm annuum, Consulatum gessit. Coss. pari erant potestate, tamen prior creatus, aetatèque maior Comitiorum dicebat diem, priorq; fasces summebat, licet hic mos, sicut ordo rogandi in senatu sententias, variarit, vt scribit Gellius secundo, & quarto. In rogandis autem sententijs vt in principio institutum, sic toto anno seruabatur. Duodecim autem fasces alternis diebus Consulibus attributæ, verberandi, occidendiq; potestatem significabant. quonîã in ciuem Romanam id facere eis non permittebatur, licebat tamen in carcerem ducere. Fas autem erat illis, quotiescunque visum esset, Senatum habere. Sed exercitum scribere, legiones supplere, naues reficere, earumq; numerum augere, loca publica ædificare, instaurare, atq; alia huiusmodi, iniusu Senatus facere eis interdictum erat. Idq; innuit Liuius his verbis. Senatus liberam potestatem Coss. fecit, & supplendi vnde vellent, & eligendi de omnibus quos vellent, permutandiq;, & ex prouincijs, quos è repub. censerent esse, traducendi. Quod autem tradit, lege cautum fuisse, ne intra decennium idem Cos. refici posset, hoc perpetuo non esse seruatum, ostendunt. A. C. in quibus inter alios habetur L. Papirius Cursor spatio annorum septem ter Cos. Vnicus aũt Cos. esse nõ poterat: propterea altero uitio creato, aut defuncto, superstiti conlega sufficiebatur: Vtroq; mortuo per interregem, nuuorum Coss. creandorum caussa, comitia habebantur. Vbi vero Coss. bello, abesse non poterant. Dict. dicebant, qui Consularia comitiá haberet. Liuius nono, Dictatorem, inquit, idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum Mag. Eq. P Decio Mure, ab ijs, propter quæ creati erant, Comitia Consularia habita: quia neuter Cos. poterant bello abesse. Illud autem non est prætereundum, quod quidam dicunt, Consules scilicet primum Prætores, deinde iudices, et nouissime Consules appellatos esse, idq; vt confirment, inter alios auctores, citant, Sex. Pom. qui sic inquit: Initio Prætores erant, qui nunc Consules. quæ verba, vt aliorum auctorum, parum intellexisse mihi videntur. Non enim Sex. Pom. significat Consules primum Prætores nominatos esse, sed Prætoris nomen prius fuisse, quàm Consulum. Nam Reges suos duces, qui bella administrabant Prætores vocabant.. quorum locum Consules postea obtinuerunt. Sed consequens fuerat, vt qui aliter sentiant, quàm nos, ostendere, quo anno primum Prætores, quo Iudices, quoq; Consules appellati sint, quod eos ignorare scio. Neque enim quæ falsa sunt, certa ratione probari possunt. Sed de Coss. hactenus. Spurius autem is dicebantur, qui incerto patre natus erat.

245 P. Valerius, T. Lucretius. Hunc filium crediderim eius Lucretij, qui in marmore anno CCXCI descriptus est. Et ne quis decipiatur velim sciat, de prænominibus patris & aui me ea tantum affirmare, quæ certis auctoribus, & marmorum inscriptione vera esse, probari possunt, Quæ vero in cummentario ex coniectura adijciuntur, in medio relinquo. Ea enim apposui, vt lecturi veriora inquirendi præberem occasionem. His Coss, nihil gestum aliud memoria dignum, quàm quod censuræ factæ sunt, & constitutiones conferrendorum tributorum in bella, vt Tullius Rex lege sanxerat, quæ per omne tempus Tarquinij principatus intermissæ fuerant, & tunc primum ab his viris renouatæ. ex quibus quidem eorum, qui in pubertate essent Romani inuenti sunt CXXX millia auc. Diony. Quibus verbis conijcimus lustrum etiam esse factum. De quo tamen Liuius non meminit, nec mirum, quia rarissime de illo, & Censoribus loqui solet. Sed cum in marmore anno vrbis CCLXXIX. Sit LVSTRVM. F. VIII. & Ser. Tullius omnium primus, vt diximus, quater illud condiderit, in quos annos vectius, quæ interim facta sunt, reijciemus, quàm in illos, quibus censum actum esse Diony. tradis? De Lustro Var. Sic, Lustrum nominatum tempus quinquennale à luendo, hoc est, soluendo. quod quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa per Censores persoluebantur. At quidam putant lustrum esse spatium quatuor annorum tantum, existimantes Romanos olympiadum Græcorum imitatione id instituisse. Quæ opinio insulsa est.

Romani enim, nisi necessitate coacti, exterarum nationum mores imitari non solebant. Lustrum ex se exeugitasse ostendit Vocabulum, nullam cum olympiade habens affinitatem: praeterea etymologia, & actio valde est diuersa. Quis est insuper adeo pingui minerua, qui existimet per quinquennale tempus Var. quatuor annos intellexisse, præsertim cum addat. quinto quoq; anno. Sed isti quinto anno inquiunt incœpto, non exacto. quam interpretationem falsam esse ostendit Asconius in diuinat. vbi sic inquit. Censores expleto quinquennio vrbem lustrabant. Liuius etiam tertio lustrum quinque annorum spatium esse innuit. his verbis. Is metus perculit, vt scribi militem Tribuni sinerent, non sine pactione tamen, vt quoniam ipsi quinquennium elusi essent, paruumq; id plebi præsidium foret, decem deinde TR. PL. crearentur. Mox subdet. Pudere se numeri sui nequidquam aucti, si ea res æque suo biennio iaceret, ac toto superiore lustro iacuisset. Lustrum vocat, quod quinquennium dixerat. Plut. in vita Crassi, Cæsari, inquit, imperium in lustrum alterum prorogauere. Cæsarem enim per decem annus Galliam suo imperio obtinuisse testatur Appianus, Et Cic. VII. ad Att. his verbis. Sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Præterea A. C. à lustra ad lustrum quinq; annos interpositos habent, & anni XL. Lustra octo tantum faciunt, non decem, vt oporteret si lustrum esset quatuor annorum spatium, vt isti aiunt. Quinimmo nonnulli, etiam Græcorum, quinque annorum olympicum certamē spatiū esse volunt, vt Pindarus, specie tertia hoc verbo πεντετηρίδα. plenū intelligit eius interpres specie decima. vbi inquit, θέμισεν δὲ Διὸς ὁ κατὰ βωμὸν τῶν πεντετηρίδων πληρωθεὶς χρόνος. Pausanias etiam tradit Herculem, qui olympicum certamen instituit, decreuisse vt quintoquoq; anno idcirco augeretur, quod cum ipso quinque essent fratres. Sed hæc nihil ad lustrum. Cùm autem prima syllaba vocabuli lūstri producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem, inquit Sex. Pom. Publij autem etymologia duplex est. Nam alij, qui publice educatus sit; alij vero, qui prius fuit pupillus, quàm prænomen haberet, Publium vocaut. Titi etymologia habetur apud eundem Sex. Pom.

246 P. Valerius, huius tertij consulatus meminit Valerius libro quarto. Pro P. Lucretio apud Diony. habetur, M. Horatius, qui ducebat genus à Trigeminorum vno, eratq; P. Horatij Coclitis patruelis, qui in statione pontis Sublicij hostis impetum sustinuit. qui mense Martio natus esset, Marcus dicebatur. ¶ Anno sequenti lege, SP. LARCIVS, vt est in vetustissimo titulo, quem citamus anno CDXXI. Fuit hic T. Larcij Dict. frater. T. Herminius ESQVILINVS, non Aquilinus. Nam in fragmento marmoris ante Q. apparet. S. non A. anno vrbis CCLXXV.

248 M. Valerius. Hunc Puplicolæ fratrem esse, diximus: affirmat etiam Diony. Postumius sine h, ex quo Postumius dicitur, qui postremo loco natus est: auct. Cesellio in Com. lectionum antiquarum. Iureconsulti tamen vocabulum aspirantes eum solum, qui post mortem patris natus est, Posthumium vocant. Horum opinioni assentitur Var. ac Plut. qui in vita Sullæ sic inquit. Sulla ex Metella duos reliquit infantes. Nam, post ipsius obitum, Valeriam filiolam peperit, quam Posthumam appellarunt. quos enim post parentis interitum nasci contigit, eo nomine Romani vocant. Quanquam Posthumam prænomen esse arbitramur, sicut Postumus apud Plautum in aul. vbi sic inquit. Post mediam ætatem, qui ducit vxorem domum, si eam senex pregnantem fortuitò fecerit, quid dubitas, quin siet paratum nomen puero Posthumus. Sed quò vtraque opinio seruetur: dicemus natum post mortem patris cum aspiratione, sine vero eum, qui vltimo loco natus est. De patre huius Postumij, Agrippæ, & Sulpicij meminit Diony. Postumij autem cognomen Tubertum esse tradit Cic. de legibus.

249 P. Valerius. De quarto consulatu huius meminit Val. quarto his verbis. Valerius Poplicola consulatus initium cum Bruto auspicatus est. idemq; postea tres consulatus acceptissimos populo Romano gessit. Postquam Liuius Coss. huius anni nominauit, subdit. Seditio inter belli, pacis'q; auctores orta in Sabinis aliquantum inde virium transtulit, ad Romanos. Namque Ap. Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen, cum pacis ipse auctor à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit. Vbi legendum, Romæ nomen, non cognomen.

CCL.AGRIPPA. MENENIVS.C.F.	LANATVS	P.POSTVMIVS.Q.F.	TVBERTVS. II
OPITER.VIRGINIVS.	TRICOSTVS	SP.CASSIVS.	VISCELLINVS
POSTVMVS. COMINIVS.	AVRVNCVS	T. LARCIVS	FLAVVS.L.F.VI
T.LARCIVS.	FLAVVS.PRIMVS	DICT.SEDIT.SEDAND.ET.R.G.C	
SP.CASSIVS.	VISCELLINVS	PRIMVS MAG.EQ	
SER.SVLPICIVS.P.F.	CAMERINVS	M'. TVLLIVS	LONGVS IN.M.M.E
T.AEBVTIVS.T.F.	ELVA	P.VETVRIVS.	GEMINVS
A.POSTVMIVS.P.F. ALBVS. QVI. IN. HOC.HONORE. REGILL.APPEL.E		DICT. MAG.EQ	REI.GERVNDAE CAVSSA
T.AEBVTIVS.T.F.	ELVA		
T. LARCIVS.	FLAVVS.II	Q. CLOELIVS.	SICVLVS
A. SEMPRONIVS.	ATRATINVS	M. MINVCIVS.	AVGVRINVS
A. POSTVMIV.P.F.	ALBVS.REGILLENSIS	T. VIRGINIVS.	TRICOSTVS
M.CLAVDIVS.	REGILLEN.SABINVS	P. SERVILIVS.P.F.	PRISCVS
A.VIRGINIVS.A.F.	TRICOST.COELIM.	T. VETVRIVS.	GEMINVS.CICVRINVS
M'.VALERIVS.VOL.F.VOLVSVS.QVI.IN. HOC.HONORE MAXVMVS.APPEL.E		DICT MAG.EQ	SEDIT.SEDAND.ET.R.G.C
Q.SERVILIVS.P.F.	PRISCVS		

250 *Agrippa Menenius. C. F. Lanatus. SP. Postumius Tubertus iterum, sic Diony. Agrippa in. A. C. & in triumphis prænomen inuenitur. quod in cognomen deinde versum est, vt, M. Vipsanius Agrippa. Prænomen enim, vt alibi diximus, non solum in cognomen, sed etiam in nomen gentilicium mutari sæpe inuenies i interposito iis, quæ in a terminantur, vt Aulus Aulius. Quintus Quinctius. Titus Titius. Marcus Marcius, C. Appius, vt est apud Cic. ad Att. neque sunt duo prænomina, vt ait interpres. Nam & Liuius XXXI. Appium quandoque gentilicium esse nomen ostendit. Cum dicit, P. Aelium Cos. iussisse C. Appium præfectum socium agrum Boiorum inuadere. Agrippæ nominantur, qui cum labore matris eduntur, hoc est per pedes contra naturam, non per caput, ab ægro partu, Gellius XVII.* DICT. *Dictator,* MAG. *Magister Equitũ.* SEDIT. *Seditionis sedãdæ et rei gerundae caussa.* IN.M.M.E. *In magistratu mortuus est.* REGILL. *Regillensis appellatus est.* COELIMON. *Coelimontanus. Sequentis anni Coss. vt auc. est Diony. fuere SP. Cassius Viscellinus, & Opiter Virginius, Opiter, inquit Sex. Pom. est cuius pater; auo viuo, mortuus est; ducto vocabulo, aut quod post obitum patris genitus sit, aut quod auum ob patrem, idest pro patre habeat.*

252 POSTVMVS *Cominius, non Postumius, est enim, vt diximus, prænomen, vt etiam ostendit Cic. ad Att, cum inquit. Currens ad illum Postumus Curtius venit, Cognomen autem Cominij quidam Auruncam esse tradant, Cuspiniano auctore. Sed cognomina à locis, vnde quis originem ducit, indita, quando non fiant casu, non videntur proprie cognomina esse. Ideo neq; Liuius, neq; Diony. huic cognomen adijciunt.*
Anno nono post reges exactos Dictator primus creatus est T. Larcius, SP. Cassius Magister equitum, auctor Eusebius. Liuius licet dubitet de nomine, anni, & cuius rei caussa, tamen apud veterrimos auctores se inuenire dicit, T. Larcium à Coss. creatum esse. Sex. Pomp. vult M'. Valerium primum, omnium Dictatorem dictum, cuius verba citamus anno CCLIX. Qua caussa non omnes idem sentiant, ipse autem Liuius Sabinorum latinorumq; belli caussa creatum tradit, Diony. ad sedandos tumultus plebis, quæ ære alieno demersa ad bellum latinum nomina dare recusabat. tamen non hoc, sed anno tertio post creatum esse scribit, quo ipse Larcius fuit Coss. iterum. Idem mox subdit. Sicq; primus creatus est hic Romæ princeps vnicus belli, pacisq;, rerumq; cæterarum imperator; Nomenq; ei impositum est Dictator: siue propter potestatem iubendi, dictandiq; quod vellet, & quæ iusta, pulchraq; cæteris quemadmodum ei videretur, siue propter eam, quæ tunc fiebat, dictionem: quandoquidem non à populo magistratum inuentum more patrio habiturus erat, sed ob vno viro dictus. Citat deinde Licinium, qui tradit, Romanos eam potestatem ab Albanis sumpsisse. Dictator inquit Var. quod à Consule dicebatur, cuius dicto audientes

oẽs

omnes essent. Magister equitum quod summa potestas huius in equites, & adcensos, vt est summa populi Romani Dictator. Liuius etiam sæpe commemorat Dictatorem à Cos. dictum, & interdum ab vtroque, & in rebus trepidis populum Q. Fabium Max. dictatorem creasse. Quem, tanquam non legitime creatum, Prodictatorem appellatum tradit. Creabatur autem Dictator nocturno tempore. Liuius, Noctis deinde silentio (ut mos est) Fabius L. Papirium Dictatorem dixit, & alibi sæpe. propterea non erat necesse Consulem, aut imperatorem ad populum progredi, vt Dictatorem diceret, quemadmodum scribit Plut. Extra agrum romanum, idest extra Italiam, Dictatar dici non poterat. Licebat autem tam ex plebe, quàm ex patricijs, qui, iuxta legem de creando Dictatore latam, consulares essent, Dictatores creari. Primus è plebe C. Martius Rutilus dictus est, qui Magistrum equitum C. Plautium item de plebe, sibi cooptauit. Nam magister equitum à Dictatare dicebatur: aliquando tamen vterque à Consule, cuius rei exemplum citamus anno CDXLI: Liuius, vt etiam supra ex Var. demonstrauimus, scribit Dictatorem legionibus, Mag. Eq. uero equitibus præfuisse. Libro enim tertio sic inquit. Inde composito agmine, non itinere magis apto, quàm proelio, si res ita tulisset; legiones ipse Dictator, Magister equitum suos equites ducit. Omnes autem magistratus Dictatori obtemperabant. Dictatura enim, vt Plut. in vita Antanij ait, cæteros omnes magistratus dissoluit, præter tribuniciam potestatem, propterea idem Liuius commemorat, L. Quinctium Cincinnatum Dictatorem increpantem, L. Minucium Consulem ita dixisse. Et tu L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris, ex qua Minucius Consulatu se abdicauit. A Dictatore prouocationem non fuisse asserit idem Liuius secundo. Creabatur autem Dictator his ex caussis. Legendi senatus, Claui figendi, Ferendæ vel abrogandæ legis, Latinarum feriarum, Reip. constituendæ, Seditionis sedandæ, quæstionis exercendæ, Signi mittendarum quadrigarum dandi, Comitiorum habendorum. quibus rebus peractis dictatura se abdicabat. At si rei gerundæ, hoc est belli caussa, sex mensium eius erat imperium, vt testatur Liuius tertio, & nono. Propterea M. Fabius Buteo Dictator à Cos. dictus Rostra ascendens, neque duos Dictatores tempare vno, quod nunquam antea factum esset, probare se dixit, neque Dictatorem sine magistra equitum, neque censoriam vim permissam uni, & eidem iterum, nec Dictatori, nisi rei gerundæ caussa, creato, in sex menses datum imperium, Dictatori equitare fas non erat, quod, vt Magister equitum inter equites, ita Dictator inter pedites versari oportebat. Primus omnium Q. Fabius Verrucossus à Senatu petijt: ut equa vti sibi Dictatori liceret, auct. Plut. Eusebius scribit Larcio Dictatore Lustrum esse factum, & Diony. ipsum Larcium ex instituto Ser. Tulij populum censuisse, censaq; esse ciuium capita CL millia LXX. sed anno tertia post.

253 SER. SVLPICIVS, cum c, non t. Sic Mucius, Fabricius, Genucius, Minucius, Cædicius, Auiscius, Porcius, Marcius, quando venit à Marco, nam secus si à Marte, vt Campus Martius. M'. Tullius. ex. C. V. conijcimus sic legendum, licet in eo Manilius habeatur. Manius, inquit Sex. Pom. prænomen dictum est ab ea, quod mane quis initio natus sit, vt Lucius qui luce. Et alibi sic inquit. Manius agrum nemorensem Dianæ consecrauit, à quo multi, & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerbium. Multi Manij Ariciæ. Hunc Manium in magistratu mortuum esse tradit Diony. eiq; adijcit Longi cognomen: & Sulpicio Camerini, Publijq; filium vocat. Vtrisque meminit Cic. in Bruto, his verbis. vt si me à M'. Tullio esse dicerem, qui patricius anno decimo post Reges exactos cum Ser. Sulpicio Cos. fuit. Sed illis, qui dicunt Tullio neminem fuisse suffectum quod circa finem anni decesserit, fuerat consentaneum aliqua ratione id probare, non suo iudicio incerta pra certis affirmare. Seruius is dicebatur, cuius parentes, uel alter ipsorum in seruitute eum genuisset: vel qui in vtera matris, ea mortua, seruatus esset.

254 P. Veturius. huius prænomen in quibusdam Liuij codicibus est. Caius: in alijs Cneus: in Cassiodoro Lucius: in Diony. Publius. Quod prænomen Aebutio etiam perperam præponit. Alibi tamen T. Aebutium. T. F. Eluam vocat. Dictator, & Mag. Eq. in proelio vulnerati. T. Herminius legatus: & Valerius Poplicolæ frater occisi sunt, & Octauius Mamilius hostium dux. Sed vide an apud Liuium legendum sit, Mamilus. alioquin duo erunt nomina, quod dictu est absurdum. Postumius, vt opinor, pater fuit SPurij, & Auli, quorum alter fuit Cos. anno vrbis CCLXXXVII. alter biennia post.

255 Q. Cloelius, hanc familiam, vt Iuliarum, Seruiliorum, Geganiorum, Metiliorum, Curatiorum, & Quinctilio-

rum ab Albanis originem duxisse, scribit Diony. ¶ Anno sequenti, vrbis CCLVI. Aedes Saturno dedicata: & Saturnalia instituta festos dies. Aulus is erat, qui Dijs alentibus natus esset. Postumius, qui sequitur, P.F. Albus vocatur á Diony.

258 M. Claudius, in codicibus Liuij, Suetonij, Plinij, coeterorumq; ferè omnium auctorum, legitur, Ap. Claudius, Plinij verba haec sunt. Ap. Claudius, qui Cos. cum Seruilio fuit anno vrbis CCLIX, maiores suos in æde Bellunæ posuit. Sed enim constans sit opinio Ap. Claudium Xuirum huius nepotem fuisse, atq; de ipso in A. C. legatur, Ap. Claudius Ap. F. M. N. fateri oportet, huius Claudij prænomen esse Marcum. Seruilius P. F. vocatur á Diony. Tarquinius superbus mortuus est. Tribus XXI factæ sunt.

259 A. Virginius. A. F. Montanus, sic Diony. Huius, & conlega meminit Asconius in orat. pro. C. Cornelio, vbi perperam legitur Ceturino, pro CICVRINO. Virgino addit cognomen Tricosti, ex quo videtur, vt eius conlega, duobus cognominibus appellatus, M'. Valerius, non M. Valerius. Nam in eius triumpho est, M'. VAL ... fuit Volusi filius, de quo Sex. Pomp. sic meminit. Optima lege cum dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quòm plenissimum posset ius esse significabatur, vt fuit M'. Valerij, M. F. Volusinæ gentis, qui primus magister populi creatus est. Postquam vero prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, vt optima lege, rpute imminuto iure priorum magistratuum. Sic legendum apud Sex. Pomp. non, vt quidam edunt, M. Valerij, M. F. Volusi nepotis, perperam mutantes M'. in Marcum, eius fratris prænomen, qui non fuit Dictator, & Volusinæ gentis, in Volusi nepotem, cum vterq; fuerit M. Valerij Volusi filius, non nepos, vt verba einsdem Pom. clare ostendunt. Qui Volusinæ gentis adiecisse videtur, quod altera esset Valeriorum familia, altero cognomine appellata. Quibus verbis etiam cognoscimus Volusum esse cognomen, non prænomen, vt hi putant, parum animaduertentes cognomina sæpe addi discernendi caussa, non tanquam prænomina, quod á nobis alibi declaratum est. Ideo ex verbis eiusdem Sex. Pom. apparet. Publium, Marcum, Manium, & Lucium fratres, M. Valerij Volusi filios esse. Magister equitum apud Liuium desideratur. Diony. Q. Seruilium Priscum esse tradit, fratrem P. Seruilij prioris anni Cos. In ea autem quod Sex Pom. ait M'. Valerium primum magistrum populi creatum, sequitur Ciceronem, qui in Bruto sic inquit. Videmus item paucis annis post reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset; eumq; montem, qui Sacer appellatus est, occupuisset, M'. Valerium Dictatorem dicendo sedauisse discordias, eiq; ob eam rem amplissimos honores esse habitos, & eum primum, ob eam ipsam caussam, Maximum esse appellatum. Sed vterque á Liuio, & Diony. dissentit, qui volunt, vt diximus, T. Larcium omnium primum Dictatorem fuisse, seditionemq; plebis ab Agrippa Menenia sedatam esse, ex quo apparet, Cic. & Sex. Pom. alios annales secutos esse. Caussam autem secessionis commemorat Liuius & Diony. ainoiq; Tribunos plebis primum creatos esse. De quorum numero, & nominibus non omnes idem sentiunt. Nam alij duos, alij quinq; creatos esse tradũt, vt in orat. pro C. Cornelio tradit Asc. his verbis. Coeterũ qdã, nõ duos TR. PL. vt Cic. dicit, sed quinque tradũt creatos tũ esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tñ q eundẽ illũ duorũ numerũ, quẽ Cicero, ponãt, inter quos Tuditanus, et Põponius Atticus, Liuius'q; noster idem hic, & Tuditanus adijciunt tres præterea, ab illis duobus conlegas creatos esse. Nomina duorũ sunt hæc, q primi creati tradũtur, L. Sicinius. L. F. Bellutus, L. Iunius. C. F. Paterculus. Conueniunt autem in eo quod omnes testantur duos primos alios tres conlegas sibi cooptasse, Plut. vero & Diony. quinque primum creatus esse volunt, quorum nomina hæc sunt, L. Iunius Brutus. C. Sicinius Bellutus, C. & L. Licinij, & C. Iunius Ruga: Liuius primos edit C. Licinium, L. Albinium contra Asconium, Diony. & Plut. qui Sicinium & Brutum primos produnt. Quod si Sicinius á primis duobus est cooptatus, non erit è duobus alter. Nisi velis duos Sicinios tunc fuisse, Caium, & Lucium, hunc'q; cooptatum, quem tamen Asc. alterum è duobus esse scribit. Coeterum in hac tam discrepanti auctorum editione, quid verum sit, in incerto sit positum. Hos autem Tribunos ante. IV. Idus Decembris tribunatum inijsse, eumq; diem ipsum ineundi solemnem deinde mansisse, commemorat Diony. Lex sacrata in eodem monte lata est, qua sancitũ, ut plebei magistratus sacrosancti essent, et ne cui patriciũ plebeiũ magistratũ capere liceret, neue qs verbo, aut re Tribunos violaret: si secus fecisset, impune occidi posset. De illorũ potestate vide Plut. in vita Gracchorũ, et Gelliũ lib. XIII. Qui aũt volũt ipsos Tribunos nũ hoc, sed sequẽti anno creatos, mouẽtur, vt puto, ex verbis Liuij, q postquã narrauit omnia, quæ ad ipsos spectabãt, subdit, Cassiũ, et Postumium per secessionem plebis Consulatum inijsse. quod si tunc secessio adhuc erat, oportuit his Coss. Legationem missam, pacis conditiones factas, & ipsos Tribunos creatos, non superiori anno Virginio, Veturioq; Coss. ex quo Liuius videri posset minus accurate historiam narrauisse, qui vnius anni res gestas in alium transtulerit, quod non credo, sed

puto particulam per, pro post, perperam substitutam, vt sit transitio. nam ad alia transire apparet, cum d' ijs Tribunis amplius non loquatur. Paruo igitur errore sublato, inuenies Liuium omnia suo loco narrauisse & cum ipso Cic. prorsus conuenire, eosq; hallucinari, qui anno sequenti creatos esse, & Cic. à Liuio discrepare, putant,

CCLX SP.CASSIVS.	VISCELLINVS. II	POSTVMVS.COMINIVS.AVRVNCVS	.II.L.F.VII
T.GEGANIVS.	MACERINVS	P.MINVCIVS.	AVGVRINVS
M.MINVCIVS.	AVGVRINVS. II	A.SEMPRONIVS.	ATRATINVS. II
Q.SVLPICIVS.	CAMERINVS. CORNVTVS	SP.LARCIVS.	FLAVVS. II
C.IVLIVS.L.F.	IVLVS	P.PINARIVS.	RVFVS
SP.NAVTIVS.	RVTILVS	SEX.FVRIVS.	FVSVS
T.SICCIVS.		C.AQVILLIVS.	TVSCVS
SP.CASSIVS.	VICELLINVS. III	PROCVLVS.VIRGINIVS.	TRICOST.RVTIL
SER.CORNELIVS.L.F.	MALVGINENSIS	Q. FABIVS.K.F.	VIBVLANVS
L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS	K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS

260 POSTVMVS *Cominius, non Postumius. Lustrum est factum, censáq; sunt ciuium capita* CX *millia, & amplius auc. Diony. Agrippa Menenius mortuus est.*

263 Q. *Sulpicius,* SP. *Larcius.* C. *Iulius,* P. *Pinarius. Hi sunt Consules duorum annorum, quos diximus desiderari apud Liuium.* C. *Iulius* IVLVS, *non Tullus. Hoc enim Iuli cognomen ab Ascanio Aeneæ filio deriuatum est, & ab eodem cognomine familiæ nomen, propterea Virgilius inquit. Iulius à magno demissum nomen Iulo, & Liuius de eodem. quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis nuncupat. Exemplum huius cognominis habetur in* A. C. *anno vrbis* CCLXXX, & CCCL.

265 SP.*Nautius* RVTILVS, *non Rutilius. Cediderim hunc esse filium* C. *Nautij Cos. anno* CCLXIIX. *Coriolanus mortuus est. Templum Fortunæ muliebris ædificatum, dedicatumq; est. de hoc meminit Val. Max. primo cap.* VIII.

266 C. AQVILLIVS *in.* A. C. *atq; in trimphis cogomen huius familiæ est Florus, apud Liuium libro* XXXI *Gallus, Siciniæ vero apud Cellium, aliosq; auctores est Dentatus, & Bellutus, vt apud Asconium, & Diony. Sed hæc familia patricia, & plebeia fuisse videtur, aut certe legendum est, vt apud Diony. & Cassiodorum* T. *Siccius, in cuius familia si fuisset aliquod cognomen, id omnino Diony. non præterijsset. De ijs autem quæ ex libro Cuspiniani à quibusdam adijciuntur, scilicet Sabinus Sicinio, & Tuscus Aquillio, idem dici potest, quod dictum est supra de Postumi Cominij cognomine. Aquillius is dicebatur, qui erat aquilo, hoc est nigro colore.*

267 *Proculus Virginius. Proculus in* A. C. *cognomen inuenitur, de quo, idem dicendum, quod de Agrippa dictum est. Sunt qui credunt Proculos dictos, quod parentibus iam senibus, quasi procul progressis ætate nati sint. Hic Virginius à Diodoro nominatur Tricostus, aliqui ex Cuspinani libro adijciunt etiam Rutilum.* ¶ *Anno sequenti, vrbis* CCLXVIII, Q. *Fabius.* K. *filius vocatur à Diony. Ser. Cornelius pater fuit, ut conijcio, eius, qui anno vrbis* CCXCIV *fuit Cos.* SP. *Cassius damnatus, necatusq; est, eius ædes publice destructæ* SP. *Cassio, inquit Valerius, plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm duo speciosissimi trimphi profuerunt. Nam.* S. P. Q. R. *non contentus eum capitali supplicio afficere, interempto demum superiecit ut penatium quoq; strage puniretur: In solo autem ædem Telluris fecit. Liuius ait aream eius domus ante eandem ædem Telluris fuisse.*

269 L. *Aemilius* MAMERCINVS, *non Mamercus. Est enim Mamercus non cognomen, sed prænomen oscum, vt scribit Sex. Pom. qui tradit Aemiliam gentem appellatam à Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilius. Sed Aemilius est nomen, non cognomen, vt ipsa ait. Fuit autem Aemilius* MAM. F. *vt testatur Diony. libro octauo.* K. *Fabius in.* A. C. *Cæso scribitur sola litera.*

K. de qua Terentianus Maurus sic inquit.
K. similiter ociosa coeteris sermonibus:
Tum in usu est, cum Kalendas adnotamus, aut Kaput.
Saepe Caesones notabant hac uetusti litera.
Caesones appellantur ex utero matris execti, auc. Sex. Pom. Aedes Castoris à Postumio bello latino uota, ab eius filio Idibus Quintilibus dedicata est.

CCLXX M.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS	L.VALERIVS.VOLVSI.F.	POTIT.VOLVSVS
C.IVLIVS.L.F.	IVLVS.II	Q.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.II
K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.II	SP.FVRIVS.	FVSVS
CN.MANLIVS.P.F.VVLSO.IN.PROEL.OC.E		M.FABIVS.K.F.	AIBVLANVS.II
K.FABIVS.K.F.	VIBVLANVS.III	T.VIRGINIVS.	... T.N.TRICOST.RVTIL
L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS.II	C.SERVILIVS.	STVCTVS.AHALA
		IN.MAG.MORTVVS.E.IN.E. LOC.F.E	
		...HERMINIVS.T.F.	ESQVILINVS
		T.MENENIVS.AGRIP.F.C.N.	LANATVS
M.HORATIVS.M.F.	PVLVILLVS	SP.SERVILIVS.	STRVCTVS
A.VIRGINIVS.	TRICOST.RVTIL	C.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS
P.VALERIVS.P.F.VOLVI.N.	POPLICOLA	A.MANLIVS.	VVLSO.LVSTRVM.F.VIII
L.FVRIVS.	FVSVS		

270 L. Valerius. hic uidetur pater C. Valerij TR. MIL. anno vrbis CCCXXXVIII. Cognominatus POTITVS. VOLVSVS, nõ Volusus Potitus. M. Fabius. De origine huius meminit Plut. qui sic inquit. Ferunt vno Nympharũ Fabium genitum esse. Quidam autem Herculem apud Tiberim cum muliere eius loci accola congressum habuisse, & Fabium genuisse, à quo Fabiorum familia: Quidam priscos huius generis uiros, quod primum venandi per fossos morem induxerint, à fodiendo Fodios olim appellatos memoriae tradiderunt. Deinde mutatis literis lapsa loquendi consuetudo Fabijs cognomen fecit. ubi uidetur legendum nomen. Nam Fabius non est cognomen, sed nomen. Diony. ait hunc esse annum vrbis CCLXX.

271 C. Iulius. Si est ille, qui postea fuit Xuir, ut Diony. significare uidetur. (nam cum legatus ad plebem mittitur ab eo vir Consularis dicitur), lege ut in Xuiris. C. Iulius. C. F. L. N: neq; adijcias iterum. Sed cum ab hoc ad illum anni XXX intercesserint. in tam longo interuallo, uix credibile est, eundem esse, praesertim quod si decemuir is est, qui postea anno CCCVI fuit Cos. oportuerat annum agere circa LXXXV, & illa iterum adijcere. Quare uidendum an hoc sit illius pater, idemq; qui supra anno CCLXIIII fuit Cos. illiq; addendum iterum.

272 SP. Furius FVSVS, non Medullinus. qui uolunt, hunc, Lucium, & Publium Furios, qui sequuntur, filios esse eius, qui anno CCLXV fuit Cos. mutant Publium in Sextum, ut ex more unus praenomine patris appelletur, Sed non est uerisimile patrem cum tot filijs spatio annorum quindecim omnes Consules creatos esse. Quod si liceet diuinatione uti, melius erit existimare hunc Furium Superioris Sex. Furij fratrem esse. ob hisq; duobus uel ab altero eorum, uel ab alio aliquo, qui sequuntur procreatos esse. Hoc dixisse uolui; quia animaduerti eos multa praenomina patris, & aui apponere, quae nunc non sunt in marmore, neque de illis certa ratio reddi potest, praesertim quod auctores raro de patris, rarissime uero de aui praenomine mentionem faciunt, ut ex ijs ea accepisse dicere possint. Sunt igitur temere inserta, ut multa nomina, & cognomina, aliaq; plurima, quae si singulis annis ostendere uellem, lectori fastidium absque utilitate, mihi uero immensum laborem omnino praeberent, igitur satis erit hic semel eum admonuisse caueat ne deceptus in errorem labatur, quo deinde uera, quae sunt in marmore, ab his falsis, uel dubijs dignoscere nequeat.

273 *Cn. Manlius. à quibusdam appellatur Cincinnatus: quod cognomen proprium est familiæ quinctiorum, non Manliorum. Apud Diony. & in vtroque. C. V. perperam legitur Manilius. Conijcimus enim hunc patrem fuisse A. Manlij, qui fuit decemuir. Liuius tradit in proelio fuisse occisum, sed in marmore non apparet locus suffecto. Q. Fabius, qui iam tertio anno fuit Cos. in proelio aduersus Veientes & Etruscos occisus est. De Fabio Valerius libro quinto meminit his verbis, M. Fabius Cos. Etruscis, & Veientibus superatis delatum sibi triumphum ducere non sustinuit, quia eo proelio Q. Fabius frater occiderat. De prænomine Cnei vide Sex. Pom. ¶ T. Virginium, qui sequitur, filium eius arbitramur, qui anno CCLVII fuit Cos.*

275 *C. Seruilius STRVCTVS, AHALA, non Priscus, huic cum in proelio occisus, vel in magistratu mortuus esset, suffectus est Herminius superioris Herminij, vt puto. filius, non autem C. Cornelius, vt quidam aucttore Diodoro edit, sed ibi aut auctoris, aut librarij mendum putarem, præsertim quod in familia Corneliorum nullus Esquilinus appellari inuenitur: & quod in hac tota magistratuum serie hinc ad annum CDXXVI non fit mentio de aliquo Cornelio Lentulo. Liuius neque de Seruilij morte, neque de aliquo suffecto quicquam tradit. Forte, quia, vt Macrobius libro secundo cap. VIII scribit, vno tantum die Cos. fuit: Si tamen de hoc intelligit. Huius autem Herminij prænomen an sit Titus, cuius est patris, nescimus.*

276 *C. Horatius Puluillus, hoc cognomen adijcitur à Liuio, Diodoro, & Gellio. Idem Gellius libro XVII, cap. vltimo, M. Horatium vocat, &, vt arbitror, recte, vt sit filius eius, qui anno primo vrbis liberatæ fuit Cos. & pater, aut certe frater C. Horatij Cos. anno eiusdem vrbis CCXCV, Quod si vtrobique legatur, C. Horatius, neque idem est, quia in A. C. non adijcitur iterum: neq; fratres, quia eodem prænomine non appellarentur. In altero C. V. non recte, vt puto, legitur, L. Menenius, Fuit hic T. Menenius, auctore Diony. & Liuio Agrippæ filius, qui fuit Cos. anno vrbis CCL. Idem Gellius eodem libro & Capite Menenium Agrippam vocat, eius verba sunt hæc. Menenio Agrippa, M. Horatio Puluillo Coss. bellum veiente apud fluuium Cremeram ab ijs Sex & trecenti Fabij cum familijs suis vniuersi ab hostibus circumuenti perierunt, & vt ait Liuius, XV K. Sextilis. ¶ Anno sequenti lege SP. Seruilius STRVCTVS, non Priscus, T. Menenio Agrippæ dies est dicta. Tribuni cum capitis anquisiuissent, duo millia æris damnato multam edixerunt, qua ignominia, ægritudineq; morbo absumptus est. Coss. huius anni Sextili mense solstitio æstiuo magistratum iniisse, scribit Diony.*

278 *P. Valerius, C. Nautius, Secundus consulatus vtriusque, in marmore descriptus, horum patris, & aui prænomina ostendit, simul & cognomina ipsius Valerij & Nautij, cui Diodorus apponit cognomen Rufi pro Rutilo.*

279 *L. Furius FVSVS, Medullinus. C. Manlius VVLSO, non VOLSO. Apud Diony. habetur A. Manlius, quæ lectio magis est probanda. Nam unus ex ijs videtur, qui missi sunt Athenas, vt Solonis leges describerent., Quos consulares fuisse prodit, erit igitur is, qui in marmore Xuir, descriptus est, Tamen in vtroq; C. V. legitur, C. Manlius. Coss. hoc anno Lustrum VIII condiderunt, censiq; sunt ciuium capita amplius CIII millia, auctor Diony.*

CCXXC	L.AIMILIVS.MAM.F.	MAMERCINVS.III	VOPISC.IVLIVS.L.F	IVLVS
	L.PINARIVS.	RVFVS	P.FVRIVS.	FVSVS
	AP.CLAVDIVS.M.F. REGILLENS.	SABINVS	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS
	L.VALERIVS.VOL.F.	POTIT.VOLVSVS.II	T.AIMILIVS.	MAMERCINVS
	T.NVMICIVS	PRISCVS	A.VIRGINIVS.TRICOST.	COELIMONTAN
	Q.SERVILIVS	PRISCVS	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.II
	TI.AIMILIVS.	MAMERCINVS.II	Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS
	SP.POSTVMIVS.A.F.	P.N.ALBVS.REGILL.	Q.SERVILIVS.	PRISCVS.II
	Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS.II	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.III.L.F.IX
	A.POSTVMIVS.A.F.P.N.ALBVS.REGILLEN.		SP.FVRIVS.	FVSVS

CCXC P.SERVILIVS.SP.F. P.N.	PRISCVS	L.AEBVTIVS.	ELVA.IN.MAG.M.E
L.LVCRETIVS.T.F.	T.N.TRICIPITINVS	T.VETVRIVS.	GEMINVS.CICVRINVS
P.VOLVMNIVS.M.F.M.N.AMINTIN.GALLVS		SER.SVLPICIVS.	CAMERINVS
P.VALERIVS.P.F.VOLVSI.N.POPLICOLA.II		C.CLAVDIVS.M.F.	REGILLEN.SABINVS
IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.F.E			
L.QVINCTIVS.L.F. L.N.CINCINNATVS			
Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS.III	L.CORNELIVS.MALVGINESIS.COSSVS.L.F.X	
C.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS.II	L.MINVCIVS.	AVGVRINVS
		A.DICT.COACTVS.ABD.IN.E.LOC.F.E	
		Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVANVS.IV
L.QVINCTIVS.L.F.L.N.	CINCINNATVS	DICT	REI.GERVNDAE.CAVSSA
L.TARQVITIVS.L.F.	FLACCVS	MAG.EQ	
C.HORATIVS.M.F.M.N.	PVLVILLVS	Q.MINVCIVS.	AVGVRINVS
RIVS.M.VALE.M'.F. VOLVSI.N.MAXVMVS		SP.VIRGINIVS.	COELIMON.TRICOSTVS
LVDI.SAECVLARES.	PRIMI	C.VETVRIVS.	CICVRINVS
T.ROMILIVS.T.F.T.N.	ROCVS.VATICAN	A.ATERNIVS.	FONTINALIS
SP.TARPEIVS.M.F.M.N.MONTAN CAPITOL.			

290 L. *Aebutius Elua. Sic Diodorus, qui vocat Seruilium non Priscum, vt est in. A. C. Sed Structum. Huius nominis Seruilij, in marmore secunda syllaba nullibi, quàm hic longiori I producitur. Huiusmodi varietas lapidicidæ incuria deprehenditur etiam in quibusdam alijs verbis, vt, Liuius, Acilius, Popillius, Tricipitinus, Salinator, Calatinus, Medullinus. Priscus, occisus, facti, & qui, Inuenitur etiam E, nonnullæq; aliæ literæ cæteris longiores, ne pars superior proximis coniungatur. Præterea puncta quædam locorum angustijs, multa etiam tanquam ob distantiam dictionum inter sese non necessaria, omissa. Hic annus pestilens, non magis hominibus, quàm pecori. vterque Cos. mortuus est. de qua morte in. A. C. non fit mentio, neq; suffectis locus est relictus.*

291 T. *Veturius. Hunc Cicurinum vocat Diodorus. crediderim filium eius, qui anno CCLIX fuit Cos. Quidam edit SP. Veturius SP. F. P. N. Crassus, tanquam ille sit, qui mox fuit xuir. Sed cùm in omnibus Liuij codicibus, etiam Vaticanis, item apud Diony. Cassiod. sit, T. Veturius Geminus, satis constat illius opinionem falsam esse: præsertim quod ex eius triumpho extat fragmentum hoc, EMI. quod cùm dubiam esset quo in loco reponeretur, nos animaduertimus ante E esse literam G ferè integram, & Geminum significare, atq; huic, & illi loco optime conuenire.*

292 P. *Volumnius* AMINTINVS. GALLVS. *Huius & eunlegæ meminit Valerius primo cap. de prodigijs, apud quem perperam legitur C. Volumnius. Celum ardere visum est. Terra ingenti motu concussa. Bos locuta. Carne pluit, quæ prodigia ab eodem Valerio commemorantur, aitq; ea accidisse inter initia bellorum, vbi interpres perperam interpretatur, Ante quàm Galli ad vrbem aduentarent, eamq; delerent. Quod si animaduertisset hos Coss. fuisse multos annos ante vrbem deletam, non ita foede in hunc errorem lapsus esset. Sulpicius filius est eius, ut puto, qui anno CCLIV fuit Cos. Huic aliqui adijciunt alterum cognomen Cornuti, ea ratione quod eius filius TR. Mil: anno CCCLI eo appellaretur, sed dicendum vt anno CCLXXXII de cognomine Barbati diximus.*

293 P. *Valerius* POPLICOLA. *Cùm hic sit filius illius, qui cum Bruto Reges expulit, Liuius III. haud recte inducit ipsum loquentem de patre, tanquàm de tritauo. cum ait, se fore memorem maiorum suorum, memorem cognominis, quod populi colendi veluti hæreditaria cura sibi à maioribus tradita esset. Nam cognomen Poplicolæ acquisiuit pater, non huius maiores. C. Claudius M. F. non Ap. F. vt apud Liuium, qui ait hunc esse patruum Xuiri.*

294 L. *Cornelius. Eodem anno, inquit Liuius, descisse Antiateis apud plerosq; auctores inuenio, L. Cornelium Cos. id bellum gessisse, oppidumq; cepisse. Certum affirmare, quia nulla apud vetustioreis scriptores eius rei mentio est, non ausim. Sed cum ipse Cornelius de Volsceis Antiatibus hoc anno triumpharit, affirmare possumus,*

quod non audet Liuius, contra hos populas bellum gessisse, oppidumq; cepisse. Fuit hic Carnelius Xuiri frater. In hutas L. Carnelij triampho extat alterius cognominis syllaba, VS, *caias integrum fuisse videtur,* COSSVS. *Nam id cognominis Corneliorum esse, in marmore frequenter inuenies. Sed quia in A. C. quorum ardinem sequimur, habetur quotoqaoq; anno, qaibusue Censoribus lustram conditum sit, existimaueram quæ desant ex Liuio & Diony. ea posse restitui, sed valde deceptus sum. Nam Diony. tantum ait anno vrbis liberatæ Censaras renouatas esse, & censum actam, modo vera Liuius lustram x à condita vrbe factum esse. Quod si Ser. Tullius censum instituit, cur non potias ab ipso, quàm à condita vrbe factum esse, dixit? Quanqaam à lustro X. ad ipsam intersunt anni LXXV, qui lustra XV efficiunt. Nimis sane Liuius in lustrorum, Censoramq; commemoratione negligens fuit. Nam ab hoc ad annum CDLIX de ipsis nullã penitus mentionem facit. Et cum in ipsis annalibus sint lustra circa LXX, apad ipsum tamen, & Florum simul, XXVII tantũ reperiũtur, et ferè semper sine Censorũ nominibus, atq; annorũ numero. Nos vero ferè omnia, quæ desunt, ex varijs auctoribus sumpta, saa loca restituimus. Hoc lustra censa sant ciuium capita CXXXII millia DIX.*

295 C. *Nautius* RVTILVS, *non Rutilius. Inter huius Cos. & Dictatoris nomen in marmore daorum versuum spacium inane apparet, quare sub L. Minucio Augurino addidimus*

A. DICT. COACTVS. ABD. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS IV, *Id enim innuit etiam Liuius, Cum ait. Minutia Fabius successar in Algidum missus. Si successor, igitur in eiusdem Minucij locum, & cum eodem imperio. Hunc locum quidam sibi attribuit, quem à me didicisse dissimulat. Val.* L. *Qaintius, inquit, Cincinnatus Dictator* L. *Minuciam consulatum deponere coegit, quod castra eius hostes obsederant.* L. TARQVITIVS, *non* L. *Tarquinius. Nam si Brutus ex. S. C. tulit ad populum, & omnes Tarquiniæ gentis exules essent, apparet perperam legi apud Liuium,* L. *Tarquinius. Hoc anno M. Valerio M'. Valerij filio Volusi nepote quæstor fuit* T. *Quinctius Capitolinas, qui ter Cos. fuerat. ¶ Anna sequenti legendum* C. *Horatius, non* M. *Horatius, vt apud Liuium, & Cassiodorum,* TR. PL, *decem creati bini ex singulis classibus XXVI anno à primis* TR. PL.

297 M. *Valerias* MAXVMVS. *alibi vero habetur Maximas, & in tribas titulis Q. Fabij in foro Ro. repertis.* MAXSVMVS. *huius patrem omnium Valeriorum primum Maximi cognomen acquisiaisse apparet, de qua Plut. in Pompeia meminit his verbis. Duos populus Romanus cognominauit Maximos, Valeriam, quod patreis à plebe dissidenteis reconciliauit. Fabium Rallum (lege* RVLLIVNVM) *quod diuiteis quosdam viros ex libertinis genitos Senatu amoait; Diodoras vocat* SP. *Virgininm Tricostum. ¶ Ludi Sæcalares facti, de quibus plura scribit Policianus in suis Mescellaneis, citatq; inter alios auctares Censorinum, & Zasimum, qui ex nominibus Consulum appositis inter sese discrepare videntur, & propterea idem Policianus ait de temporum interuallis, quibus fierent, fidem in ambiguo esse, neq; Sæculareis appellatos quod fierent, vel anno centesimo deniq;, vel etiam centesima decima, sed quod plurimum hominis ætate celebrarentur, vt multa, inqait, quæ rara sunt, post sæculum euenire loquentium consuetudo vsurpat. quæ ratia satis absurda videtur. Nam si vera esset, saqueretur priscos illos Romanos vocabulum aciasam his Ludis imposaisse, ac Sex. Pomp. opinionem falsam esse, qui sic inquit. Sæcalares ludi apud Romanos post centum annos extendi existimabantur. Nos vero ex varijs opinianibus, quas Censorinus citat, eam probabiliorem arbitramur, quæ est de commentarijs Xuirorum, in quibus primi notantur hoc anno, qui est vrbis* CCXCVII. M. *Valerio Maximo, &* SP. *Virginia Tricasta Coss. Nam dinumeratis postmodum annis CX ad secundas peruenitur, factos anno* CCCCVII M. *Valerio Coruo II, & C. Poetelio Visolo Coss. Deinde totidem annis hoc est, CX interiectis, anno eiusdem vrbis* DXVII P. *Cornelio Lentulo, & C. Licinio Varo Coss. tertij occurrant, eregione qaarum in marmoris margine scalpti sant, quo anno ijdem Commentarij factos esse volant, vt quartos anno* DCXXVII M'. *Valerio Lepida, &* L. *Aurelio Oreste Cass. Quinti itidem in marmore habentar, non tamen suo loco. Nam ex prædicta annorum supputatione facti inueniuntur anno* DCCXXXVII, L. *Domitia Ahenobarbo, &* P. *Cornelio Scipiane Coss. quanquam Dio annum anticipat. Sextos fecit Claudius se Cos. III &* L. *Vitellio, quasi (inquit Suet.) anticipatos ab Augusto, nec legitima tempore resuruatos, quamuis ipse in historijs suis prodat, intermissas eos Augustum multo pòst diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. quare vox præconis irrisa est inuitantis more solenni ad Ludos. Septimos celebrauit Domitianus anno* DCCCXLI *computata ratione temparum ab anno, non quo Claudius proxime, sed olim Augustus ediderat. Ex hac autem supputatione vides circa horam ludorum ordinem, & nostram Chronologiam quàm belle omnia cum marmoribus conueniant. Item cum libris Sybillinis, & Haratia, qui prodit vndenos decies per annos celebrari solutos esse. Quod si Plut. qui vult hos ludos primum anno* CCXLIX *factos esse, vel alios auctores aliter; atq; marmora, & Commentarij*

Xuirorum sententeis, secutus fueris, omnia ambigua, et confusa inuenies, & modo citra annas C. modo vltra CX factos esse: quasi nullo certo fierent tempore, in quem errarem incidit Policianus dum ex varijs auctorum opinionibus veram discernere nesciuit. Quis autem hos ludos instituerit, quâue ex caussa; ubi, per quot dies, & qua pompa fierent ex pluribus auctoribus sciri potest, propterea ea hic commemorare superuacaneum esse arbitramur. Veturij sequentis Cos. cognomen meminit Var. his uerbis, Cicur ingenium abtinca mansuetum, à quo Veturij quoq; nabiles cognaminati Cicurini. Id natum à Cico. Cicum dicebant membranam tenuem, quæ est vt in malo punica, descrimen.

299 *Sp.*TARPEIVS. MONTANCA. *huic cognomini post secundum N punctum addendum esse censeo, atq; legendum,* MONTAN. CAPITOLIN. *hoc est Montanus Capitolinus. Nam in marmore est spatium tot literarum capax. Gellius. II. cap. XI scribit, L. Sicinium Dentatum TR. PL. fuisse Sp. Tarpeo, & A. Thermo Coss. ubi* TARPEIO *legendum, præterea Thermus Minuciorum est cognomen, non nomen. Apud Diony. habetur A. Termenius. Aterius apud Cassiodorum. A. Asterius Fontinalis apud Diodorum. apud Liuium & Plin. VII cap. XXVII Aeternius. A quibusdam legitur (quad magis probo) Aternius, eumq; esse uolunt, qui legem Aterniam tulit: de qua meminit Gellius XI cap. primo, sed ibi videtur legendum lex Aternia. Legati Consulares, SP. Postumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius Athenas missi, qui Solonis leges describerent.*

CCC	SEX,QVINCTILIVS.SEX.F.P.N.	IN.MAG.M.B	P.HORATIVS.	TRIGEMINVS
	P.SESTIVS.Q.F.VIBI.N.	CAPITOLIN	T.MENENIVS.T.F.	AGRIPP.N.LANATVS
	AP.CLAVDIVS.AP.F.M.N.	CRASSININ.REGIL	T.GENVCIVS.L.F.L.N.	AVGVRINVS
	ABDICARVNT.VT.DVODECIM.TABVLAR.LEGVM.SCRIBENDAR.CAVSSA			
	DECEMVIRI.CONSVLAREI.POTEST.SINE.ALIIS.MAGISTRATIBVS.CREARENTVR			
	AP.CLAVDIVS.AP.F.M.N.	CRASSININ.REGILL	P.SESTIVS.Q.F.VIBI.N.	CAPITOLINVS
	T.GENVCIVS.L.F.L.N.	AVGVRINVS	P.POSTVMIVS.A.F.P.N.	ALBVS.REGILLEN
	SP.VETVRIVS.SP.F.P.N.	CRASS.CICVRIN	SER.SVLPICIVS.	CAMERINVS
	C.IVLIVS.C.F.L.N.	IVLVS	P.HORATIVS.	TRIGEMINVS
	A.MANLIVS.CN.F.P.N.	VVLSO	T.ROMILIVS.T.F.T.N.	ROCVS.VATICAN
	AP.CLAVDIVS.AP.F.M.N.CRASSININ.REGILL.II		Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS
	M.CORNELIVS.	MALVGINENSIS	M.RABVLEIVS.	
	L.MINVCIVS.	AVGVRINVS	K.DVILIVS.	
	T.ANTONIVS.	MERENDA	Q.POETELIVS.	HEI.TRES.E.PLEBE
	M.SERGIVS.		SP.OPPIVS.	CORNICEN.
	AP.CLAVDIVS.AP.F.M.N.CRASSININ.REGIL III		Q.FABIVS.M.F.K.N.	VIBVLANVS.II
	M.CORNELIVS.	MALVGINENSIS.II	M.RABVLEIVS	II
	L.MINVCIVS.	AVGVRINVS.II	Q.POETELIVS.	II
	T.ANTONIVS.	MERENDA.II	SP.OPPIVS.	CORNICEN.II
	M.SERGIVS.	II	K.DVILIVS.	II
	EX.S.C.ABDICARVNT.IN.EORVM.LOCVM.FACTI.SVNT.COSS.			
	L.VALERIVS.P.F.P.N.	POPLICOLA.POTITVS	M.HORATIVS.M.F.M.N.	BARBATVS
	SP.HERMINIVS.	ESQVILINVS	T.VIRGINIVS.	COELIMONTANVS
	M.GEGANIVS.M.F.	MACERINVS	C.IVLIVS.C.F.L.N.	IVLVS
	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.IV	AGRIPPA.FVRIVS.	FVSVS
	M.GENVCIVS	AVGVRINVS	C.CVRTIVS.	
	TRIBVNI.MILITVM.CONSVLAREI.POTESTATE.PRIMVM.CREARI.COEPTI.			
	A.SEMPRONIVS.	ATRATINVS		
	L.ATILIVS.	LONGVS	TR.MIL.	
	T.CLOELIVS.	SICVLVS		
	VITIO.FACTI.ABD.IN.EORVM.LOC.FACT.SVNT.COSS.			
	L.PAPIRIVS.	MVGILLANVS	L.SEMPRONIVS.A.F.	ATRATINVS

300 P. Curiatius, *sic Liuius, apud Diony. habetur* P. Horatius, *quod magis probo, cum hæc familia sit Romana; illa vero Albana. Hoc anno, fame, Pestilentiaq; laboratum. Ser. Carnelius Flam. Quirinalis, & C. Huratius Puluillus Augur, mortui sunt, item Quinctilius Cos. Cui (vt ait Diony.) suffectus est* SP. Furius: *de quo non meminit Liuius, neq; in marmore suffecta locus datur. De morte autem Quinctilij potuit in compendio, vt nos scripsimus, fieri mentio, sed nulla moda cognomen vari admittitur, vt quidam perperam adjeit,*

301 P. SESTIVS, *non P. Septias, vt apud Sex. Pomp. lib.XIIII. vbi de Coss. huius anni meminit. Lanatumq; cognomen adjcit* T. Menenio: *Capitolinum vero P. Sestio, vt etiam Liuias, apud quem legatur C. Menenius, vt apud Diany. & Cassiodurum. Hunc quidam filium esse tradunt eius, qui anno CCLXXVI fuit Cos. fratremq; L. Menenij, qui anno CCCXIII sequitur Cas. item Agrippæ, qui sequenti anno, & ipse fuit Cas. quiq; anno CCCXXXIV in marmore TR. Mil MIL. est descriptus. A quibusdam vera hoc anno legitur L. Menenius, vt idem sit, de quo diximus, cui II adjciant. Nemo tamen citat auctorem, Sed coniectura a veru non longe abest. Legati Athenis reuersi sunt.*

302 Ap. Claudius CRASSININ. *non Albus. In marmore post CRASSIN dictionem truncatam sequitur literæ pars, cuius linea cum sit recta non. V. sed I esse apparet, ideo CRASSININ. legendum, non Crassinus præsertim quod I ante N longiori virgula non producitur, vt in Crassino necesse fuerat. Huic adiecimus alterum cognomen* REGILLENSIS, *quia post CRASSIN, huius dictionis est spatium, & Suet. in Tiberia Regillanum vocat. Hic autem Appius eum procreauit, qui anno vrbis CCCXIX fuit TR. MIL. quem eundem esse censemus, qui lib. quartu apud Liuium (errore vt puto librariorum) Xuiri nepos appellatur. Quia si, vt ait, Claudius dissoluendi tribuniciam potestatem auctor, eius proauus fuit, Xuiri filium, non nepotem fuisse oportuit. Nepotem vero eum de quo lib. VI. meminit. Hæc autem familia duplex fuit. Patricia, &, Plebeia, orta ex Regilla appidu Sabinorum, inde Ap. Claudio gentis principe auctore, post Reges exactus sexto ferè anno Romam commigrauit, à patribus in patricios cooptata. Deinceps procedente tempore duodetriginta Consulatus, Dictaturas quinq;, censuras septem, triumphos sex, duas ouationes adepta est. Cum prænominibus, cognominibusq; varijs distingueretur, Lucij prænomen repudiauit, postquam è duobus gentilibus præditis ea, alter latrucinij, cædis, alter conuictus est. auc. Suet. Animaduertendum autem est, quod à primo Claudio Cos, vsque ad TI. Cæsarem hi Consulatus, etiam omissis Marcellarum. (nam de his non intelligit) in hac Consulam serie, vna exceptio, omnes habentur. Sed Censura, Dictaturaq; vna desideratur.* SER. Sulpicius, *non P. vt apud Liuium. Is enim est, vt reor, qui anno CCXCII. fuit Cos. De his Xuiris, & legibus ab eis latis meminit Gellius XVII. cap. vltimo, & XX. cap. I. Hos autem anno trecentesimo altero, quàm condita Roma fuerat creatus esse prodit Liuius, & Solinus. Cum autem idem Liuius, & Diony. primos Coss. ab anno vrbis CCXLV auspicentur, illeq; velit TR. MIL. Consulari potestate post Xuirum creationem annu X factus esse, apparet alios annales, atq; series marmorea ustendat, secutos esse. Var. tradit extraordinaria iure Xuiras, quibus imperium tum consulare esset, & Tribunos militum, qui pro Consulibus essent, item Triumuiros reip. constituendæ caussa, ius consulendi Senatum habuisse.*

303 M. Cornelius: *hic frater fuit Lucij, vt Liuius, & Diony. testantur.* M. Rabuleius *in altera. C. V. est* GN. Rabuleias, *et* C. Antonius. *Sunt qui M'. Rabuleium legant, quo auctore, non adjciunt. Duilioram, familia nullum habuit cognomen. Poetelij mox Libonis acquisitum. Dailium, Poetelium, et Oppium è plebe fuisse asserit idē Diony.*

304 Liuius *postq̄ in tertium annum Xuiris honorem continuatum esse ustendit, subdit. Confestim de Consulibus creandis cum prouocatione* M. Duilius *rogationem protulit, mox addit. Per interregnum deinde Coss. creati,* L. Valerius, M. Huratius, *qui extemplo magistratus occiperent: quibus verbis conycimus haud magnam partem tertij anni prætery sse, cum Xuiri ex. S. C. se abdicarunt, ac Cass. in reliquam partem eiusdem anni creatus, aduersus Aequos, & Sabinos feliciter pugnauisse, ex eaq; victoria hoc ipso annu triumphasse, quod et marmorei triumphi testantur, quam upinionem si sequimur, vrbem captam à Gallis inueniemus annu eiusdem vrbis GCCLXIII. quæ opinio ab. A. C. non discrepat. quod autem Sempronius TR. PL. libru IX. eiusdem Liuij dicit, Ap. Claudium tertia annu fasces, & imperium ubtinuisse, non propterea treis annos integros significat. Non tamen Tacitu, & Rufu assentimur, qui uolunt ipsos Xuiros annos duos tantum regnauisse. Rufi hæc sunt uerba. Quadraginta quinq; annis Rumæ Cunsules desuerunt, sub Xuiris duobus: sub tribunis militum quadraginta tribus, sine magistratibus Roma fuit annis quatuor. Quanq̄ historici non ita numerum adunguem exequentes non solent duas, vel treis menses, ut septem, uel octo pra anna computare, ut etiam in numera aliarū rerum. Nam Plin. Circum Maximum trium stadiorum, Diony. trium cum dimidio fuisse prodit, cum tamen tria stadia excedat, neq; tria cum dimidiu expleat. L. Valerius Cos. filias est illius Valerij, qui in Capitalio contra Herdonium pugnans occisas est, Putitus Poplicola cognominatus. Horatium pronepotem prodit Diany.*

eius, qui cum Valerio Poplicola fuit Cos. Ap. Claudius sibi mortem consciuit. Cauetur ne quis vllum magistratum sine prouocatione creare possit. Duodecim Tabulæ in æs incisæ sunt. Secessio exercitus in Auentinum, & inde in montem Sacrum.

305 SP. *Herminius, sic habetur apud Liuium, apud Cassiod. L. Herminius, & apud Diony. Lar. Herminius, cui adiecimus cognomen Esquilinum huius familiæ proprium. Prænomen Iulij, qui sequitur, apud Diodorum est, Lucius. Eundem esse opinor qui fuit Xuir.*

307 *Agrippa* Furius FVSVS, *non Medullinus. Camillus hoc anno notus est. vt ex verbis Plut. conijcimus, qui ait octuagesimum annũ ferè natum Dictatorem V fuisse. In oratione autem T. Quinctij sunt hæc verba. Consules facere vestrorum partium etsi Patribus videbamus iniquum, patricium quoq; magistratum Plebi donum fieri, vidimus. Quibus verbis innuere videtur, Consules è plebe hoc tempore creari coepisse, cum tamen lib. VI asserat L. Sextium primum de Plebe consulem factum anno CCCLXXXVI. sed aliquid hic deesse suspicor. Nam etsi de hac re mentio illata fuerat, vt circa principium libri quarti idem Liuius commemorat, non tamen id plebem obtinuisse apparet.*

308 M. GENVCIVS. *non M. Minucius, vt apud Diony.* C. CVRTIVS, *non P. Curiatius, vt apud Liuium. Horũ Coss. meminit Var. his verbis, C. Aelius & Q. Lutatius scribunt, eum locum, esse fulguratum, & ex S. C. septum esse, idq; factum esse à Curtio Cos. cui M. Genutius fuit conlega, ab eoque lacum Curtium appellatum. C. Canulleius TR. PL. de conubio patrum, ac plebis rogationem promulgauit. Mentio illata vt alter Consul ex plebe fieri liceret. Quæ res magna contentione agitatæ sunt, tandem Patres Tribunorum plebis pertinacia victi, ut lex de Conubio ferretur, ac TR. MIL. consulari potestate crearentur concessere, ita tamen ut de Consulibus creandis nihil mutaretur. Tribuni militum anno sequenti creati dicti videntur, quod militibus pro Cosulibus imperarent. Erant etiam olĩ ita appellati, quod terni tribus tribubus Rammum, Lucerum, & Titiensium olim ad exercitum mittebantur. Superioreis Consulareis Liuius interdum vocat.*

309 T. CLOELIVS, *non T. Cæcilius, ut apud Liuium. In vtroq; C. V. habetur, T. Coelius. L. Sempronius frater fuit A. Sempronij, auct. Diony. Et hic Liuius vnico anno à Diony. dissentit, qui vult TR. MIL. anno vrbis CCCX creatos esse. Hic vero anno sequenti. Sed M. Geganij triumphus marmoribus inscriptus actus anno vrbis CCCX vtrunq; redarguit. Verum Liuius omisso anno, de quo dictum est, hos tribunos in sequentem annum transferre cogitur necessario: & Diony. ex anno abundanti in annum CCCXI. Vide quæ scripsimus ante primos Cõsules. L. Semproniũ patrẽ esse arbitror. A. Sẽpronij TR. MIL anno CCCXXXVIII. De his autem Coss. suffectis meminit Cic. ep. Paetum, quos postea Censores fuisse tradit.*

CCCX M.GEGANIVS.M.F.	MACERINVS.II	T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.V
CENS.L.PAPIRIVS.MVGILLANVS.L.SEMPRONIVS.ATRATINVS.PRIMI.CREATI.L.F.XI			
M.FRIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS	POSTVMVS.AEBVTIVS.	ELVA.CORNICEN
C.FVRIVS.	PACILVS	M'.PAPIRIVS.	CRASSVS
PROCVLVS.GEGANIVS.	MACERINVS	L.MENENIVS.	LANATVS
T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.VI	AGRIP.MENENIVS.T.F.	AGRIP.N.LANATVS
L.QVINCTIVS.L.F.L.N.CINCINNAT.II		DICT	SEDITIONIS.SEDANDAE.C
C.SERVILIVS.	AHALA	MAG.EQ	
MAM.AIMILIVS.M.F.	MAMERCINVS		
L.QVINCTIVS.L.F.L.N.	CINCINNATVS	TR.MIL.	
L.IVLIVS.VOPISCI.F.	IVLVS		
M.GEGANIVS.M.F.	MACERINVS.III	L.SERGIVS.C.F.	C.N.QVI.IN.HOC.HONORE.FIDENAS.APPELLATVS.EST
MAM.AIMILIVS.	MAMERCINVS	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
L.QVINCTIVS.L.F.L.N	CINCINNATVS	MAG.EQ	
M.CORNELIVS,	MALVGINENSIS	L.PAPIRIVS.	CRASSVS
C.IVLIVS.C.F.L.N.	IVLVS.II	L.VIRGINIVS.	TRICOSTVS
Q.SERVILIVS.P.F.SP.N.	PRISCVS.QVI IN.HOC.HONORE.FIDENAS.APPEL.E	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
POSTVMVS.AEBVTIVS.	ELVA.CORN.	MAG.EQ	
CENS.C.FVRIVS.	PACILVS	M.GEGANIVS.M.F.MACERINVS.	L.E.XII
C.IVLIVS.C.F.L.N.	IVLVS.III	L.VRSINIVS.	TRICOSIVS.II
MAM.AIMILIVS.M.F.	MAMERCIN.II	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
A.POSTVMIVS	TVBERTVS	MAG.EQ	

310 *M.Geganius, In eius triũpho. M F. dicitur. Liuius IIII postquã cõmemorauit T. Quinctiũ Barbatũ interregẽ creauisse Coss. superioris anni, haud ita multo post subdit. Sequitur annus haud dubijs Coss. M. Gegania Macerino iterũ. T. Quinctio Capitolino quĩtũ Coss. Quibus verbis apparet hunc, quẽ Capitolinũ solũ vocat, ab interrege differre, quem solo cognomine Barbati appellat. Errant igitur, qui huic Cos. V. cognomen Barbati adijciunt. Idem Liuius tradit hoc anno initium censuræ fuisse, primosq; Censores creatos esse L. Papirium Mugillanum, & L. Sempronium Atratinum, eosq; censui agendo populum suffragijs præfecisse, & Censores ab re appellatos. Sex. Pomp. etiam scribit, Censores appellatos, quod rem suam quisque tanti æstimare solitus esset, quantum illi censuissent. Var. ait Censores dictos ad cuius censionem, idest arbitrium censeretur populus, Censuramq; in templa auspicari, atq; de cela nuntium esse. De Censuræ initio idem Liuius sic inquit. Idem hic annus Censuræ initium fuit, rei à parua origine ortæ: quæ deinde tanto incremento aucta est, vt morum, disciplinæq; Romanæ penès eam regimen, Senatus, Equitumq; centuriæ, decoris, dedecorisq; discrimen sub ditione eius magistratus, publicorum ius, priuatorumq; locorum vectigalia populi Romani sub nutu, atq; arbitrio essent. Ortum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso, neq; differri Census poterat; neq; Consulibus, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Quod autem ait decoris, dedecorisq;, & publicorum locorum ius penès Censores fuisse, apertius id declarat lib. XXIIII. vbi sic inquit. Censores vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarij, ad mores hominum regendos animum aduertunt, castigandaq; vitia, quæ veluti diutinos morbos ægra corpora ex se se gignunt, nata bello erant. Qui primus Censor fuisset, is princeps Senatus eligi solebat, ut idẽ Liuius libro XXVII est auctor, et IX indictis cẽsorijs comitijs creari morẽ fuisse ait. Ad Censores autem spectabat Senatum legere, ex eoq; ordine Senatorem amouere, vt testatur Cellius III. cap.*

III. cap. xviij. item IIII. cap. x. ac Sex. Pom. qui sic inquit. Præteriti Senatores quondam in oprobrium non erant, quod, vt Reges, sibi legebant, sublegebantq; quos in consilio publico haberent, ita post exactus eos Consules quoque, & TR. MIL. consulari potestate coniunctissimos sibi quisque Patriciorum, & deinde Plebeiorum legebant, donec potestas Tribunicia interuenit, qua sancitum est, vt Censores ex omni ordine optimum quenque curiatim in Senatu legerent. Quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi. Non creabatur Censor nisi uir Consularis. Propterea Liuius ait ambos Censores, qui nundum consulares fuerant, creatos esse, & Licinium Crassum, qui nec Consul, nec Prætor ante fuerat, Censorem factum, quasi dicat præter consuetudinem. Plebeius à principio Censuram obire non poterat. Sed postquum alter Consul ex plebe, sic ex eadem mox alter Censor creari cœpit. Ad hoc munus, inquit Plut. alter Patricius, alter Plebeius deligebatur, quos Censores appellabant. Primus autem ex Plebe fuit C. Marcius Rutilus, quo suadente sancitum est, ne censoria uis uni, atque eidem uiro iterum permitteretur. Censores (ut auct. est Var.) inter se sortiebantur uter Lustrum faceret. & prius Lustrum condebat solus patricius, deinde & Plebeiis id datum est. Nam, vt scribit Florus, C. Domitius primus fuit, qui ex plebe Lustrum condidit. Erat hic magistratus ab initio quinquennalis, MAM. Aemilius deinde Dict. II. ne plus quàm annuus, ac semestris esset, legem tulit. De qua Liuius IX. meminit his verbis. Triennium, & sex menses vltra, quàm licet Aemilia lege Censuram geram, & solus geram? an conlegam subrogabo? quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est. Ratio autem est, quia cum C. Iulius Censor decessisset, & in eius locum M. Cornelius suffectus esset, eoq; lustro urbs à Gallis capta, ea res postea religioni fuit, nec deinde vnquam in demortui locum Censor suffectus est, & quia solus Censor esse non poterat, conlega se à Censura abdicabat. hinc Liuius. Creati, inquit, Censores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Postumius Regillensis: cœptaq; iam res morte Postumij, quia conlegam suffici religio erat, interpellata est. Igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, Censores alij vitio creati, non gesserunt magistratum. De Censura vide Plut. & Gellium IIII. cap. xx. Quod autem Censores quinto quoque anno comitijs centuriatis crearentur, Asconius affirmat his verbis. Regendis moribus ciuitatis Censores quinto quoque anno creari solebant, hi prorsus ciues notabant, vt qui Senator esset, eiceretur Senatu. qui Eques Romanus, equum publicum perderet. qui Plebeius, in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret: ac per hoc non esset in alba centuriæ suæ: sed ad hoc esset ciuis tantummodo, vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Iidem completo quinquennio vrbem Lustrabant, et suouetaurilia sacrificia de sue, oue et tauro faciebant. Eorum notam successores plerunq; soluebant. Cum autem dicit quinto quoq; anno Censores creari solebant, et Censura esset annua et semestris, existimandum est, quòd Censores hoc tempore omnia munera obibant, quæ ad se pertinere videbantur. deinde magistratu abibant, reliquoq; tempore vsque ad quinquennium nullos fuisse Censores, quorum seueritatem Populus Ro. iugiter formidaret. Quinquennio expleto, alij Censores cum eodem imperio, iure, & onere creabantur in menses XVIII, vt superiores. Si autem vitio essent creati, abdicabant, & si vnus decessisset alter similiter, noviq; creati anno sequenti uel secundo post, intra tempus legitimum censum agebant, condebantq; Lustrum. Vrgente autem necessitate ante quinquennium quandoque creabantur, quod innuit Liuius VI. vbi sic inquit. Censoribus quoque egui annus, maxime propter incertam famam æris alieni. hi tamen nisi completo quinquennio Lustrum condere non poterant. Quidam super hac re quædam commemorat, partim falsa, partim ita obscura, vt quid dicat, nescias, improprieq; duos Censores, vt duos Consules, conlegium vocat. Diony. ab anno CCXCIIII ad hunc. & Sex. Pom. à Consulatu Valerij, & Manlij ad annos XV. Lustrum non esse factum tradunt. Quod & alijs temporibus, aliqua de caussa prorogatum esse animaduertimus; et ipse Liuius ait, Lustrum conditum serius, quia per prouincias dimiserunt Censores, ita vt non semper quinto quoque anno conderetur.

311 *M. Fabius. arbitramur hunc Quinti filium Consulis anno CCXCIIII. nepotemq; Marci Consulis anno CCLXX. ac Cæsonis pronepotem. Anno sequenti apud Diodorum habetur, Q. Furius Fusus, M'. Popirius Crassus, & huic proximo, T. Menenius, Nos utrobique Liuium & Cassiodorum secuti sumus. Proculo Geganio Cos. insignis annus seditionibus, ac fame, qua multi ex plebe spe frumenti amissa, potiusquum ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obuolutis se in Tiberim præcipitauerunt. L. Minucius Augurinus præfectus annonæ creatus est.*

314 *L. Quinctius Dict. II. hic post annos XX. iterum Dictator est dictus, auc. Nepos de illustribus uiris. sed si uolumus Decemuiros tertio anno abdicasse, & in illorum locum Consules creatos, post annos XIX. ipsum Quinctium Dict. II. inueniemus. SP. Maelius à C. Seruilio AHALA, non Axilla, vt quidam edit. (nam Liuius, & Cic. II. ad Att. Ahalam uocat) occisus est. de quo Val. V. sic meminit. Ahala cum Magister Equitum*

SP. Mælium regnum affectantem occidisset, custoditæ libertatis ciuiam exilio sua pœnas pependit. & sequenti libra. Eadem, inquit, quæ Cassium SP. Mælium consimili exitu patria multauit. Conijcimus autem eundem esse, qui anno CCCXXVI. *fuit Cos. & ulterum ob eo, qui onno* CCCXXXIIII. *fuit* TR. MIL. *cui cognomen inditum est Axilla, vt ab hoc Abala differat. Qui cum à Diodoro Structus appelletur, potest videri filius C. Seruilij, qui anno* CCLXXV. *in murmorum fragmento Structus, Abala descriptus est. Sed aduerte, Quinctium non hoc anno, quo Abala Mælium interfecit, ex agro ad Dictaturam renocatum esse, sed eo quo fuit Dict. primum: contra Cic. qui in Catone sic inquit. L. Quinctio Cincinnato, in agro aranti nunciatum est eum Dictatorem esse factum, cuius Dictatoris iussu Magister Equitum Seruilius Abala SP. Mælium regnum affectantem & occupantem, interemit. L. Minucius boue aurato extra portam Trigeminam donatus est.*

315 MAM. *Aemilius. Mamercus, inquit Sex. Pom. prænomen est Oscum, ab eo quod ij Martem Mamertem appellant. In vtroque* C. V. *legitur,* Q. *Aemilius, sed perperam. hic externo prænomine usus videtur, quod cum ipsius cognomine affinitatem haberet. Patrem arbitramur eius Aemilij, qui anna* CCCXLVIII. *fuit* TR. MIL. *Iulium verò eius, qui anno* CCCLII.

316 L. *Sergius Fidenas, à bello, inquit Liuius, credo, quod deinde gessit. Deinde, intellige, postquam consulatum init. Prius igitur Sergia familia cognomen non habuit. Idem uit ex opinione illorum auctorum, qui ante se fuere, tradidisse, A. Cornelium Cossum* TR. MIL. *Spolia opima Ioui tulisse, quam deinde reprobare videtur duobus rationibus. Prima est, quod spolia opima ea sola dicuntur, quæ dux duci detrahit. duxq; is est, cuius auspicio bellum geritur. Altera quod titulus ipse spolijs inscriptus ostendit, Cos. Cossum cum T. Quinctio penno, septimo (tu lege* NONO*) post demum anno, ea retulisse. Rem deinde in dubium vocat, afferens eo anno pestilentia, & frugum inopia nullum bellum ita clarum fuisse: innuitq; eum potius Magistrum Equitum anno* CCCXXVI. *spolia ipsa tulisse. Quam opinionem sequitur Val.* III. *vbi inquit. A Romulo proximus Cornelius Cossus eidem deo spolia consecrauit, cum Magister equitum ducem Fidenatium in aciem congressus interemisset. Verum si erat Magister Equitum; aut Tribunus militum, non suis, sed Dictatoris auspicijs militabat. Nepos de illustribus viris, Contra Fidenates, inquit, Quinctius Cincinnatus Dictator missus Magistrum Equitum habuit Cornelium Cossum, qui Lartem Tolumnium ducem sua manu interfecit: de eo spolia opima Ioui Pheretrio secundus ab Romula consecrauit. Sed Cossus sub Dictotore* MAM. *Aemilio Magister Equitum fuit anno Vrbis* CCCXXVII. *non sub Cincinnato. At contra Liuij opinionem Var. ait, opima spolia esse, etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Potuit igitur Cossus Magister Equitum Dictatoris auspicijs bellum gerens, spolia opima referre, præsertim sine triumphi pompa. Cornelium, qui sequitur Cos. Decemuiri filium esse opinor.*

318 Q. *Seruilius* PRISCVS, FIDENAS, *non Structus. is est, qui anno* CCCXXXV. *fuit Dictator* II. *Censorum meminit Liuius. hi villam publicam in Campo Martio probauerunt, ibiq; primum census populi actus est. Ab hoc Lustro* XII. *ad multos annos nullos Censores nominat, & tamen in marmore anno* CCCLI. *habetur Lustrum* XVI. *oportet igitur fateri inter hæc duo, alia tria fuisse, quorum vnum habetur anno* CCCXXXV. *in fragmenta eiusdem marmoris, ibi enim alterius Censoris L. Papirij extat nomen. Igitur inter primum, & secundum vnum, & inter hoc, & tertium alterum inserendum est: sed quibus annis incertum habemus, licet quadam coniectura nos vnum in annum* CCCXL. *coniecerimus.*

319 *Diodorus M. Manlium, Q. Sulpicium Prætextatum, Ser. Cornelium Cossum hoc anno Tribunos militum prodit. Licinius verò Macer Coss. superiores refectos esse vult. At Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, et Q. Sulpicium Coss. edunt. Ex hac discrepanti editione Liuius non tollit hunc annum, sed ambigit quæ opinio sit sequenda, innuitq; Licinij opinionem, quam etiam nos sequimur, probabiliorem esse. Idem alibi de varijs opinionibus priscorum, qui annales, & historias scripsere conquerens, sic ait. Tanti errores implicant temporũ, aliter apud alios ordinatis magistratibus, vt nec qui Consules, secundum quosdam: nec quid quoq; anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, sed etiam auctorum digerere possis. Quod si Liuio, qui licèt sua ætate multi adhuc annales, fasti, commentarij extarent, tamen in perquirenda veritate aliquando anceps, interdum etiam in errorem lapsus est, venia est danda: quanto magis ijs, qui magistratuum Romanorum seriem hac tempore subtexunt, qua illi oẽs desiderantur, quiq; supersunt imperfecti, mutiles, ac deprauati reperiuntur, si nonnunquam in aliquem inciderint errorem, vel non omnia ad vnguem sint executi. Quibus maximo fastidio ac labore ex infinitis auctoribus omnia, vt ita dicam, expiscari necesse est. Censura, quæ erat quinquennalis, hoc anno annua, & semestris facta est.*

CCCXX	M.FABIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS			
	M.FOSLIVS.	FLACCINATOR	TR.MIL		
	L.SERGIVS.C.F.C.N.	FIDENAS			
	L.PINARIVS.	MAMERCVS			
	L.FVRIVS.	MEDVLLINVS	TR.MIL		
	SP.POSTVMIVS.	ALBVS.REGILLENS			
	T.QVINCTIVS.L.F.L.N.	PENN.CINCINNAT	CN.IVLIVS.	MENTO	
	A.POSTVMIVS.	TVBERTVS	DICT	REI.GERVND.CAVSSA	
	L.IVLIVS.VOPISCI.F.	IVLVS	MAG.EQ		
	L.PAPIRIVS.	CRASSVS.II	L.IVLIVS.VOPISCI.F.	IVLVS	
	L.SERGIVS.C.F.C.N.	FIDENAS.II	HOSTVS.LVCRETIVS.	TRICIPITINVS	
	A.CORNELIVS.	COSSVS	T.QVINCTIVS.L.F.CINCINNAT.	PENNVS.II	
	C.SERVILIVS.Q.F.C.N.	AHALA	L.PAPIRIVS.	MVGILLANVS II	
	T.QVINCTIVS.L.F.	PENNVS.CINCINNAT	M.POSTVMIVS.	ALBVS.REGILLENSIS	TR.MIL
	C.FVRIVS.	PACILLVS	A.CORNELIVS.	COSSVS	
	MAM.AIMILIVS.M.F.	MAMERCINVS.III	DICT	REI.GERVND.CAVSSA	
	A.CORNELIVS.	COSSVS	MAG.EQ		
	A.SEMPRONIVS.L.F.A.N.	ATRATINVS	L.HORATIVS.	BARBATVS	TR.MIL
	L.QVINCTIVS.L.F.	CINCINNATVS.II	L.FVRIVS.	MEDVLLINVS.II	
	AP.CLAVDIVS.AP.F.AP.N.	CRASSINVS	SP.NAVTIVS.SP.F.	RVTILVS	TR.MIL
	L.SERGIVS.C.F.C.N.	FIDENAS.II	SEX.IVLIVS.	IVLVS	
	CENS.			L.F.XIII	

320 M. FOSLIVS, *non M. Follius, nam alterum L. in S mutatur more prisco: exemplum habes in A. C. anno CDXXXV. Cum Liuius Fabio, & Sergio cognomen iam notum adiecerit, huius uero Poslij omiserit, non solum hoc, sed etiam anno CDXXXIX illud ignorauisse existimandum est. Fabius Cos. fuit anno CCCXI, & Sergius CCCXVI.*

321 L. *Furius, hoc, & anno CCCXXIIX apud Liuium habetur L. Furius. anno uero CCCXXXIII, Sex. Furius, ubi in A. C. adijcitur III. cumq; de nullo alio Medullino hactenus fuerit mentio, fateri oportet eundem esse Furium, ac ubiq; Lucium esse legendum. Cum Liuius, & Diodorus uocet Pinarium Mamercum pro eo Mamercinum quidam substituit, sed temere, praesertim quod hoc tempore Aemiliorum, non Pinariorium erat cognomen. De Rufi cognomine huic Pinario ab ipso adiecto, dici potest, quod de Barbati cognomine dictum est supra.*

322 Cn. *Iulius, sic habetur in plerisq; Liuij codicibus, etiam Vaticanis. in quibusdam uero, C. Iulius, ut apud Diodorum, & Cassiodorum, sed uerisimilius est librarium omisisse N, quàm addidisse. A. Postumius* TVBERTVS, *non Torquatus, ut apud Gellium XVII, cap. ultimo. Nam Torquati cognomen T. Manlius in singulari pugna contra Gallum acquisiuit, cui cum caput praecidisset torquem detraxit, sibiq; posuit in collum, & ex eo facto Torquatus cognominatus est. Opinionem autem illorum qui tradunt, hunc Postumium filium suum, quod contra suum edictum pugnasset, securi percussisse, refellit Liuius, argumento quod imperia seuera Manliana, non Postumiana dicantur, quodq; imperiosi cognomen Manlio inditum sit, ac quod Postumius nulla tristi nota insignitus fuerit. Val. autem. II. cap. eodem, huius seueritatis exemplum ab utroq; editum prodit, ut idē Gellius primo cap. XIII. Qui IX cap. XIII id Manlij factū esse bello latino tradit. XVII uero cap. ultimo Postumij, bello Fidenatum, sed perperam. Liuius enim cum Aequeis, & Volsceis bellum tunc fuisse ait. Hic admonendus est lector, quod in eo tractatu, quem de praenomine, nomine, & cognomine confecimus, citatur Varronis locus, qui cum esset deprauatus, perperamq; distinctus, scripsimus, tertium genus, ubi*

legendum est, Terentium genus. Nam per tria genera illud nomen declinauit. Aedes Apollinis à Cn. Iulio absente conlega sine sorte dedicata est. Tribuni Plebis minantur Consulibus in Senatui audientes sint, eos in Carcerem duci iussuros.

324 *Hostus Lucretius. Huius prænominis hosti exemplum habetur in.* A. C. *anno* C C C X X X V I, *huiusmodi* P. LVCRETIVS. HOSTI. F. *hostus, ut scribit Macrobius, uocabatur qui in hostieo procreatus erat. vel, ut Val. ait, qui apud hospitem natus erat. Hostum prænomen habuit Lucretius Tricipitinus conlega L. Sergij, inquit Valerius in Epit.*

325 A. *Cornelius Cossus, hic est qui anno sequenti fuit* TR. MIL. *Sunt qui uelint hunc spolia opima Ioui referrentem triumphasse in hoc consulatu, at cum nemo id aperte dicat, sed omnes spolia opima ipsi Ioui consecrauisse, apparet nullum triumphum egisse, præsertim quod non legitur: cum concessum ex Senatus decreto, aut iussu populi, neq; ornamentis triumphalibus indutum, militibus sequentibus vrbem ingressum, potuit enim, ut diximus, uel miles manipularis spolia ipsa dedicare, absq; triumpho. Neq; Plutarcho fidem adhibendam esse censeo, qui in Romuli uita uult quadrigis urbem introisse. Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, à similitudine uermium ligno editorum, qui Cossi appellantur, auc. Sex. Pom.* ¶ *Anno sequenti legendum* C. *Seruilius* AHALA, *ut in omnibus codicibus Liuij, Valerij, & Cassiodori. Is uidetur, qui supra fuit Magister equitum, non ille, qui anno* CCCXXXIIII *fuit Tribunus militum, qui in.* A. C. *uocatur* C. *Seruilius* Q. F. C. N. *Axilla. Hic, de quo nunc agimus, à Diodoro Structus nominatur, nec sine caussa, nam hæc familia Structi & Ahalæ cognomento vsa est. Exemplum extat in marmore Anno* CCLXXV.

327 C. *Furius. in altero.* C. V. *habetur,* M. *Furius, perperam tamen. Nam is uidetur, qui anno* C C C X I I *fuit Cos. & Cens.* CCCXVIII *Cognomento Paetus: quod nunc tanquam notum à Liuio omittitur.* A. *Cornelius. Tertius, inquit idem Liuius, ab Consulatu annus Tribunum eum militum Consulari potestate habet, intellige duobus extremis computatis.* ¶ A. *Sempronius, qui sequitur, in vtroq;* C. V. *cognominatur Tuburtus.* L. *Furio Medullino adijciendum* II. *Is est, ut diximus, qui anno* CCCXXI *fuit Tribunus militum primum. Atratinus descriptus est in marmore anno* CCCXXXVII.

329 *Ap. Claudius.* CRASSINIS, *non Crassus. Hic fuit Xuiri filius, auct. Liuius* IIII. *Crassi autem cognomen proprium est Rutiliorum, Otaciliorum, Liciniorum, & Papiriorum, ideo aliqui pro Ap. Claudio,* C. *Papirium Crassum posuere.* SP. *Nautius, in Vtroq;* C. V. *habetur.* SP. *Naeuius, quæ lectio, si uera esset, tolleret dubium quod oritur hac ratione, quod in.* A. C, *anno* CCCXLIX *Sp. Nautio adijcitur* III, *& tamen ab hoc anno ad illum quater Tribunus militum inuenitur. Ideo aut legendum, Sp. Naeuius: aut certe dicendum duos* SP. *Nautios fuisse, ex quibus uter fuerit Tribunus militum* III, *primus, an secundus, dubium sanè uidetur. Animaduertendum tamen est, an in prænomine erratum sit. Censores, qui fuerint, non constat. Sed uide quæ diximus anno* CCCXVIII.

CCCXXX	C.SEMPRONIVS.A.F.A.N. ATRATINVS	Q.FABIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS	
	Q.ANTONIVS. MERENDA	L.MANLIVS	CAPITOLINVS	TR.MIL
	L.PAPIRIVS. MVGILLAN	L.SERVILIVS.	STRVCTVS	
	L.QVINCTIVS.T.F.CAPITOLIN.BARBATVS	N.FABIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS	
	T.QVINCTIVS.L.F.PENN.CINCINNATVS.II	M.MANLIVS.	CAPITOLINVS	TR.MIL
	L.FVRIVS. MEDVLLINVS.III	A.SEMPRONIVS.L.F.A.N.	ATRATINVS.II	
	AGRIP.MENENIVS.T.F.AGRIPP.N.LANATVS	SP.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS	TR.MIL
	P.LVCRETIVS.HOSTI.F. TRICIPITINVS	C.SERVILIVS.Q.F.C.N.	AXILLA	
	M.PAPIRIVS. MVGILLANVS			
	C.SERVILIVS.Q.F.C.N. AXILLA.II	TR.MIL		
	L.SERGIVS.C.F.C.N. FIDENAS.III			
	Q.SERVILIVS.P.F.SP.N.PRISCVS.FIDENAS.II	DICT	REI.GERVND.CAVSSA	
	C. Q.F.C.N. AXILLA	MAG.EQ		
	CENS.L.PAPIRIVS.M.F. CRASSVS		L.F.XIIII	
	P.LVCRETIVS.HOSTI.F.TRICIPITINVS.II	L.SERVILIVS.	STRVCTVS.II	TR.MIL
	AGRIPP.MENENIVS.T.F.AGRIP.N.LANAT.II	SP.VETVRIVS.	CRASSVS	
	A.SEMPRONIVS.L.F.A.N.ATRATINVS.III	M.PAPIRIVS.	MVGILLANVS.II	TR.MIL
	Q.FABIVS.Q.F.M.N. VIBVLANVS	SP.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS.II	
	P.CORNELIVS. COSSVS	N.FABIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS	TR.MIL
	C.VALERIVS.L.F.VOLVSI.N.POTIT.VOL	.. QVINCTIVS.	CINCINNATVS	
	Q.FABIVS.Q.F.M.N. VIBVLANVS.II	CN.CORNELIVS.	COSSVS.	TR.MIL
	P.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBIN.REGILLEN	L.VALERIVS.L.F.P.N.	POTITVS	

330 Q. FABIVS, *non Q. Catulus, ut apud Val. IIII. cap. II. De Catulorum familia per multos annos mentio non habetur. Liuius anno sequenti ex quatuor Tribunis militum, nomina tantum trium edit: ideo adijciendus est,* L. SERVILIVS STRVCTVS, *cui infra anno* CCCXXXVI *apponitur* II.

331 T. *Quinctius* CAPITOLIN. BARBATVS. *Sic legendum, filium esse Capitolini ait Liuius, qui anno* CCCXIIII *fuit Cos. VI. idq; addit ne intelligas de quinctio Cincinnato.* N. FABIVS, *non Cn. neq; M. Fabius, vt in utroq; C. V. Quod prænomen deprauasse videntur ij, qui ignorabant N Numerium significare, atq; alij C præposuisse, alij vero N in M commutasse, existimantes pro hoc illud perperam substitutum. Hic omnium Fabiorum primus prænomine Numerij appellatus, filius eius fuit, qui ad Cremerã omnibus alijs cæsis solus superfuit.*

333 *Quinctius Cincinnatus II. In codicibus Liuij, & vaticanis, legitur L. Quinctius Cincinnatus III. Sed q̃a in. A. C. adijcitur II. T. Quinctius legendum est: qui anno* CCCXXVII *fuit Tribunus militum primum. Atratino adde II, is est. qui anno* CCCXXVIII *fuit Tribunus militũ, Medullino vero III. A. Semproniũ C. Sempronij patruelem fuisse, tradit Liuius, apud quem C. Seruilius, qui sequitur, desideratur, & perperam legitur, SP. Nautius Rutilius, nam* RVTILVS *legendum est. Agrippa fuit Cos. anno* CCCXIIII.

335 C. SERVILIVS. Q. F. C. N. *sic habetur in marmore, est igitur idẽ, q̃ superiori ãno fuit Tribunus militũ primũ: quẽ Liuius tradit fuisse Q. Seruilij Prisci filium, quo Dictatore Fidenæ captæ fuerant. quam opinionem refellunt. A. C. in quibus, vt diximus, C. Seruilius Q. F. C. N. vocatur, non P. N. vt oportuerat, si fuisset Prisci Dictatoris filius, quẽadmodum ipse asserit, ex quo sequitur, quod Priscus nõ à filio Dictator, neq; filius à dictatore Magister equitũ sit dictus. Sed nescio quomodo ipse C. Seruilius hoc anno duobus magistratibus sit functus, nam in eodem marmore sequitur C. Q. F. C. N. AXILLA. MAG. EQ. quanq; is, qui eosdem annaleis in ordinẽ digessit, nomen, & numerum omisisse uidetur, anceps an Mag. Eq. fuerit C. Seruilius Ahala II. id quod etiam idem Liuius*

in dubium uocat. L. Papirius Cens. In marmore habetur litera significans nomen patris, sed ita est corrosa, vt ne scias Marcum, an Manium significet, sed Maniū potius significare crediderim, eūmq; esse, qui anno CCCXXIII *fuit Cos.* II, *Neque enim idem est, qui anno* CCCXXXI *fuit* TR. MIL. *quia* L. F. *diceretur, non* M. F. *ut est in marmore. Huic Censori quidam adijciunt conlegam* P. *Postumium* A. F. A. N. *Albinum, Regillensem. puto aliqua coniectura absurda, præsertim quod nondum fuit Cos. aut* TR. MIL.

¶ *Anno sequenti legendum*, L. SERVILIVS, *vt in vtroq;* C. V. *non* C. *Seruilius, vt in alijs. item* SP. VETVRIVS, *vt apud Diodorum, non* SP. *Rutilius*, ¶ Q. *Fabius, qui sequitur, librariorum incuria apud eundem Liuium omissus est. idq; ex eo constat, quod anno* CCCXXXIX *et adyeitur iterum.*

338 N. FABIVS, *non M. Fabius, vt apud Liuium, etiam in vtroq;* C. V. *Is est qui anno* CCCXLVI *fuit Tribunus militum* II. C. *Valerius Potitus, adde,* VOLVSVS. *Nam ex* A. C. *coniicimus eum esse, qui anno* CCCXLIII *fuit Consul. & Tribunus militum anno* CCCXLVI, *item* CCCXLIX. *Vide an Cincinnatus idē sit, qui supra, adijciendumq;* III. *aut eius filius eodem prænomine, quo pater Titus, vel quo auus Lucius. Quidam vocat P. Cornelium.* A. F. M. N. *eumq; esse putat, qui mox erit Dict. Sed hic dicitur,* M. F. L. N. *Et qui eodem anno fuit* TR. MIL. A. F. M. N. *quæ prænomina falso adscribit huic, & Dictatori.*

339 P. *Postumius, non M. Postumius. Apud Diodorum habetur,* C. *Cornelius,* TI. *Postumius,* K. *Fabius,* C. *Valerius, quæ prænomina à lectione liuiana discrepant. Nos Liuium maioris grauitatis auctorem secuti sumus, et* A. C. *in quibus est* Q. FABIVS. P. POSTVMIVS. *Hic ab exercitu suo lapidibus occisus est. In altero* C. V. *hoc, & anno* CCCXLIIII, *item anno* CCCXLVII, *&* CCCLII *habetur* C. *Cornelius, & anno sequenti* A. *Cornelius, vt sit is, qui anno* CCCXXV *fuit Cos. quod si admittimus, huic adijciendum erit iterum. Videndum autem an hic rectius legendum sit,* M. *Cornelius, vt est apud Diodorum, & Cossiodorum.* ¶ *Cens. A Lustro* XIIII *ad* XVI *quod habetur in* A. C. *vnum, hoc est* XV, *omnino inserendum est in hunc annum, aut in aliquem trium, qui sequuntur. Nam postea, vsq; ad* M. *Postumium Censorem, nullum interim Lustrum factum esse ex eisdem* A. C. *clare apparet. Nos Censorum alterum sequentis anni Ap. Claudium esse opinamur, ea ratione, quam de huius familiæ Censuris alibi diximus, neq; tamen pro certo id affirmamus.*

CCCXL	M.CORNELIVS.	COSSVS	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS	
	CENS.AP.CLAVDIVS.AP.F.AP.N.CRASSININ.		....	L.F.XV	
	Q.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS	C.FVRIVS.	PACILVS	
	M.PAPIRIVS.	MVGILLANVS	C.NAVTIVS.	RVTILVS	
	M'.AIMILIVS.MAM.F.M.N.	MAMERCINVS	C.VALERIVS.L.F.VOL.N.POTIT.VOLVSVS		
	CN.CORNELIVS.	COSSVS	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLIN.II	
	C.IVLIVS.L.F.VOPISCI.N.	IVLVS			
	P.CORNELIVS.A.F.M.N.	COSSVS	TR.MIL.		
	C.SERVILIVS.P.F.Q.N.	AHALA			
	P.CORNELIVS.M.F.L.N.	RVTILVS.COSSVS	DICT	REI.GERVNDAE.CAVSSA	
	C.SERVILIVS.P.F.Q.N.	AHALA	MAG.EQ		
	C.VALERIVS.L.F.VOL.N.POTIT.VOLVSVS.II		C.SERVILIVS.P.F.Q.N.	AHALA.II	TR.MIL
	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS	N.FABIVS.Q.F.M.N.	VIBVLANVS.II	
	P.CORNELIVS.M.F.L.N.	RVTILVS.COSSVS	L.VALERIVS.L.F.P.N.	POTITVS.II	TR.MIL
	CN.CORNELIVS.	COSSVS	N.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS	
	C.IVLIVS.L.F.VOPISCI.N.	IVLVS.II	M'.AIMILIVS.MAM.F.M.N.	MAMERCINVS	
	T.QVINCTIVS.T.F.	CAPITOLIN.BARB	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.II	TR.MIL
	Q.QVINCTIVS.	CINCINNATVS	A.MANLIVS.A.F.CN.N.	VVLSO.CAPITOLIN	
	P.CORNELIVS.	MALVGINENSIS	SP.NAVTIVS.SP.F.SP.N.	RVTILVS.III.	
	CN.CORNELIVS.	COSSVS.II	C.VALERIVS.L.F.VOL.N.POTITVS.VOLVS.III		TR.MIL
	K.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS	M'.SERGIVS.L.F.L.N.	FIDENAS	

CCCL	M'.AIMILIVS.MAM.F.M.N.	MAMERCIN.IIII.	M.FVRIVS.	FVSVS
	AP.CLAVDIVS.AP.F.AP.N.	CRASSININVS	L.IVLIVS.	IVLVS.TR.MIL
	M.QVINCTILIVS.	VARVS	L.VALERIVS.L.F.P.N.	POTITVS.III
	CENS.M.FVRIVS.L.F.CAMILLVS.M.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBINVS.REGILLENS.L.F.XVI			
	C.SERVILIVS.P.F.Q.N.	AHALA.III	Q.SVLPICIVS.SER.F.SER.N.CAMERIN.CORNVT	
	Q.SERVILIVS.Q.F.P.N.	PRISC.FIDENAS	A.MANLIVS.A.F.CN.N.VVLSO.CAPITOL.II	TR.MIL
	L.VIRGINIVS.	TRICOSTVS	M'.SERGIVS.L.F.L.N.	FIDENAS.II
	L.VALERIVS.L.F.P.N.	POTITVS.IIII	L.IVLIVS.L.F.VOPISC.N,	IVLVS
	M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS	M'.AIMILIVS.MAM.F.M.N.MAMERCIN.III	TR.MIL
	CN.CORNELIVS.	COSSVS.II	K.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS.II
	P.MANLIVS.	CAPITOLINVS	P.MAELIVS.SP.F.C.N.	CAPITOLINVS
	L.TITINIVS.		SP.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS TR.MIL
	P.LICINIVS.	CALVVS.PRIMVS.E.PL.	L.PVBLILIVS.L.F.VOLER.N.PHILO.VVLSCVS	
	M.POPINIVS.	RACILLVS	L.ATILIVS.K.F.K.N.	LONGVS
	CN.GENVCIVS.	AVGVRINVS	M.VETVRIVS.TI.F.SP.N.CRASS.CICVRIN.	TR.MIL
	C.DVILIVS.		VOLERO.PVBLILIVS.P.F.VOLER.N.PHILO	
	L.VALERIVS.L.F.P.N.	POTITVS.V	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.III
	M.VALERIVS.	MAXIMVS	M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS.II.TR.MIL
	Q.SERVILIVS.Q.F.P.N.	PRISC.FIDENAS.II	Q.SVLPICIVS.SER.F.SER.N.CAMERIN.CORNVT.II	
	L.IVLIVS.L.F.VOPISC.N.	IVLVS.II	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.IV
	L.SERGIVS.	FIDENAS	A.POSTVMIVS.	ALBINVS.REGILLENS.TR.MIL
	P.CORNELIVS.	MALVGINENSIS.II	A.MANLIVS.A.F.CN.N.VVLSO.CAPITOL.III	
	CENS. . . . . , ... L.F.XVII			
	P.LICINIVS.P.F.	CALVVS	L.TITINIVS.	II
	P.MAELIVS.SP.F.C.N.	CAPITOLIN.II	L.ATILIVS.K.F.K.N.	LONGVS.II.TR.MIL
	CN.GENVCIVS.AVGVRIN.II.IN.PROEL.OC.E		P.MAENIVS.	
	M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
	P.CORNELIVS.	SCIPIO	MAG.EQ	
	P.CORNELIVS.	COSSVS	P.CORNELIVS.	SCIPIO
	M.VALERIVS.	MAXIMVS.II	K.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS.III.TR.MIL
	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.V	Q.SERVILIVS.Q.F.P.N.PRISC.FIDENAS.III	
	M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS.III	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.VI
	C.AIMILIVS.	MAMERCINVS	L.VALERIVS.	POPLICOLA.TR.MIL
	SP.POSTVMIVS.	ALBINVS.REGILLENSIS	P.CORNELIVS.	II

342 M.PAPIRIVS, *non M. Papyrius. est enim latinum nomen, quod græcam literam non admittit, vt testatur Terentianus Maurus ita.*

Y, quam memorant, vocibus auia est latinis. *Mox subdit:*

Nihil Ausonijs opus est y sonare dixi,

Et ζητα supremum, nisi græca verba cogent.

Ideo in monimentis antiquis legimus, Aguptum, Illuricum, Sullam, lacrumas: & sic antiquos, vt latina nomia

na, prononciasse, arbitramur. Huius Papirij cognomen *est* Mugillanus, *qui anno* CCCXXXV *fuit* Tribunus *militum, non* Atratinus, *vt apud* Liuium.

346 N. FABIVS, *non* Cn. Fabius, *aut* C. Fabius, *vt in altero.* C.V. *neq;* M. Fabius, *vt in altero, eodem errore, quem diximus, anno* CCCXXXII. C. Seruilius AHALA, *non* Hala II. *Hunc refectum esse ait* Liuius: *et oēs creatus, qui eo honore functi erant. quod est falsum: quia* L. Furio Medullino *in.* A. C. *non adijcitur* II.

348 M'. AIMILIVS. MAMERCINVS, *non* M. Aemilius Mamercus, *is est, qui anno* CCCL, & CCCLII *fuit tribunus militum, vbi adijcitur* III. *Ac syllabam antiqui consuetudine per* Ai *scribebant: vt* Aulai, Musai *auc.* Sex. Pam. L. Furius, Medullinus II, *non* III. *Hoc anno sex tribuni militum creari coepti sunt, cum antea modo treis, modo quatuor tm̄ crearentur. Quod aūt* Liuius *anno* CCCV *dicit sex creari licuisse, cum hucusq; nunq̄ sint creati, intelligendum ab initio ita decretum fuisse.* T. Quinctium *eum esse reor, qui anno* CCCXXXII *fuit* Cos.

349 K. FABIVS, *non* C. Fabius, *vt in vtroq;* C.V. *Librarij videntur pro* K. *substituisse* C, *decepti fortasse, quod prisci in quibusdam nominibus ijsdem indifferenter vtebantur, ut,* Karissimus, Kasibus, Kaisar. *Has literas eandem vim habere scribit* Terentianus Maurus, *his versibus.*

K perspicuum est litera quod vacare possit,
Et q, similis namq; eadem ois in vtraq; est,
Quia qui locus est primitus vnde exaritur C,
Quascunq; deinceps libeat iungere voces.

Fabius *autem is est, cui anno* CCCLII *adijcitur* II. M'. Sergius, *non* M. Sergius: *In vtroq;* C. V. *habetur* Manilius Sergius, *vbi syllaba, li, vacat.*

350 M'. Aemilius. Ap. Claudius, *sic in omnibus* Liuij *codicibus. qui* P. Claudium *legunt, ea coniectura mouentur, quod in marmore anno* CDIIII *legatur,* AP. Claudius. P. F. *Sed non sequitur hunc illius esse patrem. potuit enim procreari ex alio* P. Claudio, *qui nullum gesserit magistratum. Iidem aiunt eum* Claudium, *qui anno* CCCXCI *fuit* Dict. *quiq; à* Gellio IX Ap. Claudius *dicitur, eundem esse, qui anno* CDIIII. *fuit* Cos. *Alij, vt* Cic. *in* Catone, *hunc* P. Claudium, Dict. *vero* Ap. Claudium *nominant, tanquam sint fratres, super hac re existimatia communis omnibus erit,* Pro. M. Furio Fuso *perperam apud* Liuium *legitur,* M. Postumius, *sine cognomine.* Liuius *tradit hoc anno octo* Tribunos *militum, quot nunquam antea creatos esse: cum tamen ex* A. C. *sex tantum fuisse constet. Sed* Censores *inter tribunos connumerauisse animaduertimus, qui non hoc, vt quidam perperam edit, sed sequenti anno lustrum condidisse significat virgula in marmore deducta inter ipsos tribunos &* Censores. *In eisdem autem annalibus animaduertimus* Tribunorum *militum creandorum eam fuisse consuetudinem, vt tres, vel quatuor, aut ad summum sex crearentur.*

351 Cens. M. Furius, M. Postumius, *Hi in* Liuiu *recte possent inseri post, insequens annus, hoc modo. Insequens annus* M. Furium Camillum, M. Postumium Albinum *Censores habuit,* Tribunos *vero militum* C. Seruilium Ahalam, & *qui sequuntur. Horum Censorum meminit* Val. *his verbis.* Camillus, & Postumius *Censores æra poenæ nomine eas, qui ad senectutem caelibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt: iterum puniri dignos, si quo modo de tam iusta constitutione queri sunt ausi.* Camillum *Censuram coepisse ante alias magistratus tradit* Plut. *Ergo is non est, qui* Gallos *vrbe expulit. quemq;* Lucij *filium esse legimus in numo antiquo hoc exemplo.* FOVRIO. L. F. ROMA. FIL. Camillus, *inquit* Sex. Pom. *appellatur puer ingenuus, qui* Iouis *in templo ministrat. Vide* Macrobium. Postumium *ex prænomine patris, & aui apparet fratrem eius, qui anno* CCCXXXIX *fuit* Tribunus *militum.* Virginio Liuius *non adijcit cognomen, sed cum hæc familia* Caelimontani, Rutuli, Tricosti, *cognomen adepta sit, non sit verisimile hunc cognomine caruisse.* ¶ *Anno sequenti vrbis* CCCLII *legendum* K. FABIVS, *non* C. Fabius. Cossum *eum esse arbitramur, qui anno* CCCXLVII, *fuit* Tribunus *militum, &* Iulium *filium eius, qui anno* CCCXIX *fuit* Cos. III.

353 SP. FVRIVS, *non* Sex. Furius, *neq;* L. Furius, *nam spatium, quod est in marmore, non capit* Sex. Furius, & *vnica litera maius est quàm sit,* L. Furius, *legendum igitur* SP. Furius, *ut sit superioris* Lucij *frater, prænominéq; aui.* Apud Liuium *habetur* Lucius, *tanquam ille sit, qui anno* CCCXLVIII *fuit* Tribunus *militum* II. *at cum in eodem marmore non adijciatur* III, *alterum ab eo esse constat* P. MAELIVS, *non* A. Maelius, *vt in altero* C. V. *in quo legitur etiam,* P. Manlius, *sed si* Licinio *excepto omnes patricij sunt, vt tradit idem* Liuius, & Manlia *familia fuerit plebeia, videtur legendum* P. Mālios, *vt in alijs codicibus. quanquam, apud* Diodorum *pro* P. Manlio *habetur* SP. Maenius; *qui etiam ipse fuit* Plebeius. *Sed in tam varijs vocibus periculum est iudicare* L. PVBLILIVS PHILO, *non* L. Popilius Vulscus. *In.* A. C *inuenitur* Poblilius, *et* Publilius *cognomento* Philo, *item*

Popillius, & Poblicius, ille Laenas, hic Malleolus cognominatus. est etiam Poetilius, & Petillius, Spurinus hic, ille Libo. Quæ nomina confunduntur ab ijs, qui eorum cognomina ignorant.

354 M. Veturius CRASS. CICVRIN. duo sunt cognomina, sed in. A. C. deest punctum. Nomen Publilij apud Liuium desideratur, cuius prænomen fuit Volero, ut est in vtroq; C. V, & in marmore ante nomen Publilij apparet locus huius prænominis capax. In codicibus vaticanis legitur, L. Titinius, C. Duilius, L. Atilius, M. Pomponius. M. Genucius, cui apponitur cognomen Augurini, quod fuit in familia Genutior, ut testatur idem Liuius, qui cum tradat anno superiori omnes TR. MIL. fuisse patricios, præter Caluum, hoc uero plebeios, excepto Veturio, apparet etiam familiam Publiorum duplicem fuisse, ut Titinij, qui superiori anno inter patricios, hoc uero, inter plebeios commemorutur, sed perperam, quia cognomen Longus est Atiliorum, non Titiniorum, & in marmore locus capit L. ATILIVS, non TITINIVS. Idem Liuius cum dicit lectisternium hoc anno primum factum, dissentit ab ijs, qui tradunt, P. Valerium Gos. id fecisse Ludis sæcularibus, quos post exactos reges anno primo instituit. ¶ Anno sequenti in. C. V. Camillo adijcitur II.

356 L. Sergius. Hic, ut conijcia, fuit filius eius, qui anno CCCXXXV Tribunus militum fuit. A. Manlius, non recte in utroque C. V. A. Manlius dicitur. Arbitramur eum esse, qui Vulso Capitolinus cognominatus est. Malugiensi II adijciendum. Oraculi responsum de aqua albana, quæ superiori anno in altitudinem insolitam creuerat. Ex quo compertum est hos tribunos uitio creatos esse, qui circa finem anni (vt ex rebus gestis conijcere licet) abdicarunt. Nam si circa principium abdicassent, non recte id temporis, quod præcessit, pro toto anno computaretur, & ideo tota annorum ratio titubaret. Qui superiores Censores anno CCCL ponunt: & ab ea ad hoc lustrum spatium quinquennale esse dicunt, in utroq; errant. quia lustrum factum est, (ut diximus) anno sequenti: à quo ad hunc quinquennij est spatium. Quod si superiori anno factum esse uelis, sex annorum ipsum lustrum inuenies.

357 CN. Genucius. in altero. C. V. habetur T. Genucius, tanquam alter ab eo de quo superius: ubi si loco P. Manlij legis P. Maenium, hic adde ille II. Nam idem Liuius ait hos omnes Tribunos, præter Caluum, paula ante tribunatum gessisse. Aduerte loquendi modum ipsius Liuij. Postquam dixit Caluum Tribunum creatum, subdit, Omneisq; deinceps ex conlegio eiusdem anni refici apparebat, quo verbo innuit non omneis refectos esse. ¶ Anno sequenti legendum K. FABIVS non C. Fabius, adijciendumq; III, non iterum, ut apud eundem Liuium. Ambo Cornelij apod Diodorum Cossi cognominantur, unusq; praenomine Publius, & alter Seruius. Sed in eo libro tot errores deprehenduntur, ut potius Liuium, quàm illum, sequendum esse existimem, præsertim quod in utroque codice vaticano, uterque Publius nominatur.

359 P. Cornelius, uter sit ex duobus superioribus Cornelijs quanquam incertum est, tamen adijciendum est II, quia omnino est ipsarum alter. Sed si anno CCCLXIIII est alter ab hoc, adde similiter II, si idem appone III. Crediderim potius de Scipione, qui fuit Mag. Eq. quàm de Cosso intelligendum. ¶ De Coss. sequentis anni Liuius sic inquit. Annum post quintum decimum creati Coss. L. Lucretius Flauus, & Ser. Sulpicius Camerinus, intellige ex ea anno, quo Cn. Cornelius Cossus, & L. Furius Coss. fuere.

XCLX	L.LVCRETIVS.	FLAVVS	SER.SVLPICIVS.	CAMERINVS.	
	L.VALERIVS.	POTITVS	M.MANLIVS.	CAPITOLINVS	
	CENS.L.PAPIRIVS.	CVRSOR.C.IVLIVS.		IVLVS.L.F.XIIX	
			IN.MAG. MORTVVS. EST.IN.EIVS. L. F.E.		
			M.CORNELIVS	MALVGINENSIS.	
	L.LVCRETIVS.	FLAVVS	SER.SVLPICIVS.	CAMERINVS	
	M.AIMILIVS.	MAMERCINVS	L.FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS. VII	TR.MIL
	AGRIPPA.FVRIVS.	FVSVS	C.AIMILIVS.	MAMERCINVS. II	
	SER.CORNELIVS.M.F.	MALVGINENSIS	Q.F.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS	
	Q.SVLPICIVS.	LONGVS	K.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS IV	TR.MIL
	SERVILIVS.Q.F.P.N.PRISC.FIDENAS. IIII		N.FABIVS.M.F.Q.N.	AMBVSTVS. II	
	M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS. II	DICT	REI.GERVND.CAVSSA	
	L.VALERIVS.	POTITVS.	MAG.EQ		

L.AIMILIVS.	MAMERCINVS	L.POSTVMIVS.	REGILLENSIS.ALBINVS	
L.VALERIVS.	POPLICOLA.II	L.VIRGINIVS.	TRICOSTVS	TR. MIL
P.CORNELIVS.		A.MANLIVS.	CAPITOLINVS.	
M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS. III	DICT	REI.GERVND.CAVSSA	
C.SERVILIVS.	AHALA	MAG.EQ		
T.QVINCTIVS.	CINCINNATVS	Q.SERVILIVS.Q.F.P.N.	PRISC.FIDENAS.V	
L.IVLIVS.	IVLVS	L.AQVILIVS.	CORVVS	TR. MIL
L.LVCRETIVS.	TRICIPITINVS	SER.SVLPICIVS.	RVFVS	
L.PAPIRIVS.	CVRSOR	CN.SERGIVS.	FIDENAS	
L.AIMILIVS.	MAMERCINVS. II	C.LICINIVS.	STOLO	TR. MIL
L.MENENIVS.	LANATVS	L.VALERIVS.	POPLICOLA. III	
M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS. IV	SER.CORNELIVS.M.F.	MALVGINENSIS. II	
Q.SERVILIVS.Q.F.P.N.	PRISC.FIDENAS. VI	L.QVINCTIVS.	CINCINNATVS	TR. MIL
L.HORATIVS.	PVLVILLVS	P.VALERIVS.L.F.L.N.	POTIT. POPLICOLA	
A.MANLIVS.A.F.A.N.	CAPITOLINVS. II	P.CORNELIVS.		
T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS	L.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS.	TR. MIL
L.PAPIRIVS.	CVRSOR. II	CN.SERGIVS.	FIDENAS. II	
A.CORNELIVS.	COSSVS	DICT	SEDIT.SEDAND.ET.R.G.C.	
T.QVINCTIVS.	CAPITOLINVS	MAG.EQ		
SER.CORNELIVS.M.F.	MALVGINENSIS. III	P.VALERIVS.L.F.L.N.	POTITVS.POPLIC.II	
M.FVRIVS.L.F.	CAMILLVS. VI	SER.SVLPICIVS.	RVFVS. II	TR. MIL
C.PAPIRIVS.	CRASSVS	T.QVINCTIVS.	CINCINNATVS. II	

361 *M. Manlius hic, ut Liuius VI. testatur, fratres habuit Titum, & Aulum: Hunc'q; Manlium hoc anno nondum Capitolinum appellatum. Sed. A. C. ipsius opinionem refellunt, in quibus Capitolini cognomen in Manliorum familia superioribus annis sæpe habetur. Quare hoc cognomen illi inditum existimandum, quod in Capitolio habitaret, atq; in ipsa arce prope Iouem Capitolinum. L. Valerius, uide an sit filius eius, qui quinquies fuit* TR. MIL. *C. Iulius Censor decessit, in eius locum M. Cornelius suffectus. Quæ res postea religioni fuit, quia eo lustro Roma capta est, sic Liuius. hoc idem tradit libro nono. Diony. autem scribit anno tertio ante vrbem captam Lustrum secundum à populo Romano factum esse. Vbi quid sibi uelit, non intelligo, cum ait Lustrū secundum, cum hoc anno iam sit Lustrum XIIX. nisi forte uelit Populum Romanum, non Censores, Lustrum bis condidisse. Cuius rei tamen nec exemplum, nec auctor extat. Idem Valerium Potitum, non Poplicolam uocat. Bellum Vulsinense. Aedes Iunonis Reginæ dedicata est. Quia Iuliorum familiæ series ex frequentibus prænominibus Caij, & Lucij subobscura uidebatur, nos additis patris, & aui prænominibus intellectu, ni fallor, adeo facilem effecimus, ut alia declaratione indigere non uideatur.*

264	C. Iulius. L. F.	Iulus	Cos.
271	C Iulius. L. F.	Iulus II	Cos.
280	Vopiscus. Iulius; L. F.	IVLVS	Cos.
302	C. IVLIVS. C. F. L. N.	Iulus	Xuir
306	C. Iulius. C. F. L. N.	Iulus	Cos.
315	L. Iulius Vopisci. F. L. N.	Iulus	Tr. Mil.
318	C. Iulius. C. F. L. N.	Iulus. II.	Cos.

329	C. Iulius. C. F. L. N	Iulus III.	Cos.
322	L. Iulius Vopisci F. L. N.	Iulus	Mag. Eq.
323	L. Iulius Vopisci F. L. N.	Iulus	Cos.
329	Sex. Iulius	Iulus	tr. mil.
348	C. Iulius L. F. VOPISCI N.	IVLVS	TR. MIL.
345	C. Iulius L. F. Vopisci N.	IVLVS II.	TR. MIL.
350	L. IVLIVS. C. F.	IVLVS.	TR. MIL.
352	L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N.	IVLVS	TR MIL.
356	L. Iulius L. F. Vopisci N.	Iulus II.	tr. mil.
361	C. Iulius. L. F. Vopisci N.	Iulus	Cens.

Sextus autem & Lucius anno CCCL. Tribuni militum, cuius fuerint filij incertum est, ni forte hic illius fuerit filius, aut Caij, qui anno CCCXIX, fuit Cos. III.

362 L. Lucretium & Ser. Sulpicium eosdem esse, qui biennio ante Consules fuere, verisimilius est existimare, quàm illum Tricipitini filium Consulis anno CCCXXXIIII. & hunc esse Ser. Sulpicium prætextatum. hic enim non hoc anno, sed CCCLXXI fuit TR. Mil. primum. Idq; ignorat, is qui Rufum à Prætextato nescit discernere, perperamq; huic Rufum alterum cognomen apponit. Nam, vt alibi diximus, vbi quis nouum cognomen sibi acquisiuerat, relicto hæreditario eo vtebatur, vt Poplicola, Potitus, quorum cognomen prius fuerat Volusus. quandoque tamen differentiæ caussa posteri vtroque vtebantur, vt Potitus Volusus, Potitus Poplicola, vel vt ostenderent ex quibus locis essent orundi, vt Albus, Regillensis. Sed cum hic Sulpicius Prætextati cognomen sibi peperisset, & Rufus hæreditarium obtineret, non erat opus eidem Prætextati adijcere. Huiusmodi errores & alibi sæpe fecisse eum inuenies.

363 SER. CORNELIVS, non P. Seruilius, vt apud Liuium. Nam cognomen Maluginensis, quod in marmore apparet, Corneliorum familiæ proprium esse inuenitur. est & illa ratio, quod anno CCCLXXXIIII. Maluginensi Cornelio in eodem marmore adijcitur VII, & nisi ab hoc cœperis VI tantum TR. Mil. inuenies.
Q. Seruilius, Q. SVLPICIVS, non P. Sulpicius. Nam apud Macrobium Sat. primo, cap. xvij. & Liuium sexto, ac Gellium quinto cap. xvij. atque in vtroque C. V. habetur, Q. Sulpicius. Horum conlegas treis Fabios fuisse, idem Liuius commemorat, quos prius legatos ad Gallos missus esse, testatur, his verbis. Legati tres M. Fabij Ambusti filij missi, qui S. P. Q. R. nomine agerent cum Gallis, ne à quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani, atque amicos oppugnarent. Ex his mox vnum Q. Fabium nominat. Alijs duobus consularibus, quia supra iam fecerat mentionem, non adijcit prænomen. Nos ex A. C. conijcimus, vni Numerio, alteri verò Cæsoni fuisse prænomen. Illius exemplum habetur anno CCCXLVII. huiusmodi. N. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. Huius vero anno CCCLII. hoc scilicet. K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. Est etiam huius filij exemplum anno CCCLXXII. quo probatur K. Fabium Marci filium esse. Errant igitur qui Marci nepotes eos edunt, & pro N. Fabio, C. Fabium substituunt. Sed animaduertendum Liuium addidisse, M. Fabij Ambusti filij, quia eodem tempore erant Quintus, & Numerius, Q. Fabij Vibulani filij. His autem Tribunis Militum Vrbem à Gallis fuisse captam plerique omnes consentiunt. Sed vnico exemplu Verrij Flacci contenti erimus. Is quarto de verborum significatione sic inquit. Vrbe à Gallis Senonibus recuperata, L. Atilius in Senatu verba fecit, Q. Sulpicium TR. Mil. ad Aliam aduersus Gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse, tum exercitum Populi Romani occidione occisum, & post diem tertium eius diei Vrbem, præter Capitolium, captam esse. Verum de anno, quo fuit capta, non conueniunt. Nam Fabius Pictor ab anno Vrbis captæ ad primum Cos. è Plebe duos & viginti annos supputat. Eius verba sunt hæc. quapropter tum primum ex Plebe alter Cos. factus est, duo, & vicesimo anno postquam Romam Galli ceperunt. quòd si post hunc annum initium facis, anno CCCLXXV omisso, quo Camillum fuisse Dictatorem sine Consulibus infra dicetur, vera erit Fabij supputatio, & cum nostra conueniet. Diony. autem tradit anno primo octauæ & nonagesima olympiadis vastationem à Gallis factam, ab eoque ad primos Consules annos esse CXX. quod verum est connumeratis tribus annis, quos desiderari apud Liuium diximus. Idem Diony. infra sic inquit. In quibusdam quidem annalibus inuenio, anno tertio ante Vrbem captam, Lustrum secundum à Populo Romano factum, cui ascriptum est, sicut & alijs, hoc tempus, L. Valerio Potito, & T. Manlio Capitolino Cos. post exactionem Regum anno centesimo decimo nono: ud vt Gallicam inuasionem, quam secundo anno eius lustri fuisse inueni, centum & viginti annis expletis appareat. quæ verba, Fabij opinionem comprobare videntur.

tur. Camillus uero in concione, quam habuit post vrbem liberatam, ait eum annum esse trecentesimum & sexagesimum quintum Vrbis captæ. hoc est quod ait Diony. anno primo octauæ et nonagesimæ olympiadis. Sed potius orationem habuisse circa principium anni CCCLXV, *& superiori anno Vrbem esse captam. Liuius ipse commemorat priori die, quàm caperetur: senes iuuenum agmen in Capitolium prosequenteis commendasse uirtuti eorum fortunam Vrbis, per trecentos & sexaginta annos omnibus bellis victricis. Plut. anno inquit, trecentesimo et sexagesimo, ac paulo plus ab Vrbe condita Roma à Gallis capta est. Plin.* XXXIII. *cap.* I. *scribit anno* CCCLXIIII. *captam esse. et Cassius Hemina annum sequentem esse vrbis conditæ* CCCLXIII. *vt auct. est Macrobius, cuius verba sequenti anno citamus. Quamobrem ex tot, tamq; varijs auctorū opinionibus, quæ in primis sequenda sit, nescimus. Coniecimus tamē, eos qui anno vrbis* CCCLXIIII. *captam esse volunt, annum vnum omittere, qui vera sequenti, duos. Ita vt probabilior sit opinio eorum, qui anno* CCCLXIII. *captam esse tradunt. At quoniam Liuius hoc anno more optimi Historici originem belli Gallici commemorat, deinde bellicas actiones moresq; militum ac Ducum, clamitant quidam in Gallos esse debacchatum, propterea quòd tradit, ipsos frugum & vini dulcedine excitatos per abrupta montium in Italiam transiuisse. Et quædam alia huiusmodi. eaq; non, ut ipsi putant, odio commotus ait, sed ex priscis annalibus deprompsit. Indicio enim est, quod vbi laudandi sunt, egregie laudat. Nam quæ laus maior esse potest, quàm testari Gallos esse gentem haudquaq; religionis negligentem? Reprehendunt deinde ipsum Liuium quod quandoque inter se repugnantia dicat. Quæ crimina, si locus postularet, ac responso digna viderentur, facillime diluere possemus. Sed cum perspexerimus ipsos omittere, quæ aliqua ratione forsan reprehendere potuissent, criminariq; quæ non intelligunt, ac turpiter titubare, cum de ipso Liuio tanquam de eximio Historico nunc loquantur, nunc vero tanquam de homine mendaci, obliuioso, & ignauo, non est quòd istis respondeamus. Hoc tamen dicam, si, vt aiunt, mutilatus est, si mentitur, si repugnantia dicit, cur narrandi breuitatem obijciunt? quomodo eximius historicus esse potest? Non vident quàm impudenter in idipsum incidunt crimen, quod Liuio insolenter obijciunt. Enimuero, vt verum fatear, magis ipsi in Liuium, quàm Liuius in Gallos, debacchati esse mihi videntur. Qui si in ijs, quæ scriptitarunt, eam diligentiam adhibuissent, quam in rimando singula verba Liuij, non discendi, sed calumniandi caussa posuisse, deprehenduntur, non tot loca deprauassent, neque in tot errores incidissent, quot lector inueniet, si illarum scripta diligenter examinare, & cum ijs, quæ nos scripsimus conferre, non grauabitur. Sed ad rem redeamus.* ¶ *M. Furius Camillus Dictator iterum. hic in hoc honore, Gallis interfectis, Vrbem in pristinam libertatem restituit, in eaq; Quirites, qui migrandi Veios consilium inierant, sua oratione retinuit, ac domos exustas vt breui tempore instaurarent, effecit. Ideo secundus, vt ait Plut. Romæ conditor habitus est. Propterea in titulo ipsius, quem anno* CCCL. *citauimus, est,* ROMA. FILIA. *Huius dictaturæ meminit Gellius* xvij *cap.* ij. *Et quia Liuius scribit Senatum non esse passum ipsum Camillum, nisi circumacto anno, dictatura se abdicare, nonnulli subijciunt rursus ipsum Dict. sine Coss. Sed meo iudicio non recte sentiunt. quia circumacto anno refertur ad Tribunos, non ad Camillum, qui videns amplius non esse opus Dict. etsi tempus legitimum suæ Dictaturæ non præterierat, tamē se abdicare cupiebat. Sed Senatus precatus est eū, vt per totum annū hoc est usque ad K. Quintiles (nam eo die Tribunos inijsse ex Liuio facile est conijcere,) & Camillum post menses septem, uel paulo plus, Dict. creatum) eam continuare vellet, & vnà cum Tribunis militum Remp. administrare, non autem Dictatorem* III. *creauit, quod erat adijciendum, vt anno* CDXLIIII. *adijcitur.* II. *L. Papirio Dictatori sine Coss. ex quo alter error sequebatur, quod anno* CCCLXXXV. *eidem, non* IIII, *vt est in marmore, sed* V. *adijciendum erat. Sed fuisse hoc anno etiam Tribunos militum innuunt Liuij hæc verba. Comitia in insequentem annum Tribunos habere: quorum in magistratu capta Vrbs esset, non placuit. res ad interregnum redijt. Quod si Camillus anno sequenti Remp. solus administrasset, ad ipsum spectauisset comitia habere, non ad Tribunos, qui iam diu magistratu abierant. & infra idem Liuius postquam Vrbis instaurandæ desiderium memorauit, subdit. Intràque annum noua Vrbs stetit. quod si Camillum Dictatorem sine Tribunis militum fuisse velis, erunt anni duo, vt apparet ex Tribunis militum, quos subiungit. qui autem hunc annum sine Coss. adijciunt, mouentur ea ratione, quod supputatio sequentium annorum cum marmorum serie non respondet: parum animaduertentes, non hic, sed anno* CCCLXXXV *inserendum esse, vt ostendemus.*

364 *L. Postumius. apud Macrobium Sat. libro primo cap. xviij. legitur, A. Postumius. cius verba sunt hæc. Gell. annalium libro* XV, *& Cassius Hemina historiarum libro secundo referunt, anno ab Vrbe condita trecentesimo sexagesimo tertio à Tribunis militum Virginio, Manlio, Cornelio, A. Postumio collegisq; eorum in Senatu tractatum quid esset, propter quod toties inter paucos annos male esset adflicta Resp. & ex præcepto*

Patrum

Patrum, L. Aquinium aruspicem in Senatum venire iussum, religionum requirendarum gratia, dixisse. Q. Sulpicium Tribunum militum ad Aliam aduersum Gallos pugnaturum rem diuinam, dimicandi gratia fecisse postridie Idus quintilis. Hæc verba citauimus, quo admoneremus lectorem, Manlium & conlegas non fuisse Tribunos militum anno CCCLXIII*, sed sequenti, & quod Macrobius in numero annorum, quibus Romulum regnauisse scribit, hos auctores secutus videtur. C. Seruilius Mag. Eq. vide an hic sit filius eius, qui anno* CCCLI *fuit* TR. Mil. III. *Q. Fabius Ambustus mortuus est. Anno sequenti Vrbis* CCCLXV *Capitolium saxo quadrato extructum est.*

366 C. LICINIVS. L. MENENIVS, *sic legendum censeo, non Licinius Menenius, absque prænomine. Quanquam quidam Licinium Meneny prænomen esse insulse edant, parum animaduertentes historicos nuda nomina interdum commemorare, præsertim vbi de illis cum suis prænominibus, & cognominibus facta est mentio. Sequitur etiam quod exemplo Licinio, quinque Tribuni tantum reliqui erunt, qui numerus nusquam in his* A. C. *inuenitur. propterea nos, non L. Licinium sed C. Licinium addidimus, quem idem Liuius Tribunum militum infra prodit, qui non magis alibi, quàm hic, locum habere posse videtur. in cuius locum, qui C. Cornelium reponunt, transferunt ipsum Licinium ad annum* CCCLXXV*, & in locum L. Menenij substituunt. cui cum in omnibus Liuij codicibus, etiam Vaticanis, illi III apparatur, non ausim ego, nisi certo auctore, eum eximere. alioquin ratione temporis, quo fuit Dictator, horum opinionem secutus fuissem. sed vtrobique Stolonem eum voco. Diodorus autem, quo auctore quinque Tribunis Militum ipsum Cornelium quidam addunt, in nominibus à Liuio valde discrepat. Illius enim hæc sunt. L. Papirius, L. Menenius, C. Cornelius, C. Seruilius, Q. Fabius, A. Valerius. ex quibus apparet alios annales, atque Liuium, secutum esse. Sed cur potius Cornelius, quàm Fabius his adyciendus sit, rationem non video. Cn. Sergius in C. V. habetur M. Sergius, fortasse pro M'. Sergio. quidam his Tribunis subdit Cens. qui L. F. XVIII, Duabusq́; vt inquit, certissimis, atque firmissimis coniecturis se id probaturum profitetur. quas multis rationibus absurdas falsasq́; esse probaremus, nisi Sex. Pom. verba id facere vidissem, qui libro XVIII scribit. Post Vrbem à Gallis captam temerarium quoddam tributum conlatum esse, quia proximis XV annis census alius non fuerat, vt bello Punico secundo Valerio Læuino, & M. Claudio Marcello Coss. quod S. P. Q. R. aurum, quod habuit, in ærarium detulerat. Ex quo apparet ab anno* CCCLX *ad annum* CCCLXXV*, quo Priscus & Siculus Censores fuere, neque censum vllum, neque Lustrum conditum esse. hunc q́; eum suis coniecturis valde hallucinari. Sed aduertendum quod coniecturæ, quæ ad rei veritatem prope accedunt, dicuntur verisimiles, non firmissimæ, & certissimæ, vt hic ait, nam si rem certum facerent, iam coniecturæ non essent. Aedes Martis Gallico bello vota dedicata est.*

368 T. *Quinctius. Plut. in Camillo Dictatorem fuisse ait, non Mag. Eq. Non videtur is, qui hoc anno fuit Tribunus militum: quanquam lege nundum lata duobus magistratibus eodem tempore fungi poterat. & forte circa finem anni Mag. Eq. est dictus. videndum tamen an in prænomine, vel cognomine sit error. M. Manlius omnium primus popularis factus est, seditionemq́; excitauit exoluendo plebem ære alieno.*

369 M. *Furius Camillus Tribunus militum* V*, non* VI. *Ser. Cornelius, C. Papirius. in codice Diodori habetur M. Cornelius, L. Papirius, Ser. Sulpicius, T. Quinctius. reliqui duo desiderantur. item alij duo anno sequenti, videlicet, Lucretius & Trebonius. Extat autem cognomen Crispus, veri adijciendum sit, dubium est. M. Manlio dies est dicta, Aulus, & Titus fratres in eius iudicio ne vestem quidem mutarunt. Damnatus è Capitolio deiectus. ubi electæ mortuo notæ sunt, vna publica. quod cum domus eius fuisset, ubi postea ædes, & officina Monetæ, latum ad populum, ne quis ex ea familia in Capitolio habitaret. gentilicia altera, ne quis ex ea familia Marcus vocaretur. quod etiam Sex. Pompeius testatur. & vt est apud Gellium, Herodes Atticus his verbis. Audio antiquos Romanorum prænomina Patriciorum quorundam male de Repub. meritorum, & ob eam caussam capite damnatorum, censuisse, ne cui eiusdem generis patricio inderentur, vt vocabula quoque eorum defamata, atque demortua cum ipsis viderentur: Nepos de illustribus viris scribit, Gentilitatem Manlij iurasse, ne quis postea Capitolinus vocaretur. quod est falsum. quia in A. C. etiam, post mortem Manlij, hoc cognomen frequenter habetur in ea familia, vt diximus. Idem Sex. Pom. ait, ipsum Manlium fuisse necatum: cui adstipulatur idem Nepos. Varro autem priorem opinionem sequitur. item Val. & Gellius* XVII*, cap. vltimo, atq́; hunc esse annum septimum post Vrbem recuperatam.*

CCCLXX L.VALERIVS. POPLICOLA.IV A.MANLIVS.A.F.A.N.CAPITOLINVS.III
SER.SVLPICIVS. RVFVS.III L.LVCRETIVS. TRICIPITINVS.II TR.MIL
L.AIMILIVS. MAMERCINVS.III M.TREBONIVS. FLAVVS

SP.PAPIRIVS CRASSVS L.PAPIRIVS CRASSVS
SER.CORNELIVS.M.F.MALVGINENSIS IV Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N.PRISC. FIDENAS TR.MIL
SER.SVLPICIVS.M.F. PRAETEXTATVS L.AIMILIVS. MAMERCINVS.IV

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS.VI A.POSTVMIVS. ALBINVS. REGILLENSIS
L.POSTVMIVS.REGILLENSIS.ALBINVS II L.FVRIVS.SP.F.L.N. MEDVLLINVS TR.MIL
L.LVCRETIVS TRICIPITINVS.III M.FABIVS.K.F.M.N. AMBVSTVS

L.VALERIVS. POPLICOLA.V P.VALERIVS.L.F.L.N.POTIT.POPLIC.III
CN.SERGIVS. FIDENAS.III L.MENENIVS LANATVS.II TR.MIL
SP.PAPIRIVS CVRSOR SER.CORNELIVS.M.F.MALVGINENSIS.V
T.QVINCTIVS. CINCINNATVS DICT / A.SEMPRONIVS ATRATINVS MAG.EQ — REI.GERVND.CAVSSA
CENS.C.SVLPICIVS. CAMERIN.ABD. SP.POSTVMIVS. REGILLEN.IN.M.M.E

P.MANLIVS.A.F.A.N. CAPITOLINVS C.SEXTILIVS.
L.IVLIVS. IVLVS L.ANTISTIVS. HEI.TRES.E.PLEBE TR.MIL
C.MANLIVS. CAPITOLINVS M.ALBINIVS

SP.FVRIVS. MEDVLLINVS Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N.PRISC. FIDEN.II
L.MENENIVS. LANATNS.III P.CLOELIVS. SICVLVS TR.MIL
M.HORATIVS. PVLVILLVS L.GEGANIVS. MACERINVS
CENS.SP.SERVILIVS PRISCVS.Q.CLOELIVS. SICVLVS. L.F.XIX

L.AIMILIVS. MAMERCINVS.V P.VALERIVS.L.F.L.N.POTIT.POPLIC.IV
C.VETVRIVS.CRASS. CICVRINVS SER.SVLPICIVS.M.F. PRAETEXT.II TR.MIL
L.QVINCTIVS. CINCINNATVS.II C.QVINCTIVS. CINCINNATVS

C.LICINIVS.C.F.P.N. CALVVS / L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERANVS — TR.PL.SINE.CVRVLIB.MAG.

C.LICINIVS.C.F.P.N. CVLVVS.II. / L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERAN.II — TR.PL.SINE.CVR.MAG.

C.LICINIVS.C.F.P.N. CALVVS.III / L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERAN.III — TR.PL.SINE.CVR.MAG.

CCCXXC C.LICINIVS.C.E.N.N. CALVVS.IV / L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERAN.IV — TR.PL.SINE.CVR.MAG.

C.LICINIVS.C.F.P.N. CALVVS.V / L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERAN.V — TR.PL.SINE.CVR.MAG.

IOVEM.IMPERATOREM.QVI.PRAENESTE.IN.CAPITOLIVM.ACTVS.EST
T.QVINCTIVS.CINCINNATVS.QVI.FVIT.DICT.DEDICAVIT

L.FVRIVS.SP.F.L.N. MEDVLLINVS.II P.VALERIVS.L.F.L.N.POTIT.POPLICOLA.V
C.VALERIVS POTITVS SER.SVLPICIVS.M.F. PRAETEXTAT.III TR.MIL
A.MANLIVS.A.F.A.N. CAPITOLINVS SER.CORNELIVS.M.F.MALVGINENSIS.VI

Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N.PRISC.FIDENAS.III M.CORNELIVS MALVGINENSIS
Q.QVINCTIVS. CINCINNATVS C.VETVRIVS. CRASS.CICVRINVS.II TR.
A.CORNELIVS. COSSVS M.FABIVS.K.F.M.N. AMBVSTVS.II
L.QVINCTIVS. CAPITOLIN SP.SERVILIVS.C.F.C.N STRVCTVS
SER.CORNELIVS.M.F.MALVGINENSIS.VII L.PAPIRIVS.SP.F.C.N. CRASSVS TR.M.
SER.SVLPICIVS.M.F. PRAETEXTAT.IIII L.VETVRIVS.L.F.SP.N.CRASSVS.CICVRINVS

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS.IIII DICT REI.GERVNDAE.CAVSSA
L.AIMILIVS.L.F. MAMERCINVS MAG.EQ
OB.EDICTVM.IN.MILITES.EX.S.C.ABDICARVNT.IN.EORVN.LOCVM.FACTI.SVNT
P.MANLIVS.A.F.A.N. CAPITOLINVS DICT SEDITIONIS.SEDANDAE.ET.R.G.C
C.LICINIVS.STOLO. PRIMVS.E.PLEBE.MAG.EQ

A.CORNELIVS. COSSVS.II L.VETVRIVS.L.F.SP.N.CRASSVS.CICVRINVS.II
M.CORNELIVS. MALVGINENSIS.II P.VALERIVS.L.F.L.N.POTITVS.POPLICOLA.VI TR.MIL
M.GEGANIVS. MACERINVS P.MANLIVS.A.F.A.N CAPITOLINVS.II

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS.V DICT REI.GERVNDAE.CAVSSA
T.QVINCTIVS.PENN.CINCINNATVS.CAPITOLINVS.MAG.EQ

CONSVLES.E.PLEBE.PRIMVM.CREARI.COEPTI
L.AIMILIVS MAMERCINVS L.SEXTIVS.SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERAN
PRIMVS.E.PLEBE

CENS.L.POSTVMIVS. REGILLENSIS.ALBINVS.C.SVLPICIVS.M.F.Q.N PETICVS
L.GENVCIVS.M.F.CN.N.AVENTINENSIS Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N AHALA
C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS C.LICINIVS.C.F.P.N. CALVVS

371 SP. *Papirio Crassi cognomen adiecimus, quia ex* A. C. *animaduertimus patrem esse Lucij, qui anno* CCCLXXXV *fuit Tribunus militum.* Q. *Seruilium, cui* L *vius non adijcit numerum, filium eius intelligimus, cui* TR. MIL. *supra* VI *apposuit.* SER. SVPLICIVS, *vt in* C. V. *non* C. *Suplicius. is enim est, qui in eisdem annalibus anno* CCCLXXXIV. *habetur Tribunus militum, nam aliter* III. *inueniretur. Medullinus, qui sequitur, in* A. C. *Censor habetur anno* CCCLXC; *& Fabius* TR. *Mil.* II. *anno* CCCLXXXIII.

373 P. *Papirius.* SP. PAPIRIVS *legendum arbitramur, vt si pater eius, qui anno* CDXXII *fuit Cos. Censorum enim vnus mortuus esset, alterq; se abdicasset, quidam tradit in eorum locum alios factos esse, hoc est suffectos esse. quod est falsum: quia, vt diximus, id religiosum erat. Idea Liuius ait alios, hoc est nouos Censores, creatos esse. qui, quod vitio creati erant, non gesserunt magistratum. ex quo apparet Lustrum non esse factum, quod, vt diximus, Sex. Pomp. testatur, affirmans annis quindecim post Vrbem captam, censum non esse actum. vbi intelligendum est ab eo Lustro, quo fuit capta. Signum Iouis Praeneste aductum à Dictatore in Capitolio conlocatum est.*

374 L. IVLIVS, *non* C. *Iulius.* M. ALBINIVS, *non* M. *Albinus, vt apud Liuium, hic, & libro secundo, vbi loquitur de Tribunis militum primum creatis. Nam Albinus est cognomen Postumiorum Patriciorum, Albinius vero familiae plebeiae nomen, vt ostendit libro quinto, vbi ait, L. Albinium fuisse hominem de plebe Romana.* P. *Manlius in marmore descriptus est* II. *anno* CCCLXXXVI. *fratrem esse opinor A. Manlij* TR. *Mil. Anno* CCCLXXXII.

375 L. Menenius. Qui autem apud Liuium in huius locum C. Licinium restituendum esse censent, mouentur ex Diodori lectione. sed cum modo octo TR. Mil, modo, vt hic, quatuor tantum ponat, vbi Liuius vtrobique sex habet, in tam discreptanti opinione, potius hunc, quàm illum sequendum esse arbitrar. SP. Furius, non fratrem, sed filium esse opinor eius, qui anno CCCLIII. fuit TR. Mil. Et quomodo ab eo, qui tradit eos esse fratres hic legitur, SP. Furius SP. F. L.N. ille vero L. Furius L. F. SP. N. si essent fratres iisdem patris & aui prænominibus appellarentur, sed puto per errorem fratrem pro patre posuisse. Nam huius fratrem esse reor L. Furium TR. Mil. anno CCCLXII. Cens. SP. Seruilius, Q. Cloelius. apparet has Censures factas, qui neque Coss. neque Dictatores fuerant. Cum Sex Pom. tradat à consulatu L. Valerij, & M. Manlij ad annum XV. Lustrum non esse factum, innuit hos Censores illud fecisse. Murum, vt ex saxa quadrato fieret, locauerunt. ¶ Anno sequenti legendum. Ser. Sulpicius PRAETESTATVS.II. non Rufus VI. Nam anno CCCLXXXII. legitur in A.C. PRETEST.III. & anno CCCLXXXIV. PRETEST.IIII ex quo est necesse vt intelligamus ante bis Tribunum militum fuisse.

377 Tribuni Plebis hoc anno duo creati, quorum alter fuit C. Licinius Caluus, alter L. Sextius. His, vt asserit Eutropius, Cassiodorus, atque Sex. Rufus per annos quatuor sine alijs magistratibus Reip. præfuere. At Liuius quinquennium regnasse prodit, quæ opinio probabilior est, quia cum A.C. videtur conuenire. In eisdem annalibus habetur fragmentum huiusmodi.

...u ACTVS. EST
.....T. DEDICAVIT

Quid significet haud facile est conijcere, nisi forte intelligendum sit de Ioue Imperatore dedicata, quem à T. Quinctio Dictatore aduectum Præneste diximus. Si de ea intelligis supplendum erit eo modo, quem nos diximus.

383 M. Cornelius dubium est, an hic superioris Ser. Cornelij fuerit frater, an eius filius, & frater eius, qui anno CCCXCII. fuit Mag. Eq. quod magis probandum est. Veturia Crassi, & Cicurini cognomina adiecimus, quæ eius familiæ propria sunt. M. Valerius Coruus natus est. ¶ Anno sequenti vrbis CCCLXXXIIII in plerisque Liuij codicibus, vt apud Diodorum, legitur T. Quinctius: in quibusdam vero L. Quinctius, si Titus, vide an ille sit, qui anno CCCLXVIII. fuit Mag. Eq. alter ab eo, qui eodem anno fuit Tribunus militum: quia in A. C. huic non adijcitur II. Nobis tamen magis placet, vt Lucium legamus.

385 M. Furius Dict. IIII. lineæ quæ in marmore hunc, & Capitolinum claudunt, innuunt, hoc anno propter longum contentionem ferendarum legum, & creandi alterum Consulem ex plebe, ipsos Dictatores sine Tribunis militum Reip. præfuisse. & quanquam in marmore de hoc non fit mentio, tamen ex numero annorum, qui habentur in Triumphis, hunc annum inseri oportere deprehendimus: alioquin hoc in loco, & à triumpho M. Geganij acto anno CCCX, ad M. Fabij Ambusti triumphum, quem egit anno eiusdem vrbis CCCXCIII, vnus annus nobis deerit. Est præterea & illa ratio. quod Ap. Claudius ait Licinium, & Sextium iam nouem annis regnare, qui, hoc amissa, octo tantum inueniuntur. OB. EDICTVM. IN. MILITES. Cum Camillus in ea altercatione, quæ erat de lege ferenda, vt alter Cos. ex Plebe fieret, Tribunis Plebis aduersaretur, addensq; minas dixisset, si pergerent sacramento omneis iuniores adacturum, apparet ipsos Tribunos maiori ira incensos edixisse militibus, ne Camillo nomina darent, & ne ex eo certamine Resp. quid detrimenti caperet, Senatum iussisse Camillum se abdicare. Plut. tradit simulata corporis mala valitudine se abdicauisse: quod est verisimilius, ne coactus id fecisse videretur. Præsertim quod ipsi Tribuni tulerunt ad Plebem, idq; Plebs sciuit, vt si M. Furius pro Dictatore quid egisset, quingenum millium æris ei multa esset. Liuius, etsi super hac re est anceps, contrariam tamen sequitur opinionem, videlicet quod vitio creatus se abdicauerit. Alioquin, inquit, quid attinebat P. Manlium Dictatorem creari ad certamen, quo M. Furius victus esset. Præterea cum insequens annus habuerit eundem Furium Dictatorem, non fieri verisimile, fractum priore anno in se imperium, repetiuisse. ponit deinde quasdam alias suæ opinionis rationes. quibus omissis, his duabus tantum respondemus: dicimusq; ad corroborandum quod intendit, illam inanem esse, quia Manlius non ad certamen, sed (vt Annales Consulum testantur) sedandæ seditionis, & rei gerundæ caussa Dictator erat creatus. hanc vera falsam, propterea quod Furius non anno sequenti, sed secundo post fuit Dictator, vt ostendit virgula quæ in marmore ipsum Dictatorem V ab vltimis Tribunis militum separat. C. Licinius Mag. Eq. qui ine

quit Liuius, Tribunus militum fuerat. hoc addit Liuius ne, vt Plut. intelligas de seditionis auctore, qui leges promulgauerat, sed de eo, quem seditionis auctorẽ nos in annum CCCLXVI *inseruimus. Nam cum esset hoc anno* TR.PL. *non potuit secundum legem eodem tempore duobus magistratibus fungi.* Decemuiri *sacrorum quinque ex Patribus, totidemq; è Plebe creati cum antea duo patritij solum crearentur.* ¶ *Anno sequenti Vrbis* CCCLXXXVI *legendum* P.Manlius Capitolinus, *cui adijcitur* II *quia is est, qui anno* CCCLXXIIII *fuit Tribunus militum.* ¶ M. Furius Dict. V. *Bellatum cum Gallis circa Anienem.* T. Manlius *Gallum cæsum torque spoliauit, auctore Claudio: Pluribus tamen auctoribus decem haud minus post annos eam pugnam factam Liuius arbitratur, Plut. scribit Camillum Dictatorem V. octuagesimum ferè annum attigisse, eamq; pugnam factam anno decimo tertio post Vrbem captam. vbi legendum est tertio, & vicesimo.* T. Quinctius Pennus, Cincinnatus, Capitolinus, *sic legendum. Vide an sit nepos eius, qui anno* CCCXXXIII *fuit* TR. Mil. L. Sextius. *licet in marmore præponatur titulus de Consulibus primum creatis, tamen Sextio apponitur,* PRIMVS. DE. PLEBE, *ne de Aemilio intelligas. hic Sextius quatuor habuit nomina. ex quo constat falsam esse interpretationem illorum, qui apud Iuuenalem exponunt, tanquam habeas tria nomina, hoc est, tanquam sis nobilis. Nam multi nobiles duo tantum habuere nomina, vt aliqui plebei tria. Ideo locum Iuuenalis ita interpretandum censemus. tanquam ex aliquo præclaro facinore tertium nomen, quod cognomen dicitur, adeptus fueris.* Cens. ✶ ✶ ✶ Postumius, C. Sulpicius. *cum alibi in* A. C. *adijciatur cur Censores Lustrum non fecerint; scilicet quod vitio essent creati, abdicarunt, vel alter alterius morte, hic tamen id omissum est. nec dubium est, quin hi fuerint Censores cum ex more versu continuo inscripti sint. Liuius tradit alterum mortuum esse, vbi de Postumio intelligendum. Nam Peticum deinde Cos. fuisse testantur* A. C. *Postumij prænomen Lucius ne sit, an Aulus, incertum est, hic in* A. C. *cognominatur Regillensis Albinus. qui vero anno* CCCLI *fuit Censor.* Albinus Regillensis, & SP. Postumius Cos. *anno* CCLXXXVII Albus, Regillensis. *hanc varietatem differentiæ caussa factam esse existimandum est. & ab Albo Albinum deductum.*

CCCXC L.AIMILIVS. MAMERCINVS.II CN. GENVCIVS. M.F.M.N.AVENTINENSIS
L.MANLIVS.A.F.A.N. CAPITOLIN.IMPERIOSSVS DICT CLAVI.FIG.CAVSSA
L.PINARIVS NATTA MAG.EQ
CENS.M.FABIVS.K.F.M.N.AMBVTVS.L.FVRIVS.SP.F.L.NEPOSMEDVLLINVS.L.F.XX
Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N. AHALA.II L.GENVCIVS.M.F.CN.N. AVENTINENS.II
AP.CLAVDIVS.P.F.AP.N.CRASSVS=IN.REGILLENSIS.DICT REI.GERVNDAE.CAVSSA
====MVCIVS SCAEVVLA MAG.EQ
C.LICINIVS STOLO C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS.II
T.QVINCTIVS.PENNVS.CAPITOLINVS.CRISPINVS DICT REI. GERVND.CAVSSA
SER.CORNELIVS===M.N.MALVGINENSIS MAG.EQ
M.FABIVS.N.F.M.N. AMBVSTVS C.POETELIVS.C.F.Q.N. LIBO. VISOLVS
Q. SERVILIVS.Q.F.Q.N. AHALA DICT REI.GERVND.CAVSSA
T.QVINCTIVS.PENNVS.CAPITOLIN.CRISPINVS MAG.EQ
M.POPILLIVS.M.F.C.N. LAENAS CN.MANLIVS.L.F.A.N.CAPITOLIN.IMPERIOSS.
C.FABIVS AMBVSTVS C.PLAVTIVS.P.F.P.N. PROCVLVS
C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS DICT REI.GERVND.CAVSSA
M.VALERIVS. POPLICOLA MAG.EQ
C.MARCIVS.L.F.C.N. RVTILVS CN.MANLIVS.L.F.A.N.CAPITOL.IMPERIOSS.II
M.FABIVS.N.F.M.N. AMBVSTVS.II M.POPILLIVS.M.F.C.N. LAENAS.II
C.MARCIVS.L.F.C.N.RVTILVS.PRIMVS.E.PLEBE DICT REI. GERVND.CAVSSA
C.PLAVTIVS.P.F.P.N. PROCVLVS MAG.EQ
C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS.III M.VALERIVS. POPLICOLA
M.FABIVS.N.F.M.N. AMBVSTVS.III T. QVINCTIVS.PENN.CAPITOLIN.CRISPIN

390 L. Manlius imperiosus Dict. Liuius tradit huic acerbitate in delectu, quâque filium eius, tanquam in ergastulum, relegauerat, imperiosi cognomen inditum esse. quod cognomen quidam dicunt, tanquam sui oblitum postea eidem filio itidem attribuisse, qui filium securi percusserit. at Liuius patrem solum Imperiossum vocat, quod cognomen iure hæreditario in ipsum filium transiuit. Nam is, qui in puniendo modum excedit, dicitur durus, & asper, vt Titus. qui vero iubendo & imperando, vt Lucius eius pater, etiam imperiosus. Igitur non ob filium occisum vocat ipsum Titum Imperiossum. hic Manlius etsi non fuit Vribunus militum, neque Cos. tamen quia res erat parui momenti, hoc est claui figendi caussa, Dictator creatus est. Clauus annalis, inquit Sex. Pom. appellatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per singulos annos. De quo vide Liuium VII. Gens. L. Furius. Cum ex multis Lucij prænominibus nomina Furiorum inextricabilia videantur, ordinem annorum secuti ea subiecimus, vt diligenti lectori veritatem facilius inuestigandi occasionem præberemus.

227	SP. Furius	FVSVS	COS.
279	L. Furius	Fusus	Cos.
281	P. Furius	Fusus	Cos.
289	SP. Furius	Fusus, Medullin.	Cos.
307	Agrippa Furius	Fusus	Cos.
321	L. Furius	Medullinus	Tr. Mil
328	L. Furius	Medullinus II	Tr. Mil
333	L. Furius	MEDVLLINVS III	Tr. MIL.
340	L. Furius	Medullinus	Cos.
344	L. Furius, L. F. SP. N.	MEDVLLINVS II	TR. MIL.

346	L. Furius.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS		TR.MIL
348	L. FVRIVS.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS	II	TR.MIL.
353	SP.FurIVS.L.F.SP.N,	MEDVLLINVS		TR.MIL.
355	L. Furius.L.F.SP.N.	MEDVLLINVS.	III	TR.MIL
356	L. Furius.L.F.SP.N.	Medullinus	IV	TR.MIL.
358	L. Furius.L.F.SP.N.	Medullinus	V	TR.MIL.
359	L. Furius.L.F.SP N.	Medullinus	VI	TR MIL.
362	L. Furius.L.F.SP.N.	Medullinus	VII	Tr.Mil.
372	L. Furius.SP.F.L.N.	Medullinus		Tr. Mil
375	SP.Furius.SP.F.L.N	Medullinus		TR.Mil.
382	L. Furius SP.F.L.N,	Medullinus	II	Tr. Mil
390	L. FVRIVS.SP.F.L.NEPOS.MEDVLLINVS.			CENS.

In Liuij codicibus cognomen Fusus vbique desideratur, puto omissum ab ijs, qui non intellexerunt verba illa, Furios Fusios, existimantes Fusum cognomen, quod sequebatur, superabundare. Habetur autem, vt dixi, in A.C. *anno* CCLXXII. *& in altero* C. V. *anno* CCLXXXIX. *Primi quinque Furij prænomine discernuntur. quorum fuerint filij nobis non constat. sicut & Lucij, qui sequitur* III. *Tribunus militum. Ei vero qui anno* CCCXLIIII. *fuit Tribunus militum in eisdem annalibus adiectum est* II, *& tamen quando primum fuerit non inuenitur. quamobrem vide an sit fabrile erratum, vel superflue additum, vel legendum sit* IV. *vt sit de quo modo diximus. vel in prænomine aliquid sit mendum. Natta cognomen habetur apud Cic.* IIII. *ad Att. L. Furius Cens. is est, qui anno* CCCLXXIII. *fuit Tr. mil.*

391 Ap. Claudius CRASSIN. REGILLENSIS. Dict. *in* A.C. *perperam inscribitur* CRASSVS IN. REGILLENSIS. *ibiq; nomen Magistri equitum desideratur, sicut apud Liuium. Nam post Seruilius dicit, verba, quæ sequuntur, non videntur recte conuenire. In marmore quædam literæ cernuntur hoc modo* SCA-V-LA *tantumq; spatij occupant, quantum cognomen* SCAEVVLA, *quod habetur in eisdem annalibus anno* DLXXIIX. *Qui autem edit, in fragmentu marmoris extare* -SCVS *vltimam syllabam Prisci cognominis Seruiliorum, cum ipse locum nun viderit, in errorem temerè lapsus est. quia nuu in fine dictionis, vt ipse ait, sed in principio apparet* SC. *& in fine* A. *Insuper ex mensura deprehendimus literas illas vetustate corrosas maius spatium occupare quàm* PRISCVS, *aut* SCIPIO, *vt quidam alter edit.* ¶ M. *Curtius se deuouit, Varr. tamen C. Aelium & Q. Lutatium citat auctores, qui tradant anno* CCCVIII *se deuouisse. Liuius id bis contigisse tradit: illumq; Sabinum, hunc vero Romanum fuisse. idem commemorat L. Genucium in insidias præcipitatum, ob hostibus fuisse occisum. De qua morte in eisdem annalibus non fit mentio.*

392 C. SVLPICIVS, *non* L. *Sulpicius, vt in codicibus Liuij, etiam Vaticanis,* PETICVS, *non Bæticus, vt apud Valerium* II. *cap.* 1. *qui Licinium Stolonem vocat, conueniq; cum* A.C. *in quibus inter alias literas corrosas apparet* O, *quam literam Caluus non admittit, maiusq; occupat spatium, quàm literæ illæ. ex quo conijcimus non eum esse Caluum, qui superius fuit Cos. præsertim quod apud Diodorum & Cassiodorum, neque in marmore, cum locus non deesset, nun adijcitur* II. *Quare videndum an ille sit, qui anno* CCCLXXXV *fuit Mag. Eq. cognomento Stolo. Liuius vero contra, hunc Caluum, illum alterum anno* CCCLXXVI. *&* CCCLXXXIII *item* CCCLXXXIX. *Stolonem vocat, quo anno in eisdem annalibus Caluus cognominatur. an vterque vtroque cognomine vteretur, dubium videri potest. Crediderim autem hunc Mag. Eq. patruelem esse superioris C. Licinij, amboisq; nepotes P. Licinij, qui anno* CCCLIII *primus è Plebe fuit* TR.MIL. T. *quinctius* PENNVS, *non Barbatus. In vtroque* C. V. *habetur Pennus. & sic legendum opinor, quod Barbatus nunquam præcedit alia cognomina. Præterea cum Cincinatorum familia tulerit etiam cognomen Capitolini, vt habetur in* A. C. *anno* CCCLXXXVII, *cur Capitolini Penni ferre non potuit. Recte igitur Liuius, perperam vero illi, qui Barbatum substituunt, & ex sola litera S, quæ superest in marmore, eum non Pennum, significare temere indicantes, putant Capitolina monimenta ab ipso Liuio discrepare. Sed cum velint T. Quinctium, qui sequitur, eundem esse, cur non item ei cognomen Barbatum adijciunt? quanquàm non sit verisimile ex Dictatore, deinde Mag. Equitum creatum. Licinius Macer tradit, Dictatorem creatum Comitiorum habendorum caussa: Iidem annales, & Liuius Rei gerundæ caussa creatum esse volunt. Idem pugnam Torquati, quam supra decem haud minus post annos factam tradidit, hic commemorat. verum ab eo anno ad hunc sex anni tantum intercessere. Appianus postquam narrauit Celtas à Camillo bis deuictos, subdit. Tertio deinde Celtarum copiæ Italiam ingressæ sunt. quas Romani sub Quinto (lege* QVINCTIO *vt sit nomen gentilicium) deleuere penitus.*

394 M. POPILLIVS. *huius cognominis originem tradit Cic. in Bruto his verbis*, M. *Popillius cùm Cos. esset, eodemq́ue tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemq́ue tum auctoritate, tum oratione sedauit. hic igitur sibi, & posteris Lænati cognomen peperisse, dicitur.* ¶ *Anno sequenti Vrbis* CCCXCV. *quidam putat Lustrum esse factam, &* M. *Fabium Ambustum Censorem fuisse, conlegam se ignorare dicit. sed neque de Fabio auctorem habet.*

398 C. *Sulpicius. Duo, inquit Liuius, Patricij Coss. creati sunt,* C. *Sulpicius* III, M. *Valerius Poplicola, eodemq́ue die magistratum inierunt, quadringentesimo anno, quàm vrbs Romana condita erat, quinto & trigesimo quàm à Gallis recepta. ablato post nonum annum à Plebe consulatu. Quæ supputatio ab Vrbe recepta vera est, sed ab eadem condita à nostra discrepat. Est enim quadrigensesimus Vrbis annus eodem Sulpicio* IIII, *& Valerio* II *Coss. & ab Vrbe recepta* XIX, *ac* XI *post consulatum à plebe ablatum. Ex annis omissis quibus fuere Dictatores sine Coss. Liuius in hunc errorem lapsus est.*

CD C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS.VI M.VALERIVS POPLICOLA.II
T.MANLIVS.L.F.A.N. IMPERIOSS. TORQVAT. DICT REI.GERVND.CAVSSA
A.CORNELIVS.P.F.A.N. COSSVS.ARVINA. MAG.EQ
P.VALERIVS POPLICOLA C.MARCIVS.L.F.C.N. RVTILVS.II
C.IVLIVS IVLVS DICT REI.GERVND.CAVSSA
L.AIMILIVS.L.F.L.N. MAMERCINVS MAG.EQ
QVI.POSTEA.PRIVERNAS.APPELLATVS.EST
C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS T.QVINCTIVS.PENN.CINCINNAT.CAPITOL
M.FABIVS.N.F.M.N. AMBVSTVS DICT SEDITIONIS.SEDAND.C.
Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N. AHALA MAG.EQ
CENS.CN.MANLIVS L.F.A.N.CAPITOLIN.IMPERIOSS. C.MARCIVS.L.F.C.N. RVTIL
PRIMVS.E.PLEBE.L.F.XXI
M.POPILLIVS.M.F.C.N. LAENAS.III L.CORNELIVS SCIPIO
L.FVRIVS.M.F.L.N. CAMILLVS DICT COMIT.HABEND.CAVSS
P.CORNELIVS. SCIPIO MAG.EQ
L.FVRIVS.M.F.L.N. CAMILLVS P.CLAVDIVS.P.F.AP.N.CRASSIN. REGILL
T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSS.TORQVATVS.II DICT IN.MAG.OBIIT.
A.CORNELIVS.P.F.A.N. COSSVS.ARVINA.II MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVSS
M.POPILLIVS.M.F.C.N. LAENAS.IIII. M.VALERIVS.M.F.M.N. CORVVS
M.AIMILIVS.Q.F.L.N. BARBVLA DICT COMIT.HABEND.CAVSSA
: : : : : : : : : : : : MAG.EQ
C.PLAVTIVS HYPSEVS T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSS. TORQVAT
M.VALERIVS.M.F.M.N. CORVVS.II C.POETELIVS.C.F.C.N. LIBO.VISOLVS
CENS . . . . L.F.XXII
LVDI.SAECVLARES.SECVNDI
M.FABIVS. DORSO SER.SVLPICIVS CAMERINVS
L.FVRIVS.M.F.L.N. CAMILLVS.II DICT REI.GERVND.CAVSSA
CN.MANLIVS. L.F.A.N.CAPITOLIN. IMPERIOSS. MAG.EQ
C.MARCIVS.L.F..C.N. RVTILVS.III T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSS.TORQVAT.II
P.VALERIVS. POPLICOLA DICT LATINAR.FER.CAVSSA
Q.FABIVS AMBVSTVS MAG.EQ

402 T. Quinctius Pennus. Quidam, inquit Liuius, Cæsonem, alij Caium cognomen Quinctio adijciunt. Tu lege PRAENOMEN. In vtroque C.V. habetur L. Quinctius, non recte puto. hic T. Quinctius is est, vt reor, qui anno CCCLXXXVII fuit Mag. Eq. Idem Liuius Fabio Dictatori, cognomen non addidit, quia de eo superius meminerat. Qui de Censoribus huius anni ita inquit. Nec variatum comitijs est, quin cum Cn. Manlio Censor Marcius crearetur. ¶ Qui anno sequenti Scipioni adijcit II errat, ob eam rationem, quam diximus anno CCCXCI.

404 P. CLAVDIVS, vt est apud Cic. in Catone, non Ap. Claudius, vt apud Liuium, neque Cl. Appius, ut apud Gellium IX. cap. xi. Qui scribit hoc anno vrbis, vt ait CDV, Valeriu Maximo Coruini nomen inditum esse In A. C extat fragmentum huiusmodi, OBIIT. DICT. sed hoc verbum, obijt, non ad Dictatorem, sed ad Claudium est referendum. Forte id omiserat faber, eumq; locum è regione Dict. inane animaduertisset, ibi addidit, IN. MAG. OBIIT, non ex more, IN. MAG. MORTVVS. EST, quia locus ille tot literarum non erat capax. Initium autem versus à L. Furio faciendum est, non vt quidam, à Claudio, vt DCIT. suum locum obtineat.

405 Dictator, inquit Liuius, M. Valerium Coruinum (id enim illi deinde cognomen fuit) summo fauore populi treis & viginti natum annos Cunsulem renunciunt. Adulescentis ætatem adijecisse videtur, quasi nouum esset exemplum. hic Valerius in A. C. & in C.V. Coruus cognominatur. Hoc anno in eisdem annalibus Dictatoris numen desideratur, vt apud Liuium, quem M. Aimilium Barbulam fuisse censemus. idq; titulus in foro Romano repertus huiusmodi testatur. M.AIMILIVS.Q.F.L.N.DICTATOR. Neque in alium locum rectius restitui posse videtur, ni potius inserere velis in aliquem annum illorum, qui sequuntur post annum CDLX. Sunt qui hoc anno C.Claudium Dict. & C.Liuium Dentrem Mag. Eq. restituant: sed inani coniectura. Errant etiam qui huius Barbulæ patrem Marcum vocant, & auum quintum. Est enim frater germanus Q. Barbulæ Consulis anno CDXXXVI.

406 C. Plautius PROCVLVS, non Venox. Nam cum apud Liuium adiectum sit secundum, satis constat, nun de Venoce, de quo hactenus non fuit mentio, sed de Proculo intelligendum esse. idq; etiam conijcimus, quòd post fragmentum RIOSS. TORQVAT, non relictus est locus, vt adijceretur, QVI. POSTEA. VENOX. APPELLATVS.EST. A quibusdam hic Plautius C.F.C.N, Hypsæus appellatur. ut idem sit, cui Liuius in principio libri octaui apponit II. vbi si de Proculo, vt est in C.V. intelligis, hic tollendum est II, aut illic addendum III, si de Hypsæo II. tantum. hoc cognomen in familia Plautiorum fuisse scimus, sed quo tempore primum eo vsu sit, nescimus. Quidam anno CDXXV. C. Plautius legit, & de Censore intelligit, qui prius fuerit Cos. quàm Cens. Sed nulla ratione, verum proprio iudicio tantum, mutare Publium in Caium, imperiti hominis esse mihi videtur. præsertim quòd Ap. Cæcus, vt eius conlega, potuit prius obijsse censuram, quàm consulatum, quod quibusdam alijs contigisse tradit Liuius. ¶ Anno sequenti lege, C. POETELIVS, non C. Petilius, vt apud Liuium. Censum actum arbitramur, quod is erat legitimus annus condendi Lustrum. verisimile etiam est post ludos sæculares id factum esse, non tamen pro firmato id habemus: Censores à quodam hi traduntur. M. Fabius Ambustus, M. Popilius Laenas; sed auctorem quæro, non coniecturas.

408 M. Fabius DORSO, vt apud Patereulum, non Dorsuo, vt apud Liuium, neque Dorsus, vt in vtroque C. V. Cn. Manlius Mag. Eq. filius eius fuit, quem Dictatorem anno CCCXC fuisse dictum est. Nonnulli eundem esse volunt, sed verisimile non est eum, qui bis Cos. Dict. & Cens. fuerat, hoc anno L. Furio fuisse subiectum. Aedes Iunonis Monetæ à Camillo uota. locus deinde in arce destinatus, quæ area ædium M. Manlij Capitolini fuerat. ¶ Anno sequenti Poplicola creatus est Dictatur Latinarum feriarum caussa: quæ in monte Albano fiebant, & erant conceptiuæ, vt ait Macrob. de quibus vide Liuium, & Plut. in Camilli uita, item Varronem.

BELLVM SAMNITICVM

CDX M.VALERIVS.M.F.M.N. CORVVS.II A.CORNELIVS.P.F.A.N.COSSVS.ARVINA
Q.SERVILIVS.Q.F.Q.N. AHALA C.MARCIVS.L.F.C.N. RVTILVS.IIII
M.VALERIVS.M.F.M.N. CORVVS DICT
L.AIMILIVS.L.F.L.N.MAMERCINVS II MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA
C.PLAVTIVS HYPSAEVS II L.AIMILIVS.L.F.L.N MAMERCINVS
T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSS.TORQVAT.III P.DECIVS.Q.F. MVS.QVI.SE.DEVOVIT
L.PAPIRIVS.L.F.M.N.CRASSVS.QVI.IDEM.PR.ERAT. DICT
L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA
Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N PHILO TI.AIMILIVS MAMERCINVS
Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N. PHILO DICT
D.IVNIVS. BRVTVS.SCAEVA MAG.EQ REI. GERVND.CAVSSA
L.FVRIVS.SP.F.M.N. CAMILLVS C.MAINIVS.P.F.P NEPOS
C.SVLPICIVS.SER.F.Q.N. LONGVS P.AILIVS. PAITVS
C.CLAVDIVS. CRASSIN.IN. REGILL DICT
C.CLAVDIVS HORTATOR MAG.EQ REI.GERVD.CAVSSA
VITIO.CREATI.ABDICARVNT
L.PAPIRIVS.L.F.M.N. CRASSVS K.DVILIVS
M.VALERIVS.M.F.M.N CORVVS.IV M.ATILIVS.M.F. REGVLVS
L.AIMILIVS.L.F.L.N. MAMERCINVS DICT
Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N. PHILO MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVS
T.VETVRIVS CALVINVS SP.POSTVMIVS ALBINVS
P.CORNELIVS RVFINVS DICT
M.ANTONIVS MAG.EQ REI.GERVND. CAVS
VITIO.CREATI.ABDICARVNT

411 Q. Seruilius, is est, qui anno CDII. fuit Mag. Eq. filius eius, qui bis Cos. fuit. L. Aimilius Mag.Eq. is videtur, qui anno CDI fuit Mag. Eq. primum, ideo hic adyciendum II. Cautum ne quis eundem magistratum intra decem annos capere posset, nè ue duos magistratus vno anno ageret. vtique liceret Consules ambos plebeios creari.

413 T. Manlius, P. Decius horam meminit Valerius primo, Plin. XXII. & Cornelius Nepos de illustribus viris. Manlius filium victorem, quod contra suum edictum extra ordinem pugnauisset. secari percussit. Decius Mus se deuouit. de quo Cic. primo de Diuinatione sic meminit. At vero P. Decius ille Q. F. qui primus è Decijs Consul fuit, cum esset Tribunus militum M. Valerio, & A. Cornelio Coss. à Samnitibusq; premeretur noster exercitus, incolumis exercitum obsidione liberauit. post triennium autem cum Cos esset, deuouit se, atque in aciem Latinorum irrupit armatus. ¶ Anno sequenti Philo à conlega circa finem sui consulatus Dictator est dictus, vide Liuium. Eius triumphus in marmore descriptus est.

415 L. Furius, hic videtur nepos eius, qui ex Vrbe Gallos expulit, natus ex SP Camillo fratre eius, qui anno CDVIII fuit Dict.II. C.MAENIVS, ita in eius triumpho, alibi vero MAINIVS inscribitur. hæc familia cognomen non habuit. Plin. XXXIIII. cap.V. tradit hunc esse annum Vrbis CDXVI. Statuæ equestres virtutis caussa ambobus Coss. in foro positæ. Ex rostris nauium Antiatium Rostra in eodem foro adornantur. Veliterni iussi trans Tiberim habitare. ¶ C. Sulpicius, qui sequitur anno CDXXXXIX. Cos. III. in marmore descriptus est.

417 L. Papirius, K. Duilius. horum Cic. ad Paetum sic meminit. L. Papirius Crassus quadriennio postquam

Dict. fait, Cos. factus est cum K. Duilio, & prius Papisinm, deinde Papirium nominatum tradit. hic postea fuit Censor.

419 T. Vetarius, SP. Postamius, Albiaus. *hoc eognomento appellatur à Plat. in parallelis. horum Consulum meminit Nepos de illustribus viris, & Paterculas.* ¶ *Nomina Coss. anni sequeatis, Vrbis CDXX, apud Liuiam desunt. qaod ex serie triumphorum manifeste apparet. Nam cum triumphus M. Valerij Corui Cos. IIII. actus sit anao CDXVIII, & Aemilij Cos. II. anno CDXXIIII, atque ab illo ad hunc annum quinque intessint, plaaè intelligimus aanum desiderari. qui sine Coss. ne faerit, ex verbis Liuij iudicabit lector. Pestilentiæ eaussa id eonsigisse non opinamar. quia cum aliàs sæpe Vrbem vexaret, non obstitit, quia Coss. erearentur. quinimmo vt ægrotus medico, ita Resp. eo tempore maxime Consulibus indigere videtur, quorum eura ad pristinam sanitatem citius reuocari possit. Præterea, si, vt inquit, res ad interregnum redyt, opportait deinde Coss. creatos esse, nisi velis, quod verisimile non est, Interreges in insequentem annum comitia reiecisse. qui coniecturas sequuntur, Coss. edunt C. Cornelium Cethegum, & Q. Flaminium, ea ratione q Plinius XIX. cap. vij. de his meminit, qui alibi locum habere non possunt. Sed cum horum familia his temporibus non floruerit, & ad annos centum & amplius, non sit mentio, haac opinionem neque refellere, neqae probare possum.*

CDXX . . . .

A.CORNELIVS.P.F.A.N.COSSVS.ARVINA.II — CN.DOMITIVS. — CALVINVS

M.PAPIRIVS.L.F.M.N — CRASSVS — DICT — REI.GERVND.CAVSSA

P.VALERIVS — POPLICOLA — MAG.EQ

CENS.Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N. — PHILO. SP.POSTVMIVS — ALBINVS.L.F.XXIII

M.CLAVDIVS — MARCELLVS — C.VALERIVS. — FLACCVS

CN.QVINCTILIVS. — VARVS — DICT — CLAVI.FIG.CAVSSA

L.VALERIVS. — FLACCVS — MAG.EQ

L.PAPIRIVS.L.F.M.N. — CRASSVS.II — L.PLAVTIVS. — VENNO

L.AIMILIVS.L.F.L.N. — MAMERCINVS.II — C.PLAVTIVS.P.F.P.N. — DECIANVS

P.PLAVTIVS. — PROCVLVS — P.CORNELIVS — SCAPVLA

L.CORNELIVS — LENTVLVS — Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N. — PHILO.II

M.CLAVDIVS. — MARCELLVS — DICT — COMIT.HABEND.CAVS

SP.POSTVMIVS — ALBINVS — MAG.EQ

VITIO.FACTI.ABDICARVNT

C.POETELIVS.C.F.C.N. — LIBO.VISOLVS.II — L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. — CVRSOR

L.FVRIVS.SP.F.M.N. — CAMILLVS.II — D.IVNIVS. — BRVTVS. SCAEVA

L.PAPIRIV.SP.F.M.N. — CVRSOR — DICT. — R.G.C.

Q.FABIVS.M.F.N.N.MAX.RVLLIAN. A. DICT.COACT.ABD.IN.E.L.F.E.MAG.EQ

L.PAIRIVS.L.F.L.N. — CRASSVS — MAG.EQ

HOC.ANNO.DICTATOR.ET.MAGISTER.EQ.SINE.COSS.FVERVNT

421 A.Cornelius, *vt est apud Diodorum, Cassiodoram, & in vtroque Codice Vaticano, aon, vt in alijs Liuij codicibas,* L. Cornelius. *Is est, qui fuit Cos. primum anno* CDX. CN. DOMITIVS. *noa C. Domitius, hic fuit eius filius. Nam idem Liuius X. C. Domitium Cnei filium vocat. Crassus Dict. frater est, vt opinor, L. Crassi Consulis anao* CDXVII. *Et Valerius Mag. Eq. filius eius, qui anno* CDIX. *fuit Dict. non idem. Censores censum egere. Cam ab hoc lustro ad XXV. intersint anni XIII, vnum tamen tantum nobis deest, cuius annus, & Censores, qai fuerunt, non reperitur. Lustri mentio habetur in titulo vetustissimo, quem ex exemplari descripto subieci.*

SABINAE
AVGVST

MAGISTRI.QVINQVENNALES
COLLEGI.FABRVM.TIGNAR.LVST.XXIII

Q.NVMISIVS	MARITIMVS
M.VALERIVS	FELIX
A.LARCIVS	CARVS
T.FLAVIVS	ONESIMVS
L.NAEVIVS.L.F.PAL.	PHILIPPVS
Q.HORTENSIVS	TYRANNVS
Q.LOLLIVS	HERMA

IN.MAGISTERIO.DEFVNCTVS

422 C. VALERIVS, *vt Diodorus, & Cassiodorus tradit, non, vt quidam, L. Valerius. neque T. Valerius, vt est in vtroque C. V. Liuij, qui de cognomine huius Valerij sic inquit. Flaccum, Potitumq; varie in annalibus cognomen Consulis inuenio. quibus verbis significare videtur, in annalibus vetustioribus Potitum, in posterioribus vero Flaccum appellatum esse, quo nunc acquisito vsus sit, priore relicto. Neque enim est, vt differentiæ caussa, vtroque vteretur. In Orusio habetur Flaccus. Cn. quinctilius, in altero C.V. est M.Quinctilius Qui Valerium Mag. Eq. putant eundem esse, qui est Cos. & vtrobique L. Valerium edunt, non recte sentiunt, quia is duobus magistratibus fungi inueniretur, contra legem latam anno CDXI. ¶ Sequenti anno legendum, L. Plautius Venno, pater est eius, qui anno CDXXXV fuit Cos. Hoc anno Carceres in Circu primum statuti sunt.*

427 C. POETELIVS .II. *non III, filius enim est eius, qui anno CCCXCIII. fuit Cos. non idem, idq; ex eo conijcimus, quod in A.C. anno CDVII ei non apponitur II. et quod anno CDXLI, quo fuit Dictator, C.F.C.N. dicitur. ille veru C.F. Q.N. L. Papirius. Mugillanus. in alijs annalibus, inquit Liuius, Cursorem inuenio. quam opinionem veram esse ex eisdem annalibus intelligimus, in quibus Cursori Consuli anno CDXXXVIII adijcitur IIII. quod nisi ab hoc initium feceris, ibi III inuenies.*

428 D Iunius. *Quidam Decimi prænomine appellatum tradunt eum, qui decimo loco natus esset. Sed cum in A.C. hactenus de ipso non sit mentio, deincepsq; in Iuniorum, & semel in Læliorum familia tantum inueniatur, secundum horum opinionem appares (quod dictu est obsurdum) neminem antea decimu loco genitum esse, & postea non in alijs, quàm in his duabus familijs. Sed de hoc, atque alijs prænominibus intelligendum est, eos, qui à principio ea imposuere, casu imposuisse, vt qui luce natus esset, is Lucius diceretur, & qui quinto loco quintus, posteros vero non omnino euentum rerum secutus pro arbitriu, & differentiæ caussa, etiam nocturno tempore natum, Lucium appellauisse. Id ostendit Suet. cum ait, familiam Domitiorum Ahenobarborum nullo alio prænomine vsam, quàm Cnei, & Lucij, cum tamen non omnes insigni generatione, aut luce nati essent.*

429 Ab *anno* CDXXIIII *ad annum* CDXXX *ex numero triumphorum conijcimus vnius anni Coss. deesse, aut certe L. Papirium Cursorem fuisse Dictatorem sine Coss. Qui autem edunt eum bis Dictatorem scilicet anno superiori cum Consulibus, & hoc sine illis, errant. quia in eius triumphu non adijcitur II, neque in A. C. anno CDXLIIII eidem Dictatori III, vt par fuerat, sed iterum. Eademq; est ratio, quam de Camillu diximus. Q.Fabius Max. Rullianus filius fuit Marci, qui ter Cos. & Dictator fuit, cognomento Ambustus. Cognomen igitur Maximi, ab hoc Fabiu primum acquisitum videtur, quod & Plut. testatur, qui tradit ob eius splendorem, & magnitudinem Maximum appellatum. Rulliani meminit Val. tertio cap. II. & II. cap. iij. quidam volunt L. Papirium Mag. Eq. eum esse, qui bis Cos. & Dictator fuit. Crediderim potius hunc illius esse filium, & eundem qui anno quarto post fuit Mag. Eq. II. nisi velis vnum L. Papirij, alterum veru M. Papirij esse filium. sed iudicet lector. ¶ Anno sequenti Vrbis CDXXX. legendum est, Q. Aulius Q.F.M.N. non Q.N. vt quidam tradunt. citantq; ad id probandum tabulas Capitolinas, sed perperam, ut anno CDXXXVIII, vbi Mag. Eq. descriptus est, ostendam. Aduerte etiam eos improprie appellare Tabulas Capitolinas, Sunt enim magistratus illi scalpti in saxis marmoreis duorum pedum et amplius crassitudine, ne facile frangi, aut aliò transferri possent.*

C.SVL

CDXXX C.SVLPICIVS.SER.F.Q.N. LONGVS.II Q.AVLIVS.Q.F.M.N. CERRETANVS
Q.FABIVS.M.F.N.N.MAXIMVS.RVLLIANVS L.FVLVIVS.L.F.L.N. CVRVVS
A.CORNELIVS.P.F.A.N.COSSVS.ARVINA DICT
M.FABIVS.M.F.N.N. AMBVSTVS MAG.EQ LVDORVM.RO.CAVSSA
T.VETVRIVS. CALVINVS.II SP.POSTVMIVS ALBINVS.II
Q.FABIVS AMBVSTVS DICT
P.AELIVS. PAETVS MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVS
VITIO.FACTI.ABD.IN.EORVM.LOCVM.FACTI.SVNT
M.AIMILIVS. PAPVS DICT
L.VALERIVS. FLACCVS.II MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVSSA
L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR.II Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N PHILO.III
C.MAINIVS.P.F.P. NEPOS. ABDIC. DICT
M.FSOLIVS.C.F.M.N. FLACCINATOR MAG.EQ QVAESTION.EXERCEND.C
L.CORNELIVS. LENTVLVS DICT
L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA
T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSS.TORQVAT.III DICT
L.PAPIRIVS.L.F.L.N. CRASSVS.II MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVS
L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR.III Q.AVLIVS.Q.F.M.N. CERRETAN.II
CENS. . . . . ABD. . .
L.PLAVTIVS.L.F.L.N. VENNO M.FOSLIVS.C.F.M.N. FLACCINATOR
CENS.L.PAPIRIVS.L.F.M.N. CRASSVS.C.MAINIVS.P.F.P.N.LVSTRVM.FECER.XXV
Q.AIMILIVS.Q.F.L.N. BARBVLA C.IVNIVS.C.F.C.N. BVBVLCVS.BRVTVS
SP.NAVTIVS.SP.F.SP.N. RVTILVS M.POPILLIVS.M.F.M.N. LAENAS
L.AIMILIVS.L.F.L.N.MAMERC.PRIVERNAS.II DICT
L.FVLVIVS.L.F.L.N. CVRVVS MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA
L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR.IV Q.POBLILIVS.Q.F.Q.N. PHILO.IIII
Q.FABIVS.M.F.N.N.MAXIMVS.RVLLIANVS DICT
Q.AVLIVS.Q.F.M.N.CERRETAN.IN.PROELIO.OCCISVS.EST.IN.EIVS.L.F.EST.MAG.EQ R.G.C
C.FABIVS.M.F.N.N. AMBVSTVS MAG.EQ.
M.POETELIVS.M.F.M.N. LIBO C.SVLPICIVS.SER.F.Q.N. LONGVS.III
C.MAINIVS.P.F.P.N. II DICT
M.FOSLIVS.C.F.M.N. FLACCINATOR.II MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA

431 A. Cornelius Dict. *Liuius prius commemorat bellum contra Samnites ab hoc Cornelio bellatum, atque de ipsis triumphum egisse, Postea dicit se habere auctores, qui afferant id bellum à Consulibus esse confectum, & de eisdem populis triumphasse. quod verum est, vt ostendit vtriusque Consulis triumphus, non Cornelij, in marmore incisus. Quamobrem conijcimus ipsum Cornelium Dictatorem dictum, non Rei gerundæ, sed ludorum Romanorum caussa, de quibus Liuius sic loquitur. Tarquinius Priscus bellum primum cum latinis gessit, & oppidum ibi Appiolas vi cepit, prædáq; inde maiore, quàm quanta belli fama fuerat, reuecta, ludos opulentius, instructiúsq; quàm priores reges, fecit. Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est, loca diuisa patribus, equitibusq; vbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati, spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesq; ex Etruria maxime acciti, solennes deinde annui mansere ludi, Romani, Magniq; varie appellati. Quod si Tarquinius opulentius, quàm superiores reges, eos fecit, ideo non eo regnante instituti sunt, vt quidam scribunt,*

Aduertendum etiam quod si annui mansere, non eosdem esse, qui Magni & Votiui, de quibus multis in locis meminit, at libro XXVII. sic. Senatus quo die primum est habitus, ludos magnos facere Dictatorem iussit, quos M. Aemilius PR. Vrbanus C. Flaminio, Cn. Seruilio Coss. fecerat, & in quinquennium uouerat. quo verbo ab Romanis distinguere videtur, quos etiam magnos appellatos esse dicit. De quibus libro XXIII. sic meminit. Aediles Curules C. Lictorius, TI. Sempronius Gracchus Cos. designatus, qui in aedilitate Magister Eq. fuerat, Ludos Romanos fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. hi Ioui, Iunoni, & Mineruae fiebant, vt ait Cic. in Verrem.

432 T. Veturius, SP. Postumius. *horum Coss. meminit Cic. libro tertio de officijs. hi locis iniquis apud Caudium circumuallati, ac sub iugum missi turpi foedere facto discesserunt, vt auctor est Gellius XVII. sed in eo quod ait, foedere facto, dissentit à Liuio, qui sic inquit. Itaque non, vt vulgo credunt, Claudiusq; etiam scribit, foedere pax Caudina, sed per sponsionem, facta est. Idem ait Samnites per annos propè XX. à Romanis victos esse, & tamen ab initio belli Samnitici ad hos Coss. anni XXII. praeteriere. videtur igitur frustra addidisse propè, sed dicendum omisisse annos, de quibus iam dictum est. M. Aimilius Papus Dict. Quidam tollit hunc & substituit M. Aimilium Barbulum, quod etiam ego prius feceram. Sed cum vidissem in omnibus Liuij codicibus, etiam Vaticanis, legi Papus, ne temerarius viderer eum reponere optimum fore arbitratus sum. etiam quod, habita ratione temporis, huic loco magis conueniret, quàm anno CDV, in quo de ipso Barbula locuti sumus.*

433 L. Papirius. *Liuius incertum esse ait, L. ne Cornelius Dictator vltor ignominiae caudinae fuerit, an Consulis Papirij id decus sit. praeterea Cursor ne Papirius proximis comitijs continuato magistratu Consul III creatus sit, an L. Papirius Mugillanus. Sed cum in triumphorum serie ipsius Cursoris solum triumphum anno CDXXXIV de Samnitibus habeamus, cumq; in A. C. eodem anno ei Consuli III & anno CDXXXVII adiectum sit IIII, constat ipsum ignominiam Caudinam vltum, & Consulem III cum Q. Aulio II creatum esse. At cum idem Liuius vtrunque in dubium reuocet, non potest dici, quod ibi sit error, vt ipse ait, quia necesse est prius ex duobus dubijs vt alterum falsum esse ostendatur. De Maenio autem Dictatore P. Sempronius in oratione, quam contra Ap. Claudium dixit, sic meminit. Quid ego antiqua repetam? Nuper intra decem annos C. Maenius Dictator, quia cum quaestiones seuerius, quàm quibusdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio eius, quod quaerebat, ipsi crimini obiectata ab inimicis est, vt priuatus obuiam iret crimini, dictatura se abdicauit. Cum hoc anno varijs de caussis tres Dictatores creati sint, non possumus dicere, vnum alij fuisse suffectum, id etiam coniicimus, quod in marmore continuatis versibus suffecto locus non relinquitur. Maenium solum abdicasse ostendunt verba eiusdem Liuij, quae modo citauimus, qui ea, quae hoc anno circa quaestiones erant narranda, transtulit ad annum CDXXXIX, quo ipse Maenius fuit Dictator II, Rei gerundae caussa. T. autem Manlij Dictatoris non meminit, & licet in A. C. habeatur, tamen fracto marmore cuius rei caussa dictus sit, dubitatur: puto Comitiorum habendorum caussa, ex eo quod idem Liuius ait proximis comitijs Papirium Consulem iterum creatum. Eius Magistrum Eq. Crassum II, non, vt quidam edit, Papirium III fuisse opinamur. non enim verisimile est eodem anno Consulem & bis Magistrum Eq. fuisse. Cum caussa creandi tres Dict. eodem anno apud omnes esset incerta, à me omnium primo reperta, & diuulgata est. licet quidam, vt à se inuentam, eam in lucem ediderit. neque tamen caussam intellexit, cur Liuius historiam peruerterit, atque in errorem lapsus sit. ¶ Anno sequenti Vrbis CDXXXIV fuisse Cens. qui Lustrum non fecerint, ostendunt A. C. in quibus habetur Cens. qui fuerint, non potui reperire. Sunt qui edunt ipsorum alterum C. Sulpicium Longum, qui, mortuo collega in magistratu, se abdicarit. Sed quaero auctorem.*

435 L. Plautius VENNO, *non Vennox.* M. FOSLIVS. FLACCINATOR, *non M. Follius Flaccina, vt apud Liuium. qui de Censoribus ne verbum quidem facit. Cum inter hoc Lustrum, & XXIII anni XIIII interfint, interim Lustrum XXIV factum esse oportuit, sed quo anno, incertum est, tamen in medio horum quatuordecim annorum factum esse existimandum est.*

438 L. Papirius, Q. Poblilius. *hi Coss. desiderantur apud Liuium. Nam postquam commemorauit Consules L. Aemilio Dictatori legiones tradidisse, ac ab eo fusos Samnites, eosq; Plisticam circumsedisse, subdit. Anno circumacto bellum deinceps ab Dictatore Q. Fabio gestum est. Coss. noui, sicut superiores, Romae manserunt, vbi Liuius prius Dictatorem, quàm Coss. ponit. cumq; solitus sit in primis Coss. deinde Praetores, Aediles, prodigia, illorumq; procurationes, ac apparatum belli commemorare, & postmodum ad ipsos Consules reuerti, & nouos appellare, coniicimus (praeter quaedam ad Aemilij bellum spectantia) nonnulla post verbum circumsidunt, deesse, praesertim nomina Consulum. Quia si annus, quo Nautius, &*

Popilius Consules fuerant, iam erat circunactus, alios Consules creatos esse oportuit. quod si per Consules nouos ipsum Nautium & Popillium intelligis, falsum erit superiores, scilicet Aemilium, & Iunium Romæ remansisse: cum, vt ipse ait, ab his Apulia fuerit perdomita, Iuniusq; Tarento sit potitus, & Aemilius Neruulum vi ceperit. Q. AVLIVS. Q. F. A I. N. *puto aui prænomen esse Marcum, & lapidicidam ob incuriam lineam quartam ad finiendum M. deducere, oblitum esse.* C. *Fabium Magistrum Eq. fuit Dict. vt diximus, anno* CDII.

419 C. *Macnius Dict. Quæstiones, inquit Liuius, decretæ Dictatoremq; quæstionibus exercendis dici placuit,* C. *Mænus dictus, is* M. *Foslium Magistrum Equitum dixit. Sed* A. C. *ipsum arguunt, in quibus habetur* REI.GERVND. CAVSSA. *Propterea quæstionum exercendarum caussa Dictator, vt diximus, anno* CDXXXIII *creatus est, quo fuit Dictator primum. & ea quæ hic ab ipso Liuio commemorantur circa ipsas quæstiones, verbaq; ipsius Mænij, quæ ante, quàm se abdicaret, progressus in concionem fecit, omnia illuc transferrenda. Ignorasse videtur Liuius, Mænium bis Dictatorem fuisse, hocq; anno narrandum, quæ in bello gessit, non quæ circa ipsas quæstiones, parum animaduertens anno ab hinc tertio Sempronium asserere, intra decem annos Mænium Dict. quæstionum exercendarum caussa creatum esse, vbi si intelligis de hoc ipso anno, absurdum est, quæ spatio trium annorum accidere, intra decem facta dicere. quæ verba uel maxime carentem memoria, poterant monere, ne tam facile, in tam modico interuallo, in errorem laberetur.*

CDXL L.PAPIRIVS SP.F.L.N CVRSOR.V — C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS II

C.POETELIVS.C.F.C.N. LIBO.VISOLVS DICT
M.POETELIVS.M.F.M.N. LIBO MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA

M.VALERIVS.M.F.M.N. MAXIMVS — P.DECIVS.P.F.Q.N. MVS

C.SVLPICIVS.SER.F.Q.N. LONGVS DICT
C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS MAG.EQ REI.GERVND.CAVSSA

CENS.AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N.CAECVS.C.PLAVTIVS.C.F.C.N.QVI.IN.HOC.L.F.XXVI
HONORE. VENOX. APPELLATVS. EST

C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS III — Q.AIMILIVS.Q.F.L.N. BARBVLA.II

Q.FABIVS.M.F.N.N. MAXIM. RVLLIAN.II — C.MARCIVS.C.F.L.N. RVTILVS.QVI.POSTEA
CENSORINVS. APPELATVS. EST

L.PAPIRIVS.SP.F.L.N. CVRSOR.II DICT
C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS.II MAG.EQ REI. GERVND.CAVSSA

HOC.ANNO.DICTATOR.ET.MAGISTER.EQ.SINE.COS.FVERVNT

P.DECIVS.P.F.Q.N. MVS.II — Q.FABIVS.M.F.N.N.MAXIM. RVLLIAN.III

AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N. CAECVS — L.VOLVMNIVS.C.F.C.N. FLAMMA.VIOLENS

CENS.M.VALERIVS.M.F.M.N.MAXIMVS.C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLC.BRVTVS.L.F.XXVII

Q.MARCIVS.Q.F.Q.N. TREMVLVS — P.CORNELIVS.A.F.P.N. ARVINA

P.CORNELIVS. . . .N.SCIPIO.BARBATVS DICT
P.DECIVS.P.F.Q.N. MVS MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVSSA

L.POSTVMIVS.L.F.SP.N. MEGELLVS — TI.MVNVCIVS. . . .AVGVRINVS
IN. PROELIO. OCCIS. EST. IN. E.L.F.E
M.FVLVIVS.L.F.L.N.CVRVVS.PAETINVS

P.SEMPRONIVS.P.F.C.N. SOPHVS — P.SVLPICIVS.SER.F.P.N. SAVERRIO

CENS.Q.FABIVS.M.F.N.N.MAXIM.RVLLIANVS.P.DECIVS.P.F.Q.N.MVS.L.F.XXVIII

440 L. Papirius, C. Iunius, horum Coss. meminit Sex. Pom. libro XVIII. M. POETELIVS, non M. Foslius. Nam huius cognomen est Flocemator, non Libo. præterea hic Morei, ille Cai dicitur filius. & quanquam in marmore nomen deest, tamen ex prænominibus constat eundem esse, qui superiori anno fuit Cos. Videndum tamen ne is, qui magistratus in ordinem digessit, anceps de hoc Mag. Eq. Poetelij nomen abradi iusserit. Nam marmor, licet leuigatum sit, tamen sensim obrasum videtur. qui autem aiunt Dictatorem Claui figendi caussa dictum, ab A. C. dissentiunt.

441 M. Valerius, P. Decius. Frunt. scribit his Coss. aquam Appiam ab Ap. Claudio Censore in Vrbem deductam anno XXX post initium belli Sammitici, vbi, etiam extremis computatis, anni duo desunt. ait deinde huic fuisse postea Cæci cognomen, quod tamen hoc anno in A. C. ei adiectum est. Præterea scribit, Plautia coulegæ, ob inquisitas eius aquæ Appiæ venas, Veñocis cognomen datum. Errant igitur qui prius id cognominis illi ascribunt. Nepos de illustribus viris, Appius inquit, solus omni quinquennio censuram obtinuit. hoc ait, quia cum esset annua & semestris, ipse vi per annos quinque eam vsurpauit. Annuam autem & semestrem factam diximus anno CCCXIX, à quo ad hunc annum Liuius centum annos supputat. quod si numerus ad verum calculum redigatur, erunt CXXI. Ideo vide an extremo omisso, CXX legendum sit. De Dictature autem huius anni idem Liuius sic inquit. P. Decius, qui grauiter æger Romæ restiterat, auctore Senatu Dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit. sed hic fuit Mag. Eq. Nam Dictator librariorum incuria omissus est, is fuit C. Sulpicius Longus, vt habetur in A. C. propterea apud Liuium sic est legendum. P. Decius, qui grauiter æger Romæ restiterat, auctore Senatu, ad belli Etrusci famam C. Sulpicium Longum Dict. qui Mag. Equitum C. Iunium Bubulcum dixit.

444 L. Papirius Dict. II. Liuius hunc annum transcendit, aitq; Papirium Dictatorem fuisse anno superiori. quod falsum esse, & A. C. & Fabij triumphus ab ipso Procos. hoc anno actus, quo Papirius fuit Dictator, clare ostendunt. Ex quo errore in alios tres incidit, affirmans ipsi Fabio honorem continuatum, ac Consulem triumphasse. Proconsulemq; fuisse Claudio, & Volumnio Coss. Censorum, qui sequuntur anno CDXLVI meminit Valerius II, aitq; eos amouisse Senatu L. Antonium, quod quam virginem duxerat repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito.

448 L. Postumius, TI. MVNVCIVS, sic in A. C. Cum hic Munucius locum plebei obtineat, videndum an Augurinorum familia esset duplex, quarum hæc Munucia, patricia vero differentiæ caussa Minucia appelloretur. Hos Consules, inquit Liuius, Piso Q. Fabio. & P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq; & Cornelium cum Marcio Consules factos tradidimus. Sed A. C. Pisonem arguunt, arguit & ipsius Marcij triumphus. Herculis simulacrum in Capitolio positum, ac dedicatum est.

449 Cens. Q. Fabius Maximus. huius cognominis originem tradit Liuius. & Florus, his verbis. Flauius scriba libertino patre natus Aed. Cur. fuit, per forensem factionem creatus, quæ cum comitio & campum turbaret, & in ijs propter nimias vires dominaretur à Q. Fabio Cens. in quatuor tribus redacta est, eoq; res Fabio Maximo nomen dedit. Plut. autem, vt diximus, ob eius splendorem & magnitudinem Maximum appellatum esse tradit. Sed in vita Pompei, quod diuites quosdam libertinos Senatu amouit. ex quo non videtur sibi constare. at prior opinio verisimilior est. Nam quod ait Florus, res non est tanti, vt eo cognomine digna videatur. quanquam Liuius addens, quod cognomen tot victorijs non pepererat, ostendit id factum l:ui ex caussa. Sed has omnes opiniones A. C. refellunt, in quibus ante, quàm Censor fieret, cognomine Maximi appellatur. C. Flauius ius ciuile diuulgauit, Fastos circa forum proposuit. Aedem Concordiæ in area Vulcani dedicauit. Latum ad populum ne quis iniussu Senatus, ans Tribunorum plebis templum, aut aram dedicaret.

CDL	SER.CORNELIVS.CN.F.CN.N.	LENTVLVS	L.GENVCIVS.	AVENTINENSIS
	M.LIVIVS.::C.N.	DENTER	M.AIMILIVS.L.F.L.N.	PAVLLVS
	C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.	BRVTVS	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
	M.TITINIVS.C.F.C.N.		MAG.EQ	
	Q.FABIVS.M.F.N.N.	MAX.RVLLIAN.II	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
	M.AIMILIVS.L.F.L.N.	PAVLLVS	MAG.EQ	
	HOC.ANNO.DICTATOR.ET.MAGISTER.EQ.SINE.COS.FVERVNT			
	M.VALERIVS.M.F.M.N.	CORVVS.II	DICT	REI.GERVND.CAVSSA
	P.SEMPRONIVS.P.F.C.N.	SOPHVS	MAG.EQ	
	Q.APPVLEIVS.::F.C.N.	PANSA	M.VALERIVS.M.F.M.N.	CORVVS.V
	M.FVLVIVS.CN.F.CN.N.	PAITINVS	T.MANLIVS.	TORQVATVS
			IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.F.E	
			M.VALERIVS.M.F.M.N.	CORVVS.VI
	CENS.P.SEMPRONIVS.P.F.C.N.	SOPHVS.P.SVLPICIVS.SER.F.P.N.SAVERRIO.L.XXIX		
	CN.FVLVIVS.CN.F.CN.N.MAX.CENTVMALVS		L.CORNELIVS.	SCIPIO
	Q.FABIVS.M.F.N.N.	MAX.RVLLIAN.IV	P.DECIVS.P.F.Q.N.	MVS.III
	AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N.	CAECVS.II	L.VOLVMNIVS.C.F.C.N.FLAMMA.VIOLENS.II	
	Q.FABIVS.M.F.N.N.	MAXIM.RVLLIAN.V	P.DECIVS.P.F.Q.N.MVS.IV.QVI.SE.DEVOVIT	
	L.POSTVMIVS.L.F.SP.N.	MEGELLVS.II	M.ATILIVS.M.F.M.N.	REGVLVS
	CENS.P.CORNELIVS.A.F.P.N.	ARVINA.C.MARCIVS.C.F.L.N.RVTILVS.II.		L.F.XXX
			QVI.POSTEA.CENSORIN.APPELL.EST	

451 M. Liuius, *hæc familia Liuiorum quanquam plebeia, tamen floruit octo Consulatibus, Censuris duabus, triumphis tribus. Dictatura, et magisterio equitũ honorata. clara insignibus viris, ac maxime Salinatore, Drusisq; auct. Suet. in Tiberij vita.* C. Aemilius, *sic legitur in plerisq; Liuij codicibus, in Cassiodoro vero L. Aemilius, ab alijs M. Aemilius, non desunt qui Q. Aemilius legendum censent: ex quibus, quem sequar, non habeo. Si M. Aemilius legatur, is erit, qui sequenti anno fuit Mag. Eq. C. Iunius Bubulcus ædem Salutis, quam Consul vouerat, Censor locauerat, Dictator dedicauit.*

452 Q. Fabius, *in A. C. inter alia fragmenta superest hoc, quod sequitur.*

::M.F.N.N.MAX.::
::ILIVS.L.F.L.::
::NO.DICTAT::
::::M.F.M.N.::
::::ONIVS::::
::F.C.N.::

Ex hoc fragmento apparet Liuium annalem mutilum, ac deprauatum secutum hunc locum inextricabilem effecisse. nam ex duobus Dictatoribus, vnum Valerium tantum nominat, cui Paullum Magistrum Equitum subijcit, opinionemq; illorum, qui Fabium in locum huius substituunt refellit. Eius verba apposui. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur, itaque propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus Dictator, Magistrum Equitum sibi legit M. Aemilium Paullum. id magis credo, quàm Q. Fabium Maximum ea ætate, atque ais honoribus Valerio subiectum. Cæterum ex Maximi communi cognomine errorem errarem haud abnuerim. Si hæc verba tantum consideremus, locus erit omnino scrupulosus, sed si cum ipsis dictum fragmentum, eiusq; prænomina, non ita obscurus videbitur, vt quidam arbitrantur, præsertim ijs, qui diligenti consideratione in horum magistratuum lectione sæpe versantur. Etenim si quis ad hæc prænomina ::M.F.N.N.:: animum adiecerit, intelliget eadem esse, quæ anno CDXLV *Q. Fabio Max. Rulliano sunt adscripta, & de eodem Dictatore II hic intelligendum, & ::ILIVS.L.F.L.:: de Aemilio Paullo, quem etiam Liuius Mag. Equitum Valerio Dictatori, licet perperam, subdit. ::NO.DICTAT:: (eius integrum erat vt supra anno* CDIV*) nemini dubium est significa-*

re, fuisse Dictatorem sine Coss, id etiam constat ex ordine triumphorum in quibus Bubulci triumphus inscriptus est anno CDLI, & Centumali CDLV, ita vt tres anni intersint. hoc exemplo, duo tantum erunt, & nouem inter duos Consulatus Appij Cæci, quos decem fuisse asserit Cic. in Catone. his igitur rationibus Dictatorem sine Consulibus fuisse, fateri omnino necesse est. Sequitur ⸗⸗ M.F.M.N ⸗⸗ Cùm his temporibus fuerint duo Valerij, alter Maximus, alter vero Coruus cognomine: quorum pater & auus ijsdem prænominibus nominabentur, dubitare quis posses, de vtro intelligendum sit. quod dubium facillime tollit triumphus IV. ipsius Corui Dictatoris, quem de Etruscis hoc anno egit: et Liuij verba, eum subiũgit, Consul ex Dictatura factus M. Valerius, vbi de Coruo Cos. V. plene intelligitur. Subsequitur ⸗⸗ ONIVS ⸗⸗ quod fragmentum ad neminem alium, quàm ad Sempronium Sophum Magistrum Equitum (qui supra iam quater fuit Cos.) referri potest. quæret fortasse aliquis, qua de caussa Q. Fabius Max. creatus sit Dictator (nam Valerium Rei gerundæ caussa Dictatorem dictum testatur eius triumphus) nos eadem de caussa, qua idem Valerius, creatum opinamur, eo quod non erant Consules, quibus, vt ait Gellius, bello mandabantur. quamobrem, licet Liuius nomen supprimat, crediderim victoriam de Marsis decus esse Fabij, Etruscorum vero Valerij. ex quo etiam iudicare possumus, eadem anno vtrunque Dictatorem fuisse. Præsertim quòd anno sequenti & foris & domi res pacatas fuisse, idem Liuius prodit. Neque Dictator prius, quàm Cos. creari solebat. Videndum nunc est quid sibi velit idem Liuius, cum inquit, ex Maximi cognomine errorem ortum. Nos ex his verbis conijcere videmur, ipsum legisse in aliquo annali tria illa nomina, non suo ordine digesta, Valerio tamen Dictatorem adiectum, eiq; Fabium Magistrum Equitum subiectum. cumq; verisimilius esset hunc potius, quàm illum Dictatorem fuisse, ideo dixisse, erratum in Maximi communi cognomine, nam & Coruus, vt Fabius, Maximus cognominatus est, vt testatur Gellius nono cap. xi. vbi sic inquit. De Maximo Valerio, qui Coruinus appellatus est. Tollit igitur Liuius Q. Fabij dictaturam solo Valerio Max. Dictatore relicto. Idem prodit, se habere auctores sine vllo memorabili prœlio pacatam ab Dictatore Etruriam esse seditionibus Arretinorum compositis. quibus auctoribus aduersatur idem Valerij triumphus. ¶ Cum is autem, cui præcipua cura à S. P. Q. R. data fuerat hos magistratus in ordinem digerendi à me monitus esset, huius frag. eum non esse locum, in quem illud ipse locauerat, illeq; contenderet, nusquam rectius restitui posse, ne pertinaciter contendendo litem cum amico facere viderer, secundum exemplar imprimendum dedi. Mox omni diligentia adhibita, hoc, & alia, quæ loci incerta ferebantur, vel maxime trunca, vt est hoc ⸗⸗ EMI ⸗⸗ EIS. Ex ꝑ m suum locum restitui.

454 M. Fuluius PAETINVS, vt in eius triumpho, non Pætus, vt apud Liuium. T. Manlius, vide an sit filius eius, qui cum iniussu patris pugnauisset, ab eo necatus est, huic in magistratu mortuo suffectus est M. Valerius Coruus Cos. VI. de quo Valerius VIII sic meminit, M. Valerius Coruus centesimum annum compleuit, cuius inter primum & sextum Consulatum quadraginta sex anni intercesserunt. Consentit Cic. in Catone, & Plin. VII. sed ex ordine triumphorum constat eos duos annos omittere, & Plut. tres, qui in vita C. Marij quadreginta quinque annos tantum supputat, sunt enim XLVIII. Censorum meminit Liuius. ¶ L. Scipio, qui sequitur, fuit pater, vt opinor, eius, qui fuit Cos. anno CDXCIV.

458 Q. Fabius. P. Decius, horum meminit Patereulus, his verbis, At Quintum Fabio. Q. Decio Mure quartum Coss. vbi rectius erat sic dixisse. At Q. Fabio quintum, Q. Decio Mure quartum Consulibus. Liuius ab initio belli Samnitici ad hos Coss. annos XLVI supputat, omissis annis quibus fuisse Dictatores sine Coss. supra demonstratum est. Et anno altero supra, qua Fabius fuit Coss. IIII ait, ipsum legem recitari iussisse, qua intra decem annos eundem Consulem refici non liceret. sed cum ab anno quo fuit Cos. III, ad annum CDLVI anni decem intersint, ea lege solutus videbatur. quanquam Liuius Pisonem sequi videtur, qui duos annos interim exemit, vt diximus, præter quòd omittit annum, quo superius fuit Dictator sine Coss.

459 L. Postumius MEGELLVS, non Megillus. M. ATILIVS, non Attilius. Liuius contra A. C. tradit Censores Lustrum XIX fecisse anno sequenti eius verba sunt hæc. Lustrum conditum eo anno est à P. Cornelio Aruina, & C. Marcio Rutilo Censoribus, Censa capitum millia ducenta sexaginta duo, trecenta viginti duo. Censores vicesimi sexti à primis Censoribus. Lustrum vndeuicesimum fuit. intellige rursum, secundum ipsum, à primis Censoribus, non à primo lustro, alioquin erit, vt re vera est, lustrum XXX. omittit enim lustra XI, cumq; plures Censores, quàm lustra, commemoret, innuit non omnes Censores lustrum fecisse. Neque putes in numero esse errorem, legendumq; XXIX. non XIX, id enim absurdum est dicere, vt plura fuerint Lustra, quàm Censores. Quod quidam dicunt hoc anno fuisse quidem Censores, at sequenti Lustrum condidisse: id nihil ad Liuij defensionem facit, quia non solum de Censoribus loquitur. sed etiam de Lustro: de quo non fit mentio in A. C. nisi eo anno, quo conditum est. L. Postumius ædem Victoriæ. quam AED. Cur. faciendam curauerat, Consul dedicauit. Iouis statoris templum votum. ¶ Cum libri decem T. Liuij, qui sequebantur, vna cum aliis historicorum, annaliumq;

monimentis iniuria & hominum, & temporum perierint, qui suo ordine Consulum nomina nobis abunde suggerebant, superstitq; solum auxilium Cassiodori, cogimur multo cum labore per annos XXVII, qui fuerint Consules, quibusue nominibus appellati, indagare. Postea enim à primo ad tertium Punicum bellum per annos CXIII, quibus in marmoribus supersunt Consules incorrupti (exceptis XIII, annorum qui interim interciderunt) non erit magnopere laborandum. Cum hi annales, ea diligentia diuulgati sint, vt si omnes simul auctores aliquid sentirent, quod ab his discreparet, illorum potius ignorationem reprehendendam, quàm in his errorum esse, censerem.

CDLX	L.PAPIRIVS.L.F.SP.N.	CVRSOR	SP.CARVILIVS.C.F.C.N.	MAXIMVS
	Q.FABIVS.Q.F.M.N.	MAXIM:GVRGES	D.IVNIVS.D.F.	BRVTVS.SCAEVA
	L.POSTVMIVS.L.F.SP.N.	MEGELLVS.III	C.IVNIVS.	BRVTVS.BVBVLC
	P.CORNELIVS.	RVFINVS	M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.	DENTATVS
	M.VALERIVS.M.F.M.N.	CORVINVS	Q.CAEDICIVS	NOCTVA
	Q.MARCIVS.Q.F.Q.N.	TREMVLVS.II	P.CORNELIVS.A.F.P.N.	ARVINA.II
	M.CLAVDIVS.	MARCELLVS	SP.NAVTIVS.	RVTILVS
	CENS.M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.DENTATVS.L.PAPIRIVS.L.F.L.N.CVRSOR.			L.F.XXXI
	M.VALERIVS.	MAXIMVS	C.AILIVS.	PAITVS
	Q.HORTENSIVS.IN.MAG.MORTVVS.E		DICT SEDITIONIS.SEDAND.C	
	. . . .		MAG.EQ	
	C.CLAVDIVS.M.F.C.N.	CANINA	M.AIMILIVS.Q.F.Q.N.	BARBVLA
	C.SERVILIVS.		L.CAECILIVS.	METELLVS

460 L. *Papirius. filius est eius, qui quinquies fuit Cos. de quo meminit Plin. lib. VII. Ap. Claudium Cæcum bis temporibus Dictatorem fuisse, ostendit hic titulus.*

AP.CLAVDIVS.C.F.CAECVS
CENSOR.COS.II.DICT.INTEREX.III
PR.II.AED.CVR.II.Q.TR.MIL.III.COM
PLVRA.OPPIDA.DE.SAMNITIBVS.CEPIT
SABINORVM.ET.TVSCORVM.EXERCI
TVM.FVDIT.PACEM.FIERI.CVM.PYRRHO
REGE.PROHIBVIT.IN.CENSVRA.VIAM
APPIAM.STRAVIT.ET.AQVAM.IN
VRBEM.ADDVXIT.AEDEM.BELLONAE
FECIT

sed quo anno fuerit Dict. non constat, tamen ex verbis Flori coniicimus ante primum Consulatum M'. Curii, & forte etiam Fabii Gurgitis, ideo quidam non recte reiiciunt ipsum in annum CDLXVII.

462 L. *Postumius. C.Iunius, non Cn.Iunius, vt apud Liuium, qui libro XXVII haud longe ab initio de his Coss. meminit, aitq; L. Postumium interregem iis comitiis, quæ ipse habuisset, Consulem cum C. Iunio creatum. hunc filium esse reor eius, qui anno CDXL fuit Cos. De Coss. autem sequentis anni mentio est apud Cassiodorum, Eutropium, Paterculum, & Plinium vij. qui tradit Rufinum dormientem visum amisisse, & Curium Dentatum appellatum, quod cum dentibus natus esset. huius meminit Valerius quarto, Florus XI. Cicero in Catone, & Gellius X. cap. xvi. aitq; in bello aduersus Pyrrhum ducem fuisse. P. Cornelium filium eius crediderim, qui anno CDXIX fuit Dictator.*

464 M. *Valerius Coruinus à Coruo, vt Messallinus à Messalla. Cum supra habeamus Valeriorum cognomina Coruus, Flaccus, Maximus, dubium est de quo hic intelligendum sit, sed de Coruo filio eius, qui sexies fuit Cos. potius, quàm de reliquis duobus ego intelligerem. id quod etiam à Chronologicis probari video. Qui Cædicio cognomen Noctu*

adijciunt. Quod si pater est eius, qui anno CDXCVII fuit Cos. vt ipsi opinantur, cur non itidem id cognomen filio, tanquam hæreditarium, non adijcitur? quare aut ille non est huius filius, aut hoc cognomen, tanquam mali ominis repudiauit. ¶ Consulum sequentis anni meminit Cassiodorus. Fuerunt collegæ etiam in Consulatu anno CDXLVII. ideo hic adijciendum II.

446 M. Claudius. vide an sit filius eius, qui anno CDXXII fuit Cos. SP. Nautium patrem habuisse reor eum, qui anno CDXXXVII consulatum cum M. Popilio gessit. sunt qui vocent hunc C. Nautium. Cum autem à prima Marcij censura ad secundam anni XXIX intersint, quibus Lustra quatuor tantum condita sunt, & ideo anni quatuor supersint, fateamur oportet, aliqua quinquennium excessisse. ideo crediderim hoc, hoc anno conditum esse, Anno vero CDLXXI fuisse Censores, qui lustrum non fecerint, eorumq; alterum SP. Caruilium Lascino, & Papo Coss. vt coijcimus ex verbis Paterculi hisce. Nam illi antiqui ante primum bellum Punicum TI. Coruncanium hominem nouum, cum alijs omnibus honoribus, cum Pontificatu Max. ad principale extulere fastigium: & equestri loco natum SP. Caruilium: & mox M. Catonem etiam Tusculi, Vrbis inquilinum: Mummiumq; Achaicũ in Consulatum, Censuras, Triumphos. Existimandum est autem Coruncanium & Caruilium, vt Cato & Mummius, fuisse Cens. Caruiliumq; mortuo conlega abdicasse. Verum cum aliqui lustrum hoc post Marcium Cos. inserant, & anno CDLXXI Caruiliũ, anniq; sex intersint, hic cũ conlega quinquennio iam exacto, lustrũ omnino condere debebant. Rectius igitur M'. Curij Lustrum post Marcellum Cos. ego substitui. qui autem hanc meam opinionem secuti sunt, ne hunc locum à me didicisse viderentur, hoc lustrum in annum superiorem etiam ipsi reijciunt. Nam prius in annum CDLXXXI perperam inseruerũt. Reliqua duo alibi, quàm nos, posse collocari non videntur. Huius lustri meminit Florus, atq; censa esse ciuium capita CCLXXIII. Censores qui fuerint non dicit. Cur ego Cursorem & Dentatum fuisse velim, anno CDLXXXI planè ostendam.

467 M. Valerius. à quibusdam Potitus cognominatur C. AELIVS, meminit horum Cassiodorus. Puto Valerium eius esse filium, qui anno CDXLI fuit Cos. C. Aelio adiecimus Pæti cognomen proprium eius familiæ. Hortensium fuisse Dictatorem his temporibus ex verbis Flori clare intelligimus: sed quo anno non constat. Seditionis sedandæ caussa creatum esse innuit Plin. XVI. qui sic inquit, Q. Hortensius Dictator cum plebs secessisset in Ianiculum legem in Aesculeto tulit, vt quod ea iussisset, omnes Quirites teneret. huius Dictatoris, & legis meminit etiam Gellius XV. quam legem Liuius à Q. Publilio Philone latam esse prodit. eam deinde non obseruatam crediderim. Florus scribit ipsum Hortensium in Magistratu mortuum esse. quidam subijciunt huic Mag. Eq M. Liuium Dentrem, ea coniectura. quod Suet. in Tiberio scribit. Liuiorum familiam duobus magisterijs equitum putatam esse, de quibus alibi non extat mentio, sed si his temporibus hic Denter fuit Mag. Eq. tamen quo anno, & sub quo Dict. incertum est.

468 C. Claudius CANINA. M. Aemilius. horum meminit Cassiodorus. M. Aemilius fratrem habuit L. Aemilium, qui sequitur, ambo filij fuere Q. Aemilij Consulis anni CDXLII, cuiq; frater fuit M. Aemilius Q. F. L. N. quem Dictatorem fuisse scripsimus Comitiorum habendorum caussa, cum prius Cos. non fuerit, sed leui de caussa dici Dictator potuit. quidam falso exemplari eiusdem tituli decepti (nam Quinti, non Lucij, vt est in marmore, nepotem edunt) huius anni Consulem eundem esse opinantur, sed errant.

469 C. Seruilius. cum huius familiæ plura cognomina ab auctoribus tradantur, verisimile est hunc patricium (nam & plebeia Seruiliorum familia fuit, quæ nullum habuit cognomen, vt alibi diximus) aliquo cognomento appellatum esse, præsertim Caepionis, vel Gemini, quæ his temporibus erant in vsu. quidam Tuccam vocant, sed auctorem non adijciunt. L. Coelius. sic Cassiodorus, sed L. Cæcilius legendum esse arbitramur. quòd Cic. pro Murena significat Coeliorum familiam nouam suo tempore fuisse. id etiam conijcere licet, quòd in hac serie magistratuum non inuenitur aliquis Coelius, qui aliquo honore sit functus vsque ad annum DCLIX, quo C. Coelius Caldus primus ex ea familia creatus est Cos. Cæcilium autem patrem eius esse opinantur, qui anno DII. fuit Cos. hic PR. anno sequenti à Gallis in prælio occisus est, non hoc anno Cos. vt quidam tradit, in cuius locum factum esse ait M'. Curium Dentatum, sed forte vaticinatur. nam bis Cos. inueniretur, quod est falsum. De Cæcilij nomine Sex. Pomp. sic inquit. Cæculus condidit Præneste, vnde putant Cæcilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alij appellatos esse dicunt à Cæcade Troiano Aeneæ comite. ¶ Sequenti anno cur legendum sit, C. Domitius, non, vt apud Cassiodorum, & eos, qui ipsum sunt secuti CN. Domitius, diximus anno CDXXI.

CDLXX	P.CORNELIVS	DOLABELLA.MAX.	C.DOMITIVS.CN.F.	CALVINVS
	C.FABRICIVS.C.F.C.N.	LVSCINVS	Q.AIMILIVS	PAPVS
	CENS.SP.CARVILIVS.C.F.C.N.MAX.ABD.	. . . . . .		IN.MAG.MORTVVS.E

BELLVM TARENTINVM

Q.MARCIVS.Q.F.Q.N.	PHILIPPVS	L.AIMILIVS.Q.F.Q.N.	BARBVLA
TI.CORVNCANIVS.TI.F.TI.	NEPOS	P.VALERIVS	LAEVINVS
CENS.	. . . .	.C.DOMITIVS.CN.F.	CALVINVS.L.F XXXII
P.SVLPICIVS	SAVERRIO	P.DECIVS.P.F.P.N.MVS.IN.PROEL.OCIS.E	
C.FABRICIVS.C.F.C.N.	LVSCINVS.II	Q.AIMILIVS	PAPVS.II
C.IVNIVS.C.F.C.N.BRVTVS.	BVBVLC.II	P.CORNELIVS.	RVFINVS.II
Q.FABIVS.Q.F.M.N.MAXIM.	GVRGES.II	C.GENVCIVS.	CLEPSINA
P.CORNELIVS	RVFINVS	DICT	
. . . .		MAG.EQ.	. . . . .
M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.	DENTATVS.II	L.CORNELIVS.TI.F.SER.N.	LENTVLVS
CENS.C.FABRICIVS.C.F.C.N.LVSCINVS.Q.AIMILIVS.			PAPVS.L.F.XXXIII
M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.	DENTATVS.III	SER.CORNELIVS.	MERENDA

471 C. *Fabricius* LVSCINVS, *non Licinius, aut Lucinus, vt apud Valerium IIII cap iij. huius, & conlegæ meminit Cassiodorus & Cic. in Lælio, quos in censura itidem conlegas fuisse prodit. ¶ Sequentis anni Consules qui fuerint, quibusue nominibus appellarentur, ex triumphis ipsorum disces.*

473 P. *Valerius, ab Eutropio, & Floro XIII Læuinus cognominatur.* TI. CORVNCANIVS, *non* T. *Coruncanus, vt in omnibus libris legitur. Nullum habuit cognomen. huius extat triumphus, ex quo constat patrem & auum eodem prænomine, quo ipse, appellatos esse. Ex verbis eiusdem Flori conijcimus hoc anno Lustrum conditum, qui de altero Censorum tantum meminit, quem primum è plebe Lustrum fecisse tradit, & censa ciuium capita* CCLXXIIX *millia* CCXXII. *ex quo intelligimus id munus ad patricios tantum prius spectauisse. Sed apud ipsum legendum* C. *Domitius: is enim est, qui superius fuit Cos. Quidam huic addit conlegam Fabium Gurgitem coniecturis similibus ijs, de quibus diximus: quas itidem refellere non expedit. De bello gesto aduersus Pyrrhum Gellius* XVII *sic meminit. Post annum deinde Vrbis conditæ* CCCC *ferè et* LXX *bellum cum rege Pyrrho sumptum est. ¶ Consulum sequentis anni meminit Cassiodorus, & Eutropius. Decius filius est eius, qui bello Samnitico se deuouit. Sauerrio patrem habuit, vt opinor, eum, qui anno* CDXLIX *fuit Cos.*

475 C. *Fabricius*, Q. *Aemilius, horum meminit Cassiodorus, Plut. in vita Pyrrhi, Cic. in Lælio, & Gellius* III. *cap. viij vbi animaduertendum, quæ ibi commemorantur, hoc anno, non quo primum in consulatu conlegæ fuerunt, contigisse. ¶ Idem meminit & de Coss. sequentis anni libro* IIII. *cap. viij &* XVII. *cap. vltimo separatim de Rufino. Iunij autem huius conlegæ in marmore extat triumphus. Ex Rufino Sullam originem duxisse tradit Plut.*

477 Q. *Fabius*, C *Genucius. horum mentio est apud Cassiodorum, & Orosium, qui etiam eorum cognomina adijcit. De Rufino Dictatore Gellius sic inquit. Eodem tempore C. Fabricius Luscinus, & Q. Aemilius Papus Censores Romæ fuerunt, & P. Cornelium Rufinum, qui bis Consul, & Dictator fuerat, Senatu mouerunt. Idē ferè tradit Valerius* II. *cap. iv. et Florus. ¶ Consules, qui sequuntur, triumpharunt, eorumq; triumphus in marmore inscriptus est, cum suis prænominibus, & cognominibus. Censorum, de quibus Gellius modo meminit, Lustrum fecere, censiq; sunt ciuium capita* CCLXXI *millia* CCXXIIII.

CDXXC	C.FABIVS.	DORSO	C.CLAVDIVS. . . F.C.N.	CANINA.II
	SP.CARVILIVS.C.F.C.N.	MAXIMVS.II	L.PAPIRIVS.L.F.SP.N.	CVRSOR.II
	C.QVINCTIVS	CLAVDVS	L.GENVCIVS.	CLEPSINA
	C.GENVCIVS.	CLEPSINA.II	CN CORNELIVS.L.F.CN.N.	BLASIO
	CENS.TI. CORVNCANIVS.TI.F.TI.N. C.CLAVDIVS.::.F.C.N. CANINA.L.F.XXXIV			
	C.FABIVS.C.F.M.N.	PICTOR	L.QVINCTIVS.	GVLO
	P.SEMPRONIVS.P.F.P.N.	SOPHVS	AP.CLAVDIVS.AP.F.C.N.	CRASSININ
	M.ATILIVS.M.F.L.N.	REGVLVS	L.IVLIVS.L.F.L.N.	LIBO
	N.FABIVS.C.F.M.N.	PICTOR	D.IVNIVS.D.F.D.N.	PERA
	M.VALERIVS.M.F.M.N.	MAXIMVS	L.MAMILIVS.Q.F.M.N.	VITVLVS
	CENS.CN.CORNELIVS.L.F.CN.N.BLASIO.C.MARCIVS.C.F.L.N.RVTILVS.II.QVI.L.F.] IN.HOC.HONORE.CENSORIN.APPEL.E			
	BELLVM PVNICVM PRIMVM			
	AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N	CAVDEX	M.FVLVIVS.Q.F.M.N	FLACCVS

480 *C. Fabius Dorso, C. Claudius Canina, sic legitur apud Paterculum, & Cassiodorum, Eutropius vero habet, C. Fabricium Luscinum, & C. Claudium Cannam. Qui huius lectionem tuentur, in locum Fabij in magistratu defuncti Fabricium Consulem suffectum esse dicunt, sed id est diuinare. Crediderim potius, & vicinitate nominis, & librariorum incuria, Fabricium pro Fabio substitutum, præsertim quod nusquam legitur de Fabricio Consule III.*

481 *SP. Caruilius. L. Papirius. Frontinus horum sic meminit. M'. Curius Dentatus, qui censuram cum L. Papirio Cursore gesserat, Anienis Veteris aquã perducendam in Vrbem ex manubijs de Pyrrho captis curauit, post annos XL, quàm Appia fuerat perducta, anno ab Vrbe condita CDLXXXI, SP. Caruilio Maximo, & L. Papirio Cursore Coss. Quibus verbis constat Papirium non potuisse hoc anno Consulem, & Censorem esse, vt quidam edit: parum etiam animaduertens verbum gesserat ad præsentem annum referri non posse, nam gerebat dicendum fuerat, non gesserat, quod verbum significat tempus iam diu exactum. Igitur recte nos horum lustrum in annum CDLXVI reiecimus, præsertim quod vlibi ei locus non relinquitur, nisi inter Marcij & Domitij lustrum.*

482 *Consulum huius anni, meminit Cassiodorus. item eorum, qui sequuntur. Cornelius is est, qui deinde fuit Censor Blasio, non Scipio, cognominatus. Cum autem à lustro XXXIII ad XXXV, quod in A. C. extat, anni decem intersint, ex quinquennali interuallo XXXIV in hunc annum inserendum esse admonemur. Censores, qui fuerint, nemo prodit. Ego tamen C. Claudium Caninam alterum fuisse existimarem, tum quia fuit bis Consul, & vir triumphalis, tum etiam quod ex septem Censuris, quas gens Claudia adepta est, duæ desiderantur, quarum altera in hunc annum restitui posset. id tamen pro certo non affirmo, quia coniecturis sæpe fallimur. A quibusdam conlega huic adijcitur Ti. Coruncanius, de quo supra dictum est.*

484 *Consulum huius, & sequentis anni Eutropius sic meminit. Quinctio Gullone, Fabio Pictore Coss. Picentes bellum commouere, & ab insequentibus Coss. P. Sempronio, Ap. Claudio victi sunt. Sed suspicor ne L. Quinctius Gulo sit nomen deprauatum: & ex prænomine Quintu factum sit nomen, & ex nomine Ogulnio cognomen Gulo, quod Liuius X meminit de Q. & Cn. Ogulnijs TR.PL. quos deinde anno Vrbis CDLVIII Aed. Cur. tradit. Verisimile est quintum inde fuisse Cos. Præsertim quod in marmore anno CDXCVI habetur Dict. quem honorem capere solebant viri consulares tantum. Ideo hic legendum opinor, Q. OGVLNIVS.L.F.A.N. GALLVS. Paterculus tradit, Ap. Claudium, & P. Sempronium quinquennio post C. Claudium Caninam Coss. fuisse, & Plin. argentum esse signatum annis quinque ante primum Punicum bellum, Q. Fabio Cos. vbi legendum est. C. Fabio. De quo Valerius VIII sic meminit. Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus ciuis, qui quum in æde Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit, Ap. Claudium Cæci filium fuisse tradit idem Paterculus.*

486 M. Atilius, huius, & conlegæ meminit Eutropius, & Cassiodorus, vtriusque triumphus in marmore inscriptus est, vt etiam Pictoris & Peræ, qui sequuntur Coss. de quorum altero mentionem facit etiam Valerius quarto cap. iij. sed ibi nomina non recte destinguuntur, sic enim est legendum, Q. Fabius Garges, N. Fabius Pictor hi duo erant legati, quos sequenti capite repetit.

488 M. Valerius. Q. Mamilius. Cassiodorus hos Coss. transcendit. sed ex triumpho Fabij Pictoris acto anno CDLXXXVII, & Fuluij anno secundo post, satis constat inter ipsus Coss. annum desiderari. Quo Fabium Gurgitem III, & P. Decium Murem Coss. fuisse, quidam edit, Decium inquam filium eius, qui in bello aduersus Pyrrhum occisus est, hisq; coniecturis innititur, quod hoc tempore bellatum sit cum Vulsiniensibus, vt ex triumpho M. Fuluij apparet. & quod Florus scribit eos à Fabio Gurgite (quod est falsum) victos esse: Nam Florus XI loquitur de ipso Gurgite Consule primum, in quo honore de Samnitibus triumphauit multis annis, ante hæc tempora. postea multa subiungit ad multorum magistratus pertinentia, & inter alia Hortensij Dictaturam. & in fine libri, Res, inquis, præterea contra Vulsinienses gestas continet, item aduersus Lucanos. Libro deinde XII. bella aduersus Gallos, Tarentinos, Samnites, Lucanos, Bruttios, & Etruscos, atque aduentum Pyrrhi in Italiam paucis exponit, Sequenti vero libro pugnam aduersus ipsum, Cos. Læuino commissam, commemorat, item Censuræ Domitij, & Fabricij adhuc meminit. postea nullum magistratum nominat, vsque ad librum XVII, neque interim de Fabio Gurgite fit mentio. ex quo apparet coniectura triumphi M. Fuluij ad rem minime pertinere, & Fabium hoc tempore Consulem non fuisse. Ideo nobis secutis aliorum chronologorum opinionem, Maximum Valerium, & L. Mamilium reponere, placuit. huncq; Turrinum, non Vitulum appello, quia anno tertio post, et in marmore inscripto non adijcitur II. A quibusdam tamen hic legitur, L. Aimilius, quod si admittimus, cognomen Vituli quadrabit, erit enim illius frater, & hæc lectio probabilior mihi videtur. Crediderim Maximum aut eundem, aut certe filium eius, qui anno CDLXV fuit Cos. Alterius Censorum meminit Valerius his verbis, M. Rutilius (tu lege C. MARCIVS RVTILVS) Censorinus iterum Censor creatus ad concionem populum vocatum, quàm potuit, grauissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulissent, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicassent. Plut. in vita Coriolani addit, ex eo legem latam, ne cui bis eundem ambire magistratum liceret. Liuius à condita Vrbe ad Ap. Claudium Cos annos CDLXXXIIX numerat. quæ supputatio (licet nonnullos annos apud ipsum desiderentur) cum A. C. recte conuenit. Qui autem volunt sequenti anno lustrum conditum esse, errant, ea ratione, quam diximus anno CDLIX, & quod Romani occupati erant in ijs, quæ ad Punicum bellum necessaria videbantur. Eutropius hoc lustro Censum actum esse scribit, his verbis. Cum iam clarum Vrbis Romæ nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant, vt igitur cognoscerentur, quæ copiæ Romanorum essent, Census est habitus: tum inuenta sunt ciuium capita CCXCII millia CCXXIIII. Apud Florum legitur CCCLXXII millia CCXXIIII.

489 Ap. Claudius. M. FVLVIVS, non Q. Fuluius, horum meminit Cassiodorus, Orosius, Eutropius, Sex Pom. XVII, & Gellius eodem libro, his verbis. Anno deinde post Romam conditam CCCC fermè & XC. Appio Claudio, cui cognomento Caudex fuit, Appij illius Cæci fratre, & M. Fuluio Flacco Consulibus bellum aduersum Pœnos primum cœptum est. Solinus de annis trium Punicorum bellorum cum Annalibus Consulum conuenit.

CDXC M'. VALERIVS.M.F.M.N. MAXIMVS M'.OTACILIVS.C.F.M'.N CRASSVS

QVI.IN.HOC.HONORE.MESSALL.APPELL.E

CN.FVLVIVS.CN.F.CN.N.MAXIM.CENTVMALVS DICT CLAVI.FIG.CAVSSA

Q.MARCIVS.Q.F.Q.N. PHILIPPVS MAG.EQ

L.POSTVMIVS.L.F.L.N. MEGELLVS Q.MAMILIVS.Q.F.M.N. VITVLVS

L.VALERIVS.M.F.L.N. FLACCVS T.OTACILIVS.C.F.M'.N CRASSVS

CN.CORNELIVS.L.F.CN.N.SCIPIO.ASINA C.DVILIVS.M.F.M.N.

L.CORNELIVS.L.F.CN.N. SCIPIO C.AQVILLIVS.M.F.C.N FLORVS

A.ATILIVS.A.F.C.N. CALATINVS C.SVLPICIVS.Q.F.Q.N PATERCVLVS

CENS.C.DVILIVS.M.F.M.N. . . . . L.F.XXXVI

C.ATILIVS.M.F.M.N. REGVLVS CN.CORNELIVS.L.F.CN.N. BLASIO.II

Q.OGVLNIVS.L.F.A.N. GALLVS DICT LATINAR.FER.CAVSSA

M.LAETORIVS.M.F.M.N.PLANCIANVS MAG.EQ

L.MANLIVS.A.F.P.N. VVLSO.LONGVS Q.CAEDICIVS.Q.F.Q.N. IN.MAG.MORT.E

IN.EIVS.LOCVM.FACTVS.EST

M.ATILIVS.M.F.L.N. REGVLVS.II

SER.FVLVIVS.M.F.M.N.PAETIN.NOBILIOR. M.AIMILIVS.M.F.L.N. PAVLLVS

CN.CORNELIVS.L.F.CN.N. SCIPIO.ASIN A.ATILIVS.A.F.C.N. CALATINVS.II

490 M'. Valerius MESSALLA, hoc cognomen à Messana ciuitate Siciliæ deuicta acquisiuit. hinc Plin. scribit ipsum tabulam picturæ prælij, quo Carthaginienses, & Hieronem in Sicilia deuicerat, proposuisse in latera curiæ Hostiliæ anno ab Vrbe condita CDXC. ¶ Consulum duorum annorum, qui sequuntur, meminit Polybius & Cassiodorus.

493 C. DVILIVS, non C. Duellius, neque Cn. Duilius, vt apud Florum, qui libro XVII de hoc & conlega ita meminit. Cn. Cornelius Cos. à classe Punica circumuentus, & per fraudem veluti in conloquium euocatus, captus est. C. Duilius Cos. aduersus classem Pœnorum prospere pugnauit, primusq; omnium Romanorum ducum naualis victoriæ duxit triumphum, ob quam caussam ei perpetuus honos habitus est, vt reuertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferreretur. Plin XXXIIII scribit ob eam victoriam columnam in foro ei erectam fuisse, suóq; tempore, vt etiam nostro, extitisse. Et Tacitus ipsum Duilium struxisse Iani templum apud forum Olitorium. Valerius vero, Valerium ad Liperas captum Consulem II deinde creatum. ¶ Anno secundo post, Vrbis CDXCV, in marmore legitur Q. Sulpicius, vbi C. Sulpicius, vt in eius triumpho, & apud Poly. legendum est. ¶ Duilij Censoris conlegam nundum reperire potui. qui autem Censores, quorum nomina interciderunt, ferè omnes, tanquam in Tyberim olim demersos expiscatur, huic conlegam Cn. Cornelium Scipionem addit, aitq; eregione ipsius Duilij in marmore extare SCIP. quod est falsum. Florus de hoc Lustro mentionem non facit.

496 CN. Cornelius BLASIO, non Blæsus. C. Atilius, huius meminit Valerius IIII. quem Serranum vocat Cassiodorus, cum in marmore inscriptus sit Regulus, sed vtroque cognomento appellatus videtur. Qui autem volunt, vt Poly. M Regulum hoc anno à Carthaginensibus captum, eos errare ostendunt A. C. in quibus anno sequenti suffectus est Consul Q. Cædicio igitur anno secundo post captum crediderim vt etiam Eutropius & Orosius tradunt. Florus tamen innuit anno DII. esse captum. ¶ PAVLLVS, qui sequitur, duplici L. scriptus videtur, vt ab aduerbijs paulo & paulum differat. Legimus enim in quodam epitaphio apud pontem Diui Bartholomæi Paullinum duplici L. inscriptam.

499 CN. Cornelius ASIN. hoc est Asina. Terentianus Maurus ait literam C. proferri per G cum anteponitur literæ N, eo quod vocis sonum leniorem facit. Sciendum autem quod in nominibus truncatis si vltima integri est vocalis, ea omittitur, vt ASIN. NASIC. Si consonans, vltima syllaba abijcitur, vt CAVDIN. FLAMININ. Abijciuntur interdum duæ syllabæ, vt MAMERC. idest Mamercinus. quandoque tres, vt COMIT. hoc est, Comitiorum. Sæpe etiam singulares literæ integri nominis significatum obtinent, vt L.F. id est, lustrum fecerunt.

B CN.SERVILIVS.CN.F.CN.N. CAEPIO C.SEMPRONIVS.TI.F.TI.N BLAESVS
CENS.D.IVNIVS.D.F.D.N. PERA.ABD.L.POSTVMIVS.L.F.L.N.MEGELL. IDEM.QVI PR.ERAT.IN.MAG.M.E
C.AVRELIVS.L.F.C.N COTTA P.SERVILIVS.Q.F.CN.N. GEMINVS
CENS.M'.VALERIVS.M.F.M.N.MAXIM.MESSALL.P.SEMPRONIVS.P.F.P.N.SOPHVS.L.F.XXXVII
L.CAECILIVS.L.F.C.N METELLVS C.FVRIVS.C.F.C.N PACILVS
C.ATILIVS.M.F.M.N. REGVLVS.II L.MANLIVS.A.F.P.N. VVLSO.II
P.CLAVDIVS.AP.F.C.N PVLCHER L.IVNIVS.C.F.L.N. PVLLVS
M.CLAVDIVS.C.F GLICIA.QVI.SCRIBA.FVERAT.DICTATOR.COACT.ABDIC SINE.MAG.EQ.IN.EIVS.LOCVM.FACTVS.EST
A.ATILIVS.A.F.C.N. CALATINVS DICT
L.CAECILIVS.L.F.C.N. METELLVS MAG.EQ
REI.GER.CAVSSA
C.AVRELIVS.L.F.C.N. COTTA.II P.SERVILIVS.Q.F.CN.N. GEMINVS.II
L.CAECILIVS.L.F.C.N. METELLVS.II N.FABIVS.M.F.M.N BVTEO
CENS.A.ATILIVS.A.F.C.N.CALATINVS.A.MANLIVS.T.F.T.N TORQVAT ATEIC.L.F.XXXVIII
M'OTACILIVS.C.F.M'.N. CRASSVS.II M.FABIVS.C.F.M.N LICINVS
TI.CORVNCANIVS.TI.F.TI. NEPOS DICT
M.FVLVIVS.Q.F.M.N. FLACCVS MAG.EQ
COMIT.HAB.CAVS
M.FABIVS.M.F.M.N BVTEO C.ATILIVS.A.F.A.N BVLBVS
A.MANLIVS.T.F.T.N.TORQVAT.ATTIC C.SEMPRONIVS.TI.F.TI.N. BLAESVS.II

501 P. *Seruilius, hunc eum esse censemus de cuius moribus plura traduntur à Gellio XII. cap. iiij. C. Aurelius, Aureliam familiam, inquit Sex. Pom. ex Sabinis oriundam à sale dictam putant, quod ei publice à populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent Soli, qui ex hoc Auselij dicebantur, vt Valesij, Papisij, pro eo quod est Valerij, Papirij.* ¶ *Cens. M'. Valerius, non M. Valerius, vt apud Maximum secundo cap. iv. vbi in titulo perperam legitur L. Sempronius. Lustrum conditum, censa sunt ciuium capita* CCXCVII *millia* DCCXCVII. *apud Florum habetur* CCCXVII *millia* DCCXCVII.

504 P. *Claudius, non Ap. Claudius, pater est eius, qui anno* DXLI *fuit Cos. Caeci filius, non Nepos, vt scribit Plin. Cum praelium nauale committere vellet, auspiciaq; more maiorum petijsset, & pullarius non exire pullos cauea nunciasset, abijci eos in mare iussit. dicens, quia esse nolunt bibant, auct. Valerius primo. L. Iunius conlega eius neglectis auspicijs classem tempestate amisit, damnatusq; ignominiam voluntaria morte praeuenit. M. Claudius* GLICIA. *non C. Claudius Glaucia, vt apud Florum, qui ait hunc à P. Claudio Dictatorem dictum, fuisseq; sortis vltimae hominem. Fuerat enim ipsius Claudij viator, eumq; veluti, vt ait Suet. in Tiberio, illudens iterum crimini publico Dictatorem dixerat. Calatinus, primus omnium Dictatorum, exercitum extra Italiam duxit.*

506 N. *Fabius, non M. Fabius. Buteo genus est auis. quae à bubone appellatur, seq; alit ex ijs, quae accipitri eripuerit, auct. Sex. Pom.* ¶ *Cens. A. Manlius* ATEIC. *E. pro altero T in curia lapidicidae sculptum constat ex altero exemplo, quod sequitur anno* DIX. *Cum enim syllaba sit breuis diphthongus esse non potest. Cum ante, quàm bellum Punicum susciperetur, capita ciuium* CCCLXXII *millia* CCXXIV *censa fuisse tradat Florus, hocq; lustro* CCLI *millia* CCXXII *ponat, coniijcimus eo bello multa virorum millia desiderata esse. Idq; etiam constat ex verbis Claudiae P. Claudij sororis, quae à Gellio X cap. vi. narrantur. qui hanc Caeci filiam fuisse asserit.* ¶ *Anno sequenti lege M' Otacilius, non M. Octacilius, neque T. Atilius, vt ibidem apud eundem Gellium.*

P

DX C.FVNDANIVS.C.F.Q.N. FVNDVLVS C.SVLPICIVS.C.F.SER.N. GALVS
C.LVTATIVS.C.F.C.N. CATVLVS A.POSTVMIVS.A.F.L.N ALBINVS
A.MANLIVS.T.F.T.N.TORQVAT.ATTIC.II Q.LVTATIVS.C.F.C.N. CERCO
CENS.C.AVRELIVS.L.F.C.N. COTTA N.FABIVS.M.F.M.N. BVTEO. L.F.XXXIX
C.CLAVDIVS.AP.F.C.N. CENTHO M.SEMPRONIVS.C.F.M.N. TVDITANVS
C.MAMILIVS.Q.F.Q.N. TVRRINVS Q.VALERIVS.Q.F.P.N FALTO
TI.SEMPRONIVS.TI.F.C.N. GRACCH P.VALERIVS.Q.F.P.N FALTO
L.CORNELIVS.L.F.TI.N.LENTVL.CAVDIN Q.FVLVIVS.M.F.Q.N FLACCVS
P.CORNELIVS.L.F.TI.N.LENTVL.CAVDIN C.LICINIVS.P.F.P.N VARVS
CENS.L.CORNELIVS.L.F.TI.N.LENT.CAVDIN.Q.LVTATIVS.C.F.C.N.CERCO. IN.M.M.E
LVDI.SAECVLARES.TERT
M'.AIMILIO.M'.F MAG.X.VIR
M.LIVIO.M.F.M.N. SALINATORE
T.MANLIVS.T.F.T.N. TORQVATVS C.ATILIVS.A.F.A.N. BVLBVS.II
L.POSTVMIVS.A.F.A.N ALBINVS SP.CARVILIVS.SP.F.C.N. MAXIMVS
CENS.C.ATILIVS.A.F.A.N. BVLBVS.A.POSTVMIVS.A.F.L.N.ALBINVS. L.F.XL

511 C. LVTATIVS, *non Luctatius.* CATVLVS, *non Cerens. huius, vt est apud Liuium* XXII. *meminit Minucius in oratione, quam habuit ad milites & Tribunos, eius verba sunt hæc. Modo C. Lutatio quæ alia res, quàm celeritas victoriam dedit? quod postera die, quàm hostem vidit, classem grauem commeatibus, impeditam sua instrumento atque apparatu, oppressit. Lutatius Cos. inquit Florus, victa ad Aegates insulam classe Pœnarum finem bello imposuit. idem ait Valerius primo cap iij. additq; à Senatu prohibitum sortes Fortunæ Prænestinæ adire, quod maiores auspicijs patrijs, non alienigenis, remp. administrari oportere, iudicabant.*

512 A. *Manlius.* Q. *Lutatius. Liuius* XXX *prodit his Consulibus pacem factam esse cum Carthaginiensibus, & bellum Punicum secundum initum annis post tribus & viginti, Cornelio, & Sempronio Coss. finitumq; anno* XVIII, *Cn. Cornelio, & P. Aelio Paeto Coss. huius pacis meminit etiam Gellius* XVII. ¶ *Cens. C. Aurelius, huius conlega fracto marmore abscissus est. quem Fabium Buteonem fuisse conijcimus ex verbis Liuij: qui postquam commemorauit Canensi pugna multos Senatores cecidisse, ob idq; solitudinem Curiæ factam esse, paucosq; ad publicum consilium conuenire, explendi Senatus caussa, ait placuisse Dictatorem creari, qui Censor antea fuisset, vetustissimusq; ex iis, qui viuerent Censorijs esset creatumque esse Fabium Buteonem sine Mag. Eq. Cum igitur A. C. hoc tempore integri extent, & alibi locum habere non possit, fateri necesse est, Cottæ conlegam fuisse in hac censura, & N. Fabium, qui prior Marco fuerat Cos. esse intelliga. Neque me moueat quod apud Liuium M. Fabius vocetur, quia, vt alibi diximus, Numerij prænomen vbique deprauatum est. Idem Liuius primo refert post primum Punicum bellum perfectum T. Manlio Cos. Iani templum iterum fuisse clausum, cui adstipulatur Plut. in Numa, additq;* C. ATILIVM (*non Marcum, vt apud ipsum) Manlij conlegam tunc fuisse. Quod si eo tempore, quo perfecta bella clausum fuit; hoc ipso anno clausum oportuit. Sed forte intelligendum non statim, sed sexto post anno illis Coss. clausum esse. alioqui legendum esset, A. Manlio, & Q. Lutatio Coss. Cum templum Vestæ arderet, L. Metellus Pont. Max. ex incendio sacra eripuit.* ¶ *Consulum sequentis anni meminit Gellius* XVII, *atq; Centhonem Cæci filium esse.*

514 C. MAMILIVS TVRRINVS, *non C Manlius Lucrinus, neque C Manilius, vt apud Gellium* XVII. *Sex. Pom. scribit in Subura fuisse turrim Mamilianam. à qua familiæ Mamiliæ Turrini cognomen inditum esse crediderim. Ennium poetam hoc anno natum tradit Var. in prima de poetis.*

517 P. *Cornelius. cum titulus ludorum sæcularium in margine marmoris extra ordinem e regione huius Cornelij inscriptus sit, constat hoc anno tertium factos esse. Cens. Q. Lutatius* IN. M.M.E *hoc est, in magistratu mortuus est. Nemo ei suffectus ob eam caussam, quam diximus anno* CCCLXI.

DXX Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXVM. VERRVCOS M'.POMPONIVS.M'.F.M'.N. MATHO
M.AMILIVS.M.F.M.N LEPIDVS M.POPLICIVS.L.F.L.N. MALLEOLVS
M.POMPONIVS.M'.F.M'.N MATHO C.PAPIRIVS.C.F.L.N MASO
C.DVILIVS.M.F.M.N DICT E I
C.AVRELIVS.L.F.C.N COTTA MAG.EQ COMIT. HABEND. CAVSSA
CENS.T.MANLIVS.T.F.T.N.TORQVATVS.Q.FVLVIVS.M.F.Q.N.FLACCVS.VIT.FACT I.ABD
M.AIMILIVS.L.F.Q.N BARBVLA M.IVNIVS.D.F.D.N PERA
CENS.Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIM.VERRVCOS.M.SEMPRONIVS.C.F.M.N.TVDITAN.L.F.XLI
L.POSTVMIVS.A.F.A.N ALBINVS.II CN.FVLVIVS.CN.F.CN.N CENTVMALVS
SP.CARVILIVS.SP.F.C.N. MAXIMVS.II Q.FABIVS.Q.F.Q.N. MAXIM. VERRVCOS
P.VALERIVS.L.F.M.N. FLACCVS M.ATILIVS.M.F.M.N REGVLVS
M.VALERIVS.M'.F.M.N MESSALLA L.APVSTIVS.L.F.C.N FVLLO

BELLVM GALLICVM CISALPINVM

L.AIMILIVS.Q.F.CN.N PAPVS C.ATILIVS.M.F.M.N REGVLVS
CENS.C.CLAVDIVS.AP.F.C.N.CENTHO.M.IVNIVS.D.F.D.N. PERA.L.F.XXXXII
T.MANLIVS.T.F.T.N. TORQVATVS.II Q.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS.II
L.CAECILIVS.L.F.C.N. METELLVS DICT
N.FABIVS.M.F.M.N BVTEO MAG.EQ COMIT.HAB.CAVSSA

520 Q Fabius Erat huic, inquit Plutarchus, cognomen ex habitu corporis tractum Verrucossus, quod paruam carnis elationem innatam superioris labij extremitate habebat. Sed & Ouicula cum puer esset à mansuetudine & grauitate morum est cognominatus. M'. Pomponius. est enim alter ab eo, qui anno secundo post fuit Cos. & vt apparet eius frater, cui Diony. & eum secuti perperam II adijciunt. Valerius II.cap.prima tradit à condita Vrbe vsque ad annum DXX. nullum repudium inter virum, & vxorem intercessisse, & Caruilium primum omnium diuortium cum vxore fecisse. item Gellius. sed de anno titubat. Nam IIII. cap iij scribit anno Vrbis DXXIII id factum. M. Atilio, & P. Valerio Coss. (qui, non eo anno, sed tertia post Consules fuere) libro vero XVII anno DXIX, id propius Valerij opinioni omisso anno de quo supra dictum est. Diony. Pomponio II & C. Papirio Coss. id factum esse scribit. ¶ Liuius XXIII. tradit Aemilium anni sequentis Consulem bis hunc magistratum gessisse, habuisseq; Lucium, Marcum, & Quintum filios. Catu Censorius natus est ¶ Cens. abdicatorū, qui sequuntur, meminit Liuius, unius libro XXIII, alterius vero XXV.

518 L. Aemilius PAPVS, non Paullus. Suetonius scribit proauum Augusti secundo Punica bello stipendia in Sicilia Tribunum militum fecisse Aemilio Papa imperatore. quo bello nullus Aemilius Papus fuit Consul, aut Dictator, ideo in eo, quod ait imperatore, videtur dicendum Procos. vel pratorem fuisse, & si de hoc, aut eius filio non intelligit, alium Popum significat. Neque enim errorem apud Suetonium esse reor, vt pro primo bello, secundum ediderit. Videndum etiam apud ipsum an legendum, Aemilium Paullum. ¶ T. Manlij, qui sequitur, meminit Liuius libro XXIII, aitq; fuisse bis Cos. & Censorem. Buteo postea anno DXXXVII fuit Dict. vbi legendum vt hic. Metelli Dict. extat titulus huiusmodi.

L.CAECILIVS. L.F.METELLVS
...T.MAX.COS.II.DICTATOR.MAG.EQ
XV.VIR.AGRIS.DANDIS.QVI.PRIMVS
ELEPHANTOS.PRIMO.PVNICO.BELLO.DVXIT
IN.TRIVMPHO.PRIMARIVS.BELLATOR
OPTIMVS.ORATOR.FORTISSIMVS.IMPERATOR
AVSPICIO.SVO.MAXIMAS.RES.GESSIT

MAXIMO.VSVS.HONORE.SVMMA.SAPIENTIA
MAXIMVS.SENATOR.PARTAM.EX.AEQVO
PECVNIAM.MAGNAM.SINGVLIS.LIBERIS.RELIQVIT
CLARISSIMVS.IN.CIVITATE.FVIT.TRIBVTVM
EI.VT.QVOTIES.IN.SENATVM.IRET.CVRRV
VEHERETVR.AD.CVRIAM.QVOD.A.CONDITO
AEVO.NVLLI.ALLII.CONTIGIT

DXXX C.FLAMINIVS.C.F.L. NEPOS P.FVRIVS.SP.F.M.N. PHILVS
CN.CORNELIVS.L.F.L.N.SCIPIO. CALV M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS
P.CORNELIVS.CN.F.L.N.SCIPIO.ASINA M.MINVCIVS RVFVS
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAX. VERRVCOS DICT
C.FLAMINIVS.C.F.L. NEPOS MAG.EQ
VITIO.FACTI.ABDICARVNT
L.VETVRIVS. PHILO C.LVTATIVS
ABDICARVNT.IN.EORVM.LOCVM.FACTI.SVNT
M.AIMILIVS.M.F.M.N. LEPIDVS.II M.VALERIVS.P.F. LAEVINVS
CENS.L.AIMILIVS.Q.F.CN.N. PAPVS. C.FLAMINIVS.C.F.L. NEPOS.L.F.XLIII
M.LIVIVS.M.F.M.N. SALINATOR L.AIMILIVS. PAVLLVS

BELLVM.PVNICVM.SECVNDVM

P.CORNELIVS.L.F.L.N. SCIPIO TI.SEMPRONIVS. LONGVS
CN.SERVILIVS. GEMINVS C.FLAMINIVS.C.F.L.N.II.IN.PROELIO
OCCIS.EST.IN.EIVS.LOCVM.F.E.
M.ATILIVS.M.F.M.N. REGVLVS.II
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIMVS.VERRVCOS.II DICT REI.GERVND.CAVS
M.MINVCIVS. RVFVS MAG.EQ
L.VETVRIVS. PHILO DICT COMIT.HABEND.CAVS
M.POMPONIVS.M.F.M.N. MATHO MAG.EQ
VITIO.CREATI.ABDICARVNT
C.TERENTIVS VARRO L.AIMILIVS.PAVLLVS.II.IN.PROEL.OCCIS.E
M.IVNIVS.D.F.D.N. PERA DICT REI.GERVND.CAVS
TI.SEMPRONIVS GRACCHVS MAG.EQ
QVI.IDEM.AED.CVR.ERAT
N.FABIVS. BVTEO DICT.SENATVS.LEGENDI.CAVS
SINE.MAG.EQ
L.POSTVMIVS.A.F.A.N. ALBINVS.III TI.SEMPRONIVS. GRACCHVS
ANTEQVAM.INIRET.IN.PROELIO.OCCIS.E.IN.E.L.F.E
M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.II. VITIO.CREATVS.ABD.IN.EIVS.L.F.E
Q.FABIVS.Q.F.Q.N. MAXIM. VERRVCOS.III
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIM.VERRVCOS.IV M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS.III
CENS.M.ATILIVS.M.F.M.N.REGVLVS.ABD.P.FVRIVS.SP.F.M.N.PHILVS.IN.M.M.B

532 P. Cornelius filius est Cn. Cornelij Cos. anno CDXCIII, huius, & conlegæ meminit Eutropius, & Cassiodorus. ℭ Fabium Verrucossum bis Dictatorem fuisse testatur eius titulus, quem infra citamus. qua caussa sit nunc creatus plane non constat: item quo anno primum dictus sit, dubium est: conijcimus tamen intra annos quatuor ante bellum Punicum secundum dictum esse. de quo Valerius primo sic inquit. Occentus soricis auditus Fabio Max. Dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi caussam præbuit. Plut. in vita Marcelli pro Fabio Minucium, qui hoc anno fuerat Cos. Dictatorem prodit. Sic enim inquit. Cum Minucius Dictator C. Flaminium Magistrum Equitum designasset, stridore soricis consecuto, vterque dignitatem iussus relinquere. Vitio igitur creatis per interregem comitia habita esse, opinamur.

533 L. Veturius hic deinde Cens. mortuus est. pater fuit, vt opinor, eius qui anno DXLVII fuit Cos. C. Lutatius, horum Coss. meminit Cassiodorus. Lutatius cum Carthaginiensibus primò fœdus icit, vt libro XXI tradit Liuius, qui XXII. L. M. Aemilium Lepidum, & XXIX M. Volerium Læuinum bis Consules fuisse affirmat. ideo cum à priore anno primi Punici belli ad superiorem huius, A. C. integri habeantur, & post tres annos Liuius Consulum nomina suo ordine suggerat, interimq; de ijs Consulibus semel tantum sit mentio, in aliquo horum trium annorum alijs Consulibus suffectos esse oportuit, &, vt puto, Philoni & Catulo, qui, quemadmodum Dictator, vitio creati erant, abdicarint. ☞ Censorum autem meminit Liuius XXIV, & superiori libro vbi de Canensi clade loquitur. eius verba sunt hæc. Cum cætera, quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consilijs humanis assequi poterant, Patres explessent, tandem se quoque, & solitudinem Curiæ, paucitatemq; conuenientium ad publicum consilium respexerunt. neque enim post L. Aemilium, & C. Flaminium Censores, Senatus lectus fuerat, cum tantum Senatorum aduersæ pugnæ, ad hoc sui quenque casus per quinquennium absumpsissent. Quibus verbis conijcimus hoc anno Lustrum esse factum, & quod erat eius legitimum tempus, & quod ad Albinum, & Gracchum, quibus Coss. ea commemorat Liuius, anni quinque computantur. Hoc lustro censa sunt ciuium capita CCLXX millia CCXIII, vt scribit Florus. De his Censoribus Strabo sic meminit. M. Lepidus, & C. Flaminius conlegæ fuere, victores autem Ligurum strauere, hic quidem Flaminiam è Roma per Tusciam, & Vmbriam vsque Ariminum. alter reliquam porrò vsq; Bononiam, & ex ea in Aquileiam propè Alpium radices ducto per gyrum circa paludes opere. Quibus verbis ostendit Lepidum, non Papum, Flaminij conlegam fuisse, præsertim quod Marcum eum vocat, non Lucium, vt Liuius, qui tamen cognomen ei non apponit. Sed si Lepidum intellexisset, vbi ait fuisse bis Consulem, & Augurem, etiã Censorem omnino adiecisset. præterea si Philoni & Catulo suffectus est Consul, non potuit eodem tempore officio censuræ fungi. Nisi velimus ipsum Lepidum & Læuinum in alterum annum ex duobus superioribus inserere. Sed videndum est ne sit error apud Strabonem. ☞ Consulum, qui sequuntur, mentio est apud Plinium XXXIX. vbi ait, L. Aemilio M. Liuio Coss. anno Vrbis conditæ DXXXV primum è medicis Romam venisse è Peloponneso Archagatum Lysoniæ filium. Aemilius filius est eius, qui fuit Cos. anno CDXCVIII. Liuij extat in marmore secundus consulatus, anno DXLVI, & eius Censura anno tertio post.

535 P. Cornelius, TI. Sempronius. De his consulibus inter alios auctores plurimos Asconius in orationem contra L. Pisonem meminit his verbis. Video in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi Placentiam coloniam deductam pridie K. Ian. primo anno eiusdem belli P. Cornelio Scipione patre Africani TI. Sempronio Longo Coss. De Scipione vide Gellium VII. cap. I. hic Scipio patrem habuit L. Cornelium Cos. anno CDXCIIII. Sempronius est, vt puto, pater eius, qui anno DLIX Cos. habetur in A. C.

536 Cn. Seruilius, C. Flaminius, horum meminit Liuius, Poly. & Cassiodorus. Flaminius occisus fuit ad lacum Trasimenum cum magna clade exercitus. Tulerat legem ne quis Senator nauem maritimam haberet, quæ plus quàm CCC amphorarum esset, ex quo plebis fauore consulatum secundum obtinuit auct. Valeria primo. Fabium Prodictatorem creatum tradit idem Liuius, quia à populo creatus erat, non à Cos. postea ob res gestas, gloriamq; insignem ducis, & augendæ titulum imaginis, vt Dictator diceretur, facile obtinuit, vt scribit Plut. cuius imperio scito plebis Minucium Magistrum Equitum fuisse æquatum scribit idem Valerius III. Testatur etiam titulus, qui est apud Aretium huiusmodi.

Q.F.MAXIMVS
DICTATOR.II.COS.V.CEN
SOR.INTERREX.II.AED.CVR
Q.II.TR.MIL.II.PONTIFEX.AVGVR
PRIMO.CONSVLATV.LIGVRES.SVBE
GIT.EX.IIS.TRIVMPHAVIT.TERTIO.ET
QVARTO.HANNIBALEM.COMPLVRI
BVS.VICTORIIS.FEROCEM.SVBSEQVEN
DO.COERCVIT.DICTATOR.MAGISTRO
EQVITVM.MINVCIO.QVOIVS.POPV
LVS.IMPERIVM.CVM.DICTATORIS
IMPERIO.AEQVAVERAT.ET.EXERCITVI
PROFLIGATO.SVBVENIT.ET.EO.NOMI
NE.AB.EXERCITV.MINVCIANO.PA
TER.APPELLATVS.EST.CONSVL.QVIN
TVM.TARENTVM.CEPIT.TRIVMPHA
VIT.DVX.AETATIS.SVAE.CAVTISSIMVS
ET.REI.MILITARIS.PERITISSIMVS
HABITVS.EST.PRINCEPS.IN.SENATVM
DVOBVS.LVSTRIS.LECTVS.EST

Illud autem animaduertendum, quod licet Minucius imperio par esset Fabio, non tamen, vt quidam edit, Dictator dictus fuerat, vt rei gerundæ caussa eodem tempore duo essent Dictatores. Nam Liuius id nunquam factum esse tradit. Exemplum simile est libro XXXVI, vbi ait, Senatum decreuisse, vt Q. Fuluio Flacco Proconsuli par cum Consulibus imperium esset. & tamen non est creatus Consul, vt tres Consules eodem tempore essent, quod est dictu absurdum. Præterea ex oratione ipsius Fabij, quæ habetur lib. XXVIII id etiam apparet. Idem Liuius postquam commemorauit, abdicato Veturio rem ad interregnum rediisse, subdit. Consulibus prorogatum in unnum imperium. Nam Poly. Procos. fuisse tradit. Aedes Veneris Erycinæ votae Mentis vouit Atilius PR. Concordiæ facienda in arce locata.

537 C. *Terentius. L. Aemilius, qui fuerat Cos. inquit Liuius, cum M.LIVIO, non Lælio, vt apud ipsum. Vtriusque meminit etiam Poly. Cassiodorus, Plut. in vita Fabij. Paulli, & Annibalis, item Valerius III. cap. iv. fuitque Terentium ex macellaria patris taberna ad Consulatum conscendisse, nec satis fuisse Fortunæ ei largiri XII fasces, nisi etiam L. Aemilium Paullum conlegam dedisset. Idem Liuius ait ipsum Terentium fuisse mercis institorem, ostenditque qua arte ad consulatum peruenerit, & qua ipsius temeritate pugna infeliciter sit commissa, quam ante diem quartum Nonarum Sextilis factam esse literis mandauit Q. Claudius, vt refert Macrobius primo, & Gellius V. In qua, inter alios quamplurimos, cecidit Cn. Seruilius, & Minucius, qui priore anno Mag. Eq. fuerat, inquit Liuius. hunc supra Rufum, nunc Numatium vocat. Pugna hæc ad Cannas fuit quarta, quam Annibal aduersus Romanos feliciter commisit. Prius enim P. Scipionem ad Ticinum, Sempronium Longum ad Trebiã, Placentiæ fluuium, & C. Flaminium ad lacum Trasimenum superauerat. De M. Iunio Pera, & N. Fabio Dict. vide ipsum Liuium. Annibal hoc anno Capuæ hyemauit. Aedes Concordiæ dedicata.*

539 Q. *Fabius. cur huic continuatus sit consulatus ratio fuit, quod tempus, & belli necessitas faciebant, ne quis aut exemplum exquireret, aut suspectum cupiditatis imperij Consulem haberet. Censs. lustrum non fecisse asserit Liuius. horum meminit Valerius ii. cap. iv. sed apud ipsum Philippus pro Philo perperam legitur. Atilius filius est eius, vt opinor, quem à Pœnis captum esse, diximus.*

DXL Q.FABIVS.Q.F.Q.N. MAXIMVS — TI.SEMPRONIVS. GRACCHVS.II

C.CLAVDIVS.AP.F.C.N. CENTHO — DICT / MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVSSA

Q.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS

Q.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS.III — AP.CLAVDIVS.P.F.AP.N. PVLCHER

CN.FVLVIVS CENTVMALVS — P.SVLPICIVS.SER.F.P.N. GALBA.MAX

M.VALERIVS.P.F. LAEVINVS.II — M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS.IIII

Q.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS — DICT / MAG.EQ COMIT.HAB.CAVSSA

P.LICINIVS.P.F.P.N.CRASSVS. DIVES QVI.IDEM.PONT.MAX.ERAT

CENS.L.VETVRIVS. PHILO.IN.M.M.E.P.LICINIVS.P.F.P.N.CRASSVS. DIVES.ABD

Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIM.VERRVCOS.V — Q.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS.IV

CENS.M.CORNELIVS.M.F.M.N.CETHEGVS.P.SEMPRONIVS.C.F.C.N.TVDITANVS.L.F.XLIV

M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS.V IN.PROELIO.OCCISVS.EST — T.QVINCTIVS. CRISPINVS.IDEM.QVI PR.ERAT.EX.VVLNERE.IN.MAG.MORT.E

T.MANLIVS.T.F.T.N. TORQVATVS — DICT / MAG.EQ COMIT.HAB.ET.LVDOR.F.C

C.SERVILIVS.C.F.P. NEPOS.QVI IDEM.AED.CVR.ERAT

C.CLAVDIVS.TI.F.TI.N. NERO — M.LIVIVS.M.F.M.N. SALINATOR. II

M.LIVIVS.M.F.M.N. SALINATOR — DICT / MAG.EQ COMIT.HAB.CAVSSA

Q.CAECILIVS.L.F.L.N. METELLVS

Q.CAECILIVS.L.F.L.N. METELLVS — L.VETVRIVS.L.F.L.N. PHILO

P.CORNELIVS.P.F.L.N.SCIPIO.QVI POSTEA.AFRICAN.APPELL.EST — P.LICINIVS.P.F.P.N. CRASS.DIVES

Q.CAECILIVS.L.F.L.N. METELLVS — DICT / MAG.EQ COMIT.HABEND.CAVSSA

L.VETVRIVS.L.F.L.N. PHILO

M.CORNELIVS.M.F.M.N. CETHEGVS — P.SEMPRONIVS.C.F.C.N. TVDITANVS

CENS.M.LIVIVS.M.F.M.N.SALINATOR. C.CLAVDIVS.TI.F.TI.N.NERO.L.F.XXXXV

540 Q. Fabius, TI. Sempronius, horum meminit Gellius II. cap. eodem. Sic enim inquit. *Deinde facti Coss. Sempronius Q. Fabius Maximus filius eius, qui priore anno erat Cos.* Liuius etiam, & Plut. hunc superioris Consulis filium esse testantur. ¶ Centho Dictator Cos. fuit, anno DXIII, & Flaccus iam bis, & sequenti anno III. *Incendium Romæ per duas noctes, ac diem vnum. Hoc anno militem mercenarium primum Romani habuere.* ¶ Coss. sequentis anni meminit Valerius II, quo anno Gladiatorum munus primum datum est in foro Boario, & Ludi Apollinares instituti. Cn. Scipio xxix die post fratris mortem occisus est. Ap. Claudius filius est eius, qui anno DIIII. fuit Cos.

541 Huius, & superioris anni Consulum meminit Sex. Pom. libro XVII. Sed apud ipsum perperam habetur, C. Sulpicius, & C. Fuluius, hic filius eius videtur, qui anno DXXIIII fuit Cos. Sulpicium autem nullum antea magistratum curulem gessisse testatur Liuius, postea Dictator, & bis Consul fuit. *Legionibus XXIII à Romanis bellum terra, mariq; gestum: Annibal ad Anienem castra admouit. Septem tabernæ, quæ postea quinque, & Argentariæ, deinde Nouæ appellatæ sunt, circa Forum arsere.*

543 M. Valerius, M. Claudius. horum meminit Valerius IIII cap. 8. & Sex. Pomp. libro XIIX. his verbis. Tributorum collationem cum sit alia in capita, aliud ex censu, dicitur etiam quoddam temerarium, vt post vrbem à Gallis captam conlatum est: quia primis quindecim annis census olim non erat. Item bello Punico secundo Valerio Læuino, & M. Claudio Marcello Coss. cum & Senatus, & Populus in Aerarium, quod habuit, contulit, sed videtur legendum. Tributorum in collationem cum sit aliud in capito & reliqua, quæ postmodum recte se habent. ¶ Et Censores, inquit Liuius, hic annus habuit, L. Veturium Philonem, & P. Licinium Crassum Pont. Max. Crossus Licinius, neque Consul, nec PR. ante fuerat, quàm Censor est factus, ex ædilitate gradum ad censuram fecit. Sed hi Censores neque Senatum legerunt, neque quicquam publicæ rei egerunt. mors diremit L. Veturij, inde & Licinius censura se abdicauit. Vbi animaduertendum in A. C. mentionem fieri etiam de Censoribus, qui in magistratu mortui sunt, ad quos, si ad legitimum tempus peruenissent, Lustrum condere pertinebat. igitur verisimile est, Cethegum, & Tuditanum eo anno, quo Censores creati fuerunt, non sequenti, Lustrum condidisse. præsertim quod ab eo ad Lustrum sequens, quod in A. C. extat, quinque anni esse reperiuntur. horum Liuius ita meminit. Per eos dies & Censoribus creandis Q. Fabius Cos. comitia habuit. creati Censores ambo, qui nondum Consules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. hi locarunt reficienda, quæ circa forum incendio consumpta erant, Septem tabernas, Macellum, & Atrium regium. atq; Lustrum condidisse, censaq; esse ciuium capita CXXVII millia CXVII. Ex superiori Lustro, quo censa sunt ciuium capita CCLXX millia CCXIII, facile intelligimus quot virorum millia Canensi bello, & sequentibus sex annis desiderata sint.

545 Consulum huius anni Liuius sic meminit. Vndecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Marcellus V, (vt numeretur consulatus, quem vitio creatus non gessit) & T. Quinctius Crispinus. quibus verbis constat consulatus eorum, qui vitio creati erant, connumerari debere in numeris, qui adijciuntur, vt sciamus quoties quis cum magistratum sortitus sit. Nam Varro etiam scribit magistratum vitio creatum, nihilo secius magistratum esse. Plut. ait ipsum Marcellum supra sexaginta annos natum quintum Consulum factum esse. De quo Valerius etiam primo sic inquit. Cum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honoris, & Virtutis Clastidio prius, deinde Syracusis potitus nuncupatis debitum votis consecrare vellet, à conlegio Pontificum impeditus est, negante vnam cellam duobus Dijs recte dicari. Comitium tectum est.

546 C. Claudius, M. Liuius, huic adyciendum II, vt est apud Liuium XXXVII. in marmore abscisum est. horum meminit Valerius IIII, cap. i. & secundo, vbi perperam legitur, de Sex. Liuio, pro de M. Liuio. De cognomine Neronis vide Gellium XIII. Cum comitiorum, inquit Liuius, tempus appeteret, & per Dict. comitia haberi placuisset, C. Claudius Cos. M. Liuium conlegam Dictatorem dixit. Asdrubal in Italiam transiuit, & in prœlio occisus. Hanno vero viuus captus est. ¶ Veturius, qui sequitur, filius eius est, qui anno DXXXIII fuit Cos. & in Censura mortuus.

549 M. Cornelius, TI. Sempronius, non T. Sempronius, vt apud Liuium. De his Coss. Cic. in Bruto sic meminit. Atque hic Cethegus Consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo. & Cato ait his Coss. se Prætorem fuisse. Idem Liuius libro XXIX de Censoribus etiam mentionem facit, & Valerius VII cap. II. item IIII, cap eodem. Lustrum à Claudio conditum, cum ijs, qui in exercitu erant, censa sunt hominum millia CCLXV Aedem Virtutis ad portam Capenam M. Marcellus dedicauit. Aedes Fortunæ Primigeniæ uota. Matris Deum faciendam Censores locauerunt.

DL CN.SERVILIVS.CN.F.CN.N. CAEPIO C.SERVILIVS.C.F.P. NEPOS

P.SVLPICIVS.SER.F.P.N. GALBA.MAXIMVS. DICT COMIT.HABEND.CAVSSA

M.SERVILIVS.C.F.P.N. PVLEX.GEMINVS MAG.EQ

TI.CLAVDIVS.P.F.TI.N NERO M.SERVILIVS.C.F.P.N.PVLEX.GEMINVS

C.SERVILIVS.C.F.P NEPOS DICT COMIT.HABEND.CAVSSA

P.AILIVS.Q.F.Q.N. PAITVS MAG.EQ

CN.CORNELIVS.L.F.L.N LENTVLVS P.AILIVS.Q.F.P.N. PAITVS

BELLVM PHILIPPICVM

P.SVLPICIVS.SER.F.P.N.GALBA.MAXIM.II C.AVRELIVS.C.F.C.N COTTA

L.CORNELIVS.L.F.L.N. LENTVLVS P.VILLIVS.TI.F.TI.N TAPPVLVS

CENS.P.CORNELIVS.P.F.L.N.SCIPIO.AFRICAN.P.ALLIVS.Q.F.P.N.PAITVS. L.F.XXXXVI

T.QVINCTIVS.T.F.L.N. FLAMININVS SEX.ALLIVS.Q.F.P.N. PAITVS.CATVS

C.CORNELIVS.L.F.M.N. CETHEGVS Q.MINVCIVS.C.F.C.N. RVFVS

L.FVRIVS.SP.F.SP.N. PVRPVREO M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS

M.PORCIVS.M.F. CATO L.VALERIVS.P.F.L.N. FLACCVS

P.CORNELIVS.P.F.L.N.SCIPIO.AFRICAN.II. TI.SEMPRONIVS.TI.F.C.N. LONGVS

CENS.SEX.AILIVS.Q.F.P.N.PAITVS.CATVS.C.CORNELIVS.L.F.M.N.CETHEGVS.L.F.XXXXVII

550 CN. Seruilius Cæpio. huius collega dicitur C. SERVILIVS non Cn. Seruilius, vt apud Liuiam XXIX, cui etiam cognomen Gemini appani, cum in A. C. nullum adiectum sit, ex quo apparet, hanc familiam duplicem fuisse, Plebeiam, & Patriciam. ¶ Anno sequenti idem Liuius tradit C. Seruilium Dictatorem, quem perperam itidem Cneum vocat. Cliuus publicus ad solum exustus. Syphax à Romanis captus. Sophonisba eius vxor sumpto veneno diem obijt, Item Mago ex vulnere. Decessit etiam Q. Fabius Maximus.

551 TI. Claudius, non T. Claudius, vt apud Liuium. M. Seruilius. vterque erat patricius. ¶ Dictator C. Seruilius sine cognomine, vt diximus. Ab hoc Seruilio Dictatore ad Sullam neminem Dictatorem creatum esse, testatur Paterculus his verbis. Sulla creatus Dictator, cuius honoris vsurpatio per annos CXX intermissa. Annibal post XVI annum ex Italia in Africam traiecit. ¶ Anno sequenti in marmore legitur, P. ALLIVS quem Sexti fratrem fuisse apparet, qui Ailius est inscriptus. Anno vero DLIIII ac sequenti. item anno DLXXXVI habetur ALLIVS. Quare de hoc nomine varie scripto lectoris sit iudicium. ℂ Cn. Cornelius, qui sequitur, vt reor, pater est eius, qui anno DXCVII fuit Consul.

553 Anno, inquit Liuius, quingentesimo quadragesimo quarto ab Vrbe condita P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Coss. bellum cum rege Pyrrhu initum est. vbi legendum DLIIII, & omittit annum, de quo iam diximus. nam huius belli initium fuisse hoc, non sequenti anno, A. C. planè testantur. ¶ Censorum sequentis anni meminit idem Liuius libro LXXII Africani autem separatim Gellius IIII.et V.

555 T. Quinctius FLAMININVS, non Flaminius, vt apud Valerium IIII.cap. viij. Est autem Flamininus Quinctiorum cognomen, Flaminius vero nomen familiæ plebeiæ, quæ nullum habebat cognomen. De hoc Quinctio Plut. ita meminit. At populus Titum euestigio triginta nundum annos natum Consulem cum Sex. Aelio designat. Anno sequenti lege, C. CORNELIVS, non Cn. Cornelius, quo anno quatuor prætoribus duo additi sunt. Consulum huius anni, qui fuit Vrbis DLVI Cic. in Bruto sic meminit, C. Cornelio Q. Minucio Coss. Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi prælio vouerat, Liuius docuit fabulam.

558 M. Porcius Cato. Principio autem tertio nomine non Cato, sed Priscus vocabatur: consequenti tempore Cato ei virtutis cognomen extitit. Nam Rumoni eam, in qua multorum rerum vsus, ac experientia sit, Catonem nominant, auct. Plut. Cic. in Verrem ipsum plebeium & obscuro loco natum innuit, his verbis. M. Cato se virtute, non genere Populo Romano commendauit, & ipse sui generis initium, ac nominis, ab se gigni, ac propagari voluit.

559 TI. Sempronius, non T. Sempronius, vt apud Asconium in orationem pro C. Cornelio. vbi de his Coss. meminit, & apud Liuium, qui ait primo anno secundi belli Punici in Consulatu primo collegas fuisse. ℂ Cens. Sex. Aelius, C. CORNELIVS, non Cn. Cornelius. horum meminit idem Asconius, & Liuius libro XXXV.

eitq; censa esse ciuium capita CXLIII *millia* DCCIIII. *atque ipsos Cens. Aedilibus curulibus imperasse, vt loca Senatoria in spectaculis à populo secernerent, cum antea ad annum* DLVIII *in promiscuo spectatum esset, vt auct. est etiam Valerius IIII. cap V. Sed Liuius sibi ipsi contradicere videtur, qui tradidit loca ad spectacula tempore Tarquinij Prisci patribus, equitibusq; fuisse diuisa. Nisi forte pro patribus omnes patricios ibi intellexerit, hic vero eos solum, qui Senatores erant. Villa publica refecta. Aedes Iunonis Matutæ in foro Olitorio vota, Fauni dedicata: item Fortunæ Primigeniæ in Quirinali, & Iouis in Insula. Megalesia Ludos Senicos C, Atilius Serranus, L, Scribonius Libo Aed. Cur. primi fecerunt. quos Senatus primum à populo secretus spectauit.*

DLX	L.CORNELIVS.L.F.::::	MERVLA	Q.MINVCIVS.Q.F.L.N	THERMVS
	L.QVINCTIVS.T.F.L.N.	FLAMININ	CN.DOMITIVS.L.F.L.N.	AHENOBARBVS
	BELLVM ANTIOCHINVM			
	M'.ACILIVS.C.F.L.N	GLABRIO	P.CORNELIVS.CN.F.L.N.	SCIPIO NASICA
	L.CORNELIVS.P.F.L.N.SCIPIO.QVI.POSTEA ASIATICVS.APPELLATVS.EST		C.LAELIVS.C.F.C.	NEPOS
	CN.MANLIVS.CN.F.L.N.	VVLSO	M.FVLVIVS.M.F.SER.N.	NOBILIOR
	CENS.T.QVINCTIVS.T.F.L.N.FLAMININ.M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.L.F.XXXXVIII			
	C.LIVIVS.M.F.M.N.	SALINATOR	M.VALERIVS.M.F.M'.N.	MESSALLA
	M.AIMILIVS.M.F.M.N.	LEPIDVS	C.FLAMINIVS.C.F.C.	NEPOS
	SP.POSTVMIVS.L.F.A.N.	ALBINVS	Q.MARCIVS.L.F.Q.N.	PHILIPPVS
	AP.CLAVDIVS.AP.F.P.N.	PVLCHER	M.SEMPRONIVS.M.F.C.N.	TVDITANVS
	P.CLAVDIVS.AP.F.L.N	PVLCHER	L.PORCIVS.L.F.M.N	LICINVS
	CENS.L.VALREIVS.P.F.L.N.FLACCVS.M.PORCIVS.M.F. CATO.L.F.XXXXVIIII			

560 L. Cornelius. *Liuius prodit, Censores superiore anno creatos, hoc anno Lustrum condisse. censáq; ciuium capita* CXLIIII *millia* DCCIIII, *vt dictum est, sed A. C. ipsum arguunt, in quibus apparet superiore anno conditum esse. Nam, vt diximus, in eisdem annalibus non fit mentio de tempore quo creati, sed quo Lustrum condidere. Præterea legendum videtur censa capitum* CCXLIII *millia* DXXIIII. *quia cum anno* DXLIX *censa sint* CCLXV *millia, & intra decem annos non fuerint bella Romanis tam aduersa, dicere nō possumus* CXXI *millia* CCXCVI *desiderata esse. M. Cato ædiculā Victoriæ Virginis prope ædem Victoriæ, biennio ante votam, dedicauit,*

561 L. Quinctius. *hic fuit frater Titi, vt Liuius, & Plut. testatur. qui in vita Aemilij Paulli de cognomine Ahenobarborum sic inquit, Cum Castor, & Pollux nunciassent in foro Tarquinios, Latinosq; profligatos, ac primus, qui obuiam processit, non crederet, ipsi leniter arridentes barbam eius manibus attractasse dicuntur, & ex fusco in flauam conuertisse, viroq; cognomentum Ahenobarbi fecerunt. Ex gente autem Domitia duæ familiæ claruerunt, Caluinorum & Ahenobarbarum. Ahenobarbi originis itemq; cognominis auctorem habent L. Domitium. Functi autem consulatibus septem, triumpho, Censura duplici & inter patricios allecti perseuerarunt omnes in eodem cognomine, ac ne prænomina quidem vlla præter Cnei, & Lucij vsurparunt. eaq; ipso notabili varietate, modo continuantes vnumquodq; per ternos personas, modo alternantes per singulas. Nam primum, secundumq;, ac tertium Ahenobarborum Lucios, rursus sequentes tres ex ordine Cneos accepimus, auct. Suet. in Nerone. Tiberis duos pontes, ædificia multa, maxime circa portam Flumentanam euertit. Incendio à foro Boario orto diem, noctemq; ædificia in Tiberim versa. arsere, Tabernæq; omnes cum magni precij mercibus conflagrarunt. Aedes duæ Iouis in Capitolio dedicatæ sunt. Vouerat L. Furius Purpureo vnam PR. Gallico bello, Alteram Consul dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. Aed. Cur. Porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt. ¶ Bellum Antiochinum aduersus Antiochum Syriæ regem, Syriacum, atque Asiaticum, etiam appellatum, cœptum est.*

562 M'Acilius. *vt apud Appianum in eo libro, qui Syrius inscribitur, non M. Acilius. vt in omnibus codicibus Liuij & apud Macrobium primo Sat. cap. xvi, cuius verba citauimus anno* CCLXXX. *Scipio Calui est filius,*

Cos. anno DXXXI, *Iuuentutis ædes dedicata in Circo maximo, & in Palatio Magnæ matris Ideæ. ¶ Consulum sequentis anni meminit Gellius XVI. cap. iiij. & vij. cap. xix atq; L. Cornelium Africani maioris fratem fuisse, quod & Plut. testatur.*

564 CN.MANLIVS VVLSO, *non Manius Vlisa, vt apud Appianum in Syriaca historia. Fuluius fratrem habuit prænomine Quintu. Ideo lectorem admonemus, quia eodem tempore fuere olij duo Q. Flacci ambo consulares, quorum vnus Cnei, alter vero Quinti erat filius. Consulum, Censorumq; huius anni meminit Flaurus, scribitq; Lustrum conditum esse, atque censa ciuium capita* CCLVIII *millia* CCCXXVIII. *idem ait Liuius, item Plut. in Africani, et T.Quintij vita. vbi perperam legitur, T. Q. Flaminius.* ¶ *Consulum q anno secundo post sequuntur Vrbis* CLXVI, *meminit Valerius VI. cap. eodem. C. Flaminius ædem Dianæ in prælio contra Ligures vouit.*

569 L. *Porcius* LICINVS, *non Licinius. P. Claudius. hunc superioris Claudij fratrem fuisse tradit Liuius, & infra Catonis Censuram pluribus verbis commemorat. de qua meminit etiam Valerius IIII. et cap. v. et Gellius XIII. cap. xix. Hic Cato annos decem post consulatum Censuram ambiuit. quæ omnium magistratuum princeps est. in quo honore basilicam Porciam è se denominatam struxit. Pollentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum Coloniæ deductæ, & Ciuium Romanorum Mutina, & Parma. ¶ Anno sequenti, qui fuit Vrbis* DLXX *P. Licinius Crassus Pont. Max. & Annibal mortui sunt.*

DLXX Q.FABIVS.Q.F.Q.N LABEO M.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS
L.AIMILIVS.L.F.M.N. PAVLLVS CN.BAEBIVS.Q.F.CN.N. TAMPHILVS
P.CORNELIVS.L.F.P.N. CETHEGVS M.BAEBIVS.Q.F.CN.N. TAMPHILVS
A.POSTVMIVS.A.F.A.N. ALBINVS C.CALPVRNIVS.C.F.C.N.PISO. IN.M.M.E.IN.E.L.E.I
Q.FVLVIVS.CN.F.M.N FLACCVS
L.MANLIVS.L.F.L.N.ACIDINVS.FVLVIAN Q.FVLVIVS.Q.F.M.N FLACCVS
HEI FRATRES.GERMANI.FVERVNT
CENS.M.AIMILIVS.M.F.M.N.LEPIDVS.M.FVLVIVS.M.F.SER.N.NOBILIOR.LVSTR.F.L
M.IVNIVS.M.F.L.N BRVTVS A.MANLIVS.CN.F.L.N VVLSO
C.CLAVDIVS.AP.F.P.N. PVLCHER TI.SEMPRONIVS.P.F.TI.N. GRACCHVS
CN.CORNELIVS.L.F.L.N.SCIPIO.HISPALLVS.Q.PETILLIVS.C.F.Q.N.SPVRINVS.IN.MAG
IN MAG.MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.F.E POSTEA.QVAM.SIBI CONLEG.SVBROG.OCCIS.I
C.VALERIVS.M.F.P.N. LAEVINVS
P.MVCIVS.Q.F.P.N SCAEVVLA M.AIMILIVS.M.F.M.N. LEPIDVS.II
SP.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBIN.PAVLLVL Q.MVCIVS.Q.F.P.N SCAEVVLA
CENS.Q.FVLVIVS.Q.F.M.N.FLACCVS.A.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBINVS.LVSTR.F.LI

571 L. AIMILIVS. PAVLLVS, *non L. Aemylius Paulus, filius est eius, qui anno* DXXXIIII *fuit Cos. Aliquoties frustra consulatum petijt, idemq; cum iam campum repulsis suis fatigasset, bis Cos. & Cens. factus est, auct. Valerius VII. cap. v. Vtriusque honoris mentio est in titulo, quem in eius triumphi anno citauimus. huic vxor fuit Papiria Masonis viri consularis filia, ex qua Scipionem, & Fabium suscepit cum ea diuortium fecit, aliamq; duxit vxorem. ex qua cum duos filios suscepisset, eos quidem domi habuit, alios duos clarissimis domibus per adoptionem inseruit. quorum maior à Q. Fabio quinquies Consule, minor à Scipione Africano adoptatus est. auct. Plut.* CN BAEBIVS TAMPHILVS, *non Cn. Bebius Pamphilus. frater fuit Marci, qui sequitur, vt Liuius testatur.*

572 P. *Cornelius.* CETHEGVS, *non Lentulus, vt apud Liuium. huius, & conlegæ mentio est apud Plut. in Numa, & Valerium primo cap. eodem. & II. cap. i. Colonia Grauiscæ in agrum Etruscum deducta, & Aquileia colonia latina in agrum Gallorum. Aedes Veneris Erycinæ ad portam Collinam, & Pietatis in foro Olitorio dedicatæ.*

574 L. *Manlius, Paterculus, Fuluius Flaccus, inquit, in Acidiani Manlij familiam in adoptionem datus est, Ideo gentilicio nomine, velut in cognomentum verso, Fluuianus dictus est, potuitq; cum Quinto eius fratre Consul crea*



vi. Aduertendum quod adoptatus demonstrabatur modo per nomen eius familiæ in qua natus erat, an ante vltimam syllabam interposito, vt Aemilianus, Seruilianus, Liuianus, modo per cognomen immutatum, vt Lucullus, Scipio, Paullus. ¶ Censorum autem meminit Liuius XLI, & Sex. Pom. his verbis. Macellum dictum à Macello quodam, qui exercebat in Vrbe latrocinium, quo damnato Censores Aemilius & Fuluius statuerunt vt in domo eius obsonia venderentur. Meminit & Valerius IIII cap. ij. & Gellius XII. cap. viij. & vterque de Fuluio, qui ab ipsis Flaccus cognominatur, non Nobilior, vt in A C. sed vtroque cognomento forsan appellabatur. hoc Lustro censa sunt ciuium capita CCLXXIII millia CCXLIIII,

578 P. Mucius. *huius & sequentis anni Consules apud Liuium interciderunt, in quibusdam tamen locis mentio de ipsis inuenitur. Muciorum autem familia quanquam sero magistratibus functa est, tamen anno primo Vrbis liberatæ cognomen Scæuulæ acquisiuit. de quo Sex. Pom. sic inquit. Læua sinistra, quam Græci σκαιὰν dicunt, & vnde tractum cognomen Scæuula. meminit & Liuius secundo.*

579 Sp. *Postumius* PAVLLVL. *non Paullus, hoc enim cognomen est Aemiliorum, non Postumiorum. Quod si per adoptionem in hanc transiuisset, non Paullul. sed Aemilianus vocaretur. ¶ Hoc anno Censores Q. Fuluium, A. Postumium creatos esse tradit Liuius XLI, & sequenti libra Postumium anno sequenti Lustrum condidisse, censaq; ciuium capita CCLXIX & XV. Apud Florum habetur CCLVII millia CCCXXXI. Ex A. C. autem constat hoc, non sequenti anno, Lustrum factum esse. De his Cens. meminit Paterculus, & de Fuluio separatim Valerius primo cap. II. his verbis. Q. Fuluius Flaccus impune non tulit, quod in Censura tegulas marmoreas ex Iunonis Lucinæ templo in ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ faciebat, transtulit. Negatur enim post hoc factum mente constitisse, quin etiam per summam ægritudinem animi expirauit. hoc etiam pluribus verbis à Liuio commemoratur, atq; ipsum Procos. ædem ipsam in Hispania vouisse: qui tamen PR. fuit. ¶ Anno sequenti Floralia instituta esse scribit Ouid. V. Fastorum.*

DXXC	L.POSTVMIVS.A.F.A.N.	ALBINVS	M.POPILLIVS.P.F.P.N	LAENAS
	C.POPILLIVS.P.F.P.N	LAENAS	P.AILIVS.P.F.P.N	LIGVS
		AMBO.PRIMI.DE.PLEBE		
		BELLVM PERSICVM		
	P.LICINIVS.C.F.P.N	CRASSVS	C.CASSIVS.C.F.C.N	LONGINVS
	A.HOSTILIVS.L.F.A.N	MANCINVS	A.ATILIVS.C.F.C.N	SERRANVS
	Q.MARCIVS.L.F.Q.N.	PHILIPPVS.II.	CN.SERVILIVS.CN.F.CN.N	CAEPIO
	CENS.C.CLAVDIVS.AP.F.P.N.PVLCHER.TI.SEMPRONIVS.P.F.TI.N.GRACCHVS.L.F.LII			
	L.AIMILIVS.L.F.M.N	PAVLLVS.II	C.LICINIVS.C.F.P.N	CRASSVS
	Q.AELLIVS.P.F.Q.N	PAETVS	M.IVNIVS.M.F.M.N	PENNVS
	C.SVLPICIVS.C.F.C.N	GALVS	M.CLAVDIVS.M.F.M.N.	MARCELLVS
	T.MANLIVS.A.F.T.N	TORQVATVS	CN.OCTAVIVS.CN.F.CN.N.	
	A.MANLIVS.A.F.T.N	TORQVATVS	Q.CASSIVS.L.F.Q.N.LONGINVS.IN.M.M.E	
	CENS.L.AIMILIVS.L.F.M.N	PAVLLVS.Q.MARCIVS.L.F.Q.N.	PHILIPPVS.L.F.LIII	

581 C. *Popillius, P. Ailius. his in marmore subsequitur.*

AMBO. PRIMI. DE. PLEBE. *vt intelligas & si per legem latam anno CDXI licebat, tamen id nunquam factum esse. Ideo animaduertendum quod etiam sequentibus annis quandoque ambo erant plebei, & vt conijcio, nunquam patricij.*

582 P. LICINIVS, *non Q. Licinius, vt apud Gellium IX cap. iiij. Vbi Plinij verba hæc citat. Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum, inuenimus in annalibus P. Licinio Crasso, & C. Cassio Longino Coss puerum factum ex virgine sub parentibus. iussuq; Aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius autem fratrem habuit prænomine Caium, qui anno tertio post. fuit Cos. ¶ Sequenti anno, qui fuit Vrbis conditæ* DLXXXIII. *Cos. apud Liuium interciderunt. Hostilij tamen quibusdam in locis mentio habetur. Cassiodorus vtrunque perperam Caium vocat.*

584 CN. SERVILIVS, *non Q. Seruilius, vt apud Liuium. huius & conlegæ meminit Cic. in Bruto, & in Catone, atq; hoc anno Ennium obijsse. Censorum vero Valerius VI. cap. v. his verbis, Cum TI. Gracchus, & C. Claudius ob nimis seuere gestã Censurã maiorem partem ciuitatis exasperassent d e C. Claud [illegible] his M.*

POPILLIVS(*non Pompilius, vt apud ipsum*) TR. PL. *perduellionis ad populum dixit. Idem Liuius* XLIII *tradit Populum Romanum hos Cens. creauisse, & sequenti libro censum Idibus Decembribus senerius, q̃ ante habuisse. Eorundem Cens. meminit etiam libro* XLV. *Lustrum desideratur, Florus scribit censa esse ciuium capita* CCCXII *millia* DCCCV. *In quibusdam tamen codicibus habetur* CCXII *millia* DCCCV. *Sed puto in vtroque numero erratum esse, legendumq́; CCLXII. quia cum superiori lustro censa sint ciuium capita* CCLXIX *millia* XV, *interimq́; non fuerint prælia tam aduersa Romanis, non est credendum hominũ* LVI *millia* CCX *desiderata esse, neque etiam sit verisimile plus* C. *millibus ciuium numerum auctum. ideo error deprehenditur. Quanquam lustra, quæ sequuntur apud ipsum Florum numerum* CCC *millium capitum semper excedunt, vt error potius sit in numero* CCXII, *quàm in numero* CCCXII.

585 L. Aimilius. *De hoc Aimilio filio eius, qui ad Canas occubuit, vide in eius triumpho secundo Patereuli verba. Liuius tradit hunc creatum iterum Consulem anno* XVII *post primum eius consulatum, vbi legendum anno* XIIII. *fuit enim Cos. primum anno* DLXXI. *Per hunc Aimilium exitus belli Persici impositus est, cæso, fusoq́; exercitu, ipsoq́; rege capto. Plut. tradit hunc sexaginta annos natum Cos. iterum factum.*

587 M. Marcellus, *Marcelli quinquies Consulis fuit nepos, auct. Asconius.* C. SVLPICIVS, *non Cn. Sulpicius, vt legitur apud Terentium ante Andriæ prologum, vbi agitur de tempore quo Comœdia illa est acta. Ibi de altero Aedili legendum est, M'. Glabrione. & eum sequenti anno Hecyra secundo sit acta. deinde C. Cornelio, & M'. Iuuentio (quanquam hic anno* DXC *conlegam habuit* TI. *Sempronium) Cos. Heautontimorumenos Eunuchus vero, & Phormio,* C. FANNIO, *&* M. *Valerio Coss. & sequenti anno* L. ANICIO, *&* M. *Cornelio Adelphi, apparet has comœdias nunc suum ordinem non obtinere.*

588 CN. Octauius, *huius meminit Cic. Philip. ix. vbi sic inquit, Cn. Octauij clari & magnifici viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit Consulatum, statuam videmus in Rostris. Eiusdem meminit Sex. Pom.* XIII. *his verbis. Octauiæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem, Octauia soror Augusti fecit. alteram theatro Pompei proximam Cn. Octauius Cn. F. qui fuit Aed. Cur. PR. Cos. Xuir. S.F. triumphauitq́; de rege Perse nauali triumpho.*

589 Q. Cassius IN. M. M. F. *hoc est, in magistratu mortuus est. Aimilij autem censuræ meminit Valerius* VII. *cap. ii. & Plut. aitq́; esse censa ciuium capita* CCCXXXVII *millia. Florus vero* CCCXXVII *millia* XXII. *potest videri in altero X abundare, vel in altero deesse, vel non ita adunguem numerum executi sunt. Sed qui edit superiori lustro censa esse capita* CCXII *millia* DCCCV *tantum, interimq́; valde peste sit laboratum, dicat, quomodo ciuium numerus ad* CXIIII *millia* XXXVII *creuerit?*

DXC	TI.SEMPRONIVS.P.F.TI.N. GRACCHVS.II		M'.IVVENTIVS.T.F.T.N	THALNA
	P.CORNELIVS.P.F.CN.N.SCIPIO.NASICA		C.MARCIVS.C.F.Q.N.	FIGVLVS
	VITIO FACTI.ABDICARVNT.IN.EORVM.LOC.FACTI.SVNT			
	P.CORNELIVS.L.F.L.N	LENTVLVS	CN.DOMITIVS.CN.F.L.N.AHENOBARB	
	M.VALERIVS.M.F.M.N.	MESSALLA	C.FANNIVS.C.F.C.N	STRABO
	L.ANICIVS.L.F.L.N	GALLVS	M.CORNELIVS.C.F.C.N	CETHEGVS
	CN.CORNELIVS.CN.F.CN.N.	DOLABELL	M.FVLVIVS.M.F.M.N.	NOBILIOR
	CENS.P.CORNELIVS.P.F.CN.N.SCIPIO.NASICA.M.POPILLIVS.P.F.P.N.LAENAS.L.F.LIIII			
	M.AIMILIVS.M'.F.M'.N	LEPIDVS	C.POPILLIVS.P.F.P.N	LAENAS.II
	SEX.IVLIVS.SEX.F.L.N	CAESAR	L.AVRELIVS.L.F.L.N	ORESTES
	L.CORNELIVS.CN.F.L.N.LENTVL.LVPVS		C.MARCIVS.C.F.Q.N	FIGVLVS.II
	P.CORNELIVS.P.F.CN.N.SCIPIO.NASIC.II		M.CLAVDIVS.M.F.M.N	MARCELL.II
	Q.OPIMIVS.Q.F.Q.	NEPOS	L.POSTVMIVS.SP.F.L.N.ALBIN.	IN.M.M. IN.E.L.F.B
			M'ACILIVS.M'.F.C.N.	GLABRIO
	CENS.M.VALERIVS.M.F.M.N.MESSALLA.C.CASSIVS.C.F.C.N.LONGINVS.LVSTR.F.LV			

590 TI. SEMPRONIVS, non T. Sempronius: hunc bis Consulem fuisse testatur Appianus prima, & Plut. his verbis, TI. & C Gracchus patrem habuere Tiberium duobus consulatibus, duobusq; triumphis, & censuræ gloria insignem. M'. Iuuentius THALNA, non Helua, neque Talua, vt apud Valerium IX. cap. xij. qui tradit in magistratu mortuum esse. de qua morte in marmore nõ fit mentio, inibiq; cũ legatur M'. IVVENTIVS cum T non C apparet, non à iuueneo, vt quidam edit, nomen deductum esse, sed ab hoc nomine iuuentus: nam interposita litera I ante us Iuuentius nomen gentilicium efficitur. Errant igitur & qui à iuuenta deducunt, cum gentilicia deducantur à solis nominibus in us desinentibus.

591 P. Cornelius, G. Marcius, horum Coss. meminit Valerius primo, his verbis, C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsica Romam redierunt, & se consulatu abdicarunt. mox addit caussam, quod comitijs consularibus Tabernaculum vitio captum esset. Quam rem Cic. II. de nat. deorum multis verbis commemorat. Cornelius is est, quem idem Cic. VI. ad Atticum ait proauum fuisse eius Scipionis, qui in Metellorum familiam adoptatus fuerat. ℂ Coss. sequentis anni meminit Gellius II. cap. xxiv. & xv. cap. xi, atq; his Coss. factum S. C. de expellendis ab Vrbe Philosophis, & Rhetoribus, legemq; latam de coercendis sumptibus, qui ludis Megolensibus antiquo ritu mutuis conuiuijs fiebant.

594 Cn. Cornelius. M. Fuluius. his Coss. Terentius Comicus mortuus est. Censorum meminit Gellius IIII cap. vlt. vbi POPILIVS, non Pompilius legendum est. De eisdem Cens. Plin. xxxiv sic scribit L. Piso prodidit M. Aemilio, & C. Popillio Coss. à Censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popillio statuas circa Forum eorum, qui magistratum gesserunt sublatas omnes præter eas, quæ populi, aut Senatus sententia statutæ essent. Censuræ Scipionis separatim meminit Cic. VI. ad Att. & Nepos de viris illustribus his verbis. P. Scipio Nasica à Senatu vir optimus iudicatus Matrem Deum hospicio recepit. Censor statuas, quas sibi quisque per ambitionem ponebat, sustulit. Cos. Delminium vrbem Dalmatarum expugnauit, imperatoris nomen à militibus, & ab Senatu triumphum recusauit oblatum: eloquentia primus, iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit, unde vulgo Corculum dictus. Censa autem sunt ciuium capita CCCXXVIII millia CCCXIV. Quod Plinius dicit statuas à Censoribus sublatas M. Aemilio, & C. Popilio sequentis anni Consulibus, non tamen sequitur, vt quidam putant, lustrum eo anno conditum esse. Nam cum censura esset annua & semestris existimandum est, eo anno quo creati fuerant Cens. fuisse tempus legitimum condendi lustrum, illudq; tunc fecisse, mox reliqua ad se pertinentia munera suo ordine obijsse: & quæ minoris momenti erant, vltimo loco reliquisse, & sic anno sequenti ipsas statuas sustulerunt, superiori anno, vt est in marmore, lustro iam facto.

596 Sex. Iulius, L. Aurelius, horum meminit Plin. XXXIII. atq; fuisse Coss. annis septem ante tertium Punicum bellum, atque eo anno in ærario Populi Romani pondo DCCXXVII millia. argenti XCII millia, & extra numerum CCC & LXXV millia. De Figulo, qui sequitur, vide Valerium cap. de ira, & de eodem & conlega Cic. in Bruto.

599 L. Postumius, non M. Postumius. De morte huius Obsequens sic inquit. Postumius Cos. in prouinciam proficiscens, cum imolaret, in plurimis victimis caput in iocinere non inuenit, profectusq; post diem septimum æger Romam relatus expirauit. Censorum meminit Valerius II cap. i. & iiij. eiusdem libri separatim de Messalla, his verbis. M Valerius Messalla censoria nota perstrictus, censoria postmodum potestate imperauit. Quidam de eo, qui anno DCXII. fuit Cos. cum M Pupio intelligunt. quod est verisimilius, quia post Gellium Censorem eum nominat. Florus tradit, cum ab his Censoribus Theatrum extrueretur, ex S C. à P Nasica tanquam inutile, & moribus publicis nociturum disturbatum esse, quod Lapideum fuisse scribit Orosius. de eodem meminit etiam Appianus & Paterculus. atq; Cassium à Lupercali in Palatium versus illud facere instituisse. hoc lustro censa sunt ciuium capita CCCXXIV millia. quod hoc, non sequenti anno, conditum esse testantur A. C. id quod verissimum est, ob eam etiam rationem, quam sæpe diximus.

DC	Q.FVLVIVS.M.F.M.N.	NOBILIOR	T.ANNIVS.T.F.	LVSCVS
	M.CLAVDIVS.M.F.M.N.	MARCELL.III	L.VALERIVS.L.F.P.N. FLACCVS.IN.MAG M.E	
	L.LICINIVS.: : : N.	LVCVLLVS	A.POSTVMIVS.A.F.A.N.	ALBINVS
	T.QVINCTIVS.T.F.T.N.	FLAMININ	M'.ACILIVS.L.F.K.N.	BALBVS

BELLVM PVNICVM TERTIVM

L.MARCIVS.C.F.C.N.	CENSORINVS	M'.MANILIVS.P.F.P.	NEPOS
SP.POSTVMIVS.SP.F.A.N.ALBINVS.MAGN		L.CALPVRNIVS.C.F.C.N.PISO.CAESONIN	
P.CORNELIVS.P.F.P.N.SCIPIO.AFRICAN. AIMIL		C.LIVIVS.MAMILIANI.F.M.N.	DRVSVS
CENS.L.CORNELIVS.CN.F.L.N.LENTVLVS.LVPVS.		L.MARCIVS.C.F.C.N.CENSORIN L.F.LVI	
CN.CORNELIVS.	LENTVLVS	L.MVMMIVS.	ACHAICVS
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.	MAX.AIMILIAN	L.HOSTILIVS.: : : L.N.	MANCINVS
SER.SVLPICIVS.SER.F.P.N.	GALBA	L.AVRELIVS.	COTTA

600 Q. Fuluius, T. Annius LVSCVS, non Fusius, horum meminit Cic. in Bruto, & Sex. Pom. XVII. separatim Annij his verbis. Annius Luscus in ea, quam dixit aduersus Ti. Gracchum, imperium, quod plebs per satis tam dederat, id abrogatum est. Hic Annius is videtur, qui cum Cn. Seruilio, & Ap. Claudio missus est legatus in Macedoniam ad res repetendas, vt tradit Liuius XLII. Hi Coss. iniere K. Ianuarij, vt scribit Cassiodorus, idq; innuit etiam Florus XLVII. Is dies ineundi consulatum solemnis postea mansit. ℂ Coss. sequentis anni meminit Obsequens, & Cassiodorus.

602 L. Licinius, A. Postumius, horum meminit Florus XLVIII, & Macrobius primo Sat. item Gellius XI. cap. vIII, atq; Postumium res Romanas græca oratione scripsisse. sed inferius apud Florum legitur, cum Claudius Marcellus, vbi legendum, qui Claudio Marcello. Cum hi Coss. delectum seuere agerent, nec quenquam gratia dimitterent, à TR. PL. qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sūt. Idem Florus scribit hoc anno ex præcepto librorum Sybillinorum Diti patri ludos factos esse, qui anno primo primi Punici belli ab Vrbe condita quingentesimo altero facti erant. vbi videtur legendum, qui anno vndecimo primi Punici belli. sequitur illorum opinionem, qui horum ludorum legitimum tempus centum annorum fuisse volunt. Quod si sequimur A.C. legendum erit. Qui anno XXIX primi Punici belli quingentesimo & decimo septimo anno ab Vrbe condita facti erant. Idem tradit, hoc anno tertium Punicum bellum initium habuisse, & intra quartum annum consumatum esse, Carthaginemq; oppugnari cœptam à L. Marcio, & M'. Manilio Coss. captamq; à Scipione Cos. Sed ijdem annales ipsum arguunt, in quibus apparet id bellum cœptum anno Vrbis DCIIII, arguit etiam Macrobius, ac Paterculus, qui vult ipsum Scipionem, non Cos. vt ipse Florus, & Cic. in somnio eiusdem Scipionis, sed anno sequenti Procos. Carthaginem deleuisse. eius verba apposui. Scipio Africani filius Cos. creatus bellum Carthagini, iam ante biennium à prioribus Coss. illatum maiore vi intulit. Mox subdit. Carthago diruta est, cum stetisset annis DCLXVII Cn. Cornelio & L. Mummio Coss. cum qua bellare maiores nostri cœpere Claudio & Fuluio Coss. Quibus verbis apparet ipsum dissentire à Floro, qui vult eam vrbem anno DCC, quàm erat condita, à Scipione deletam esse. ℂ Sequentis anni Consulum meminit Cassiodorus. Apud Cic. in Catone legitur T. Quinctius ab alijs L. Quinctius, vt sit filius eius, qui anno DLXI fuit Cos. ego vero potius crediderim T. Quinctij filium Cos. anno DLV, & patris prænomine appellatum.

604 M' Manilius, non M. Manlius, neque Annius Manlius, vt apud Cic. in principio somnij Scipionis. huius Manilij & collegæ meminit etiam XII ep. prima ad Att. quo in loco interpretes titubant, eo quod ibi Manlio pro Manilio legitur, & eius prænomen ignorauerunt. fuit hic Manilius plebeius, cognomineq; carebat quod ex verbis ep. modo citatæ conijcimus. et ex ijs, quæ habentur libro quarto ep. ocupationum quæ sunt hæc. Hanc ego de rep. quam institui disputationem in Africani personam, & Phili, & Læli, & Manilij contuli; adiunxi adolescentes Q. Tuberonem, P. Rupilium, duos Lælij generos Scæuolam, & Fannium. Nam eos, qui cognomen non habent, nomine familiæ nominat, vt Manilium, Rupilium, & Fannium, reliquos vero suis cognominibus ostendit. Appianus in libro, qui Lybicus inscribitur, de his Consulibus sic inquit.

Imperatores ad id bellum Coss. M'. *Manilium, qui pedites duceret, L. vero Marcium, qui equitatui præesset, elegerunt. Manilij autem pater, is fuisse videtur, quem Liuius* XLV. *legatum ad bellum Illyricum missum esse commemorat. Cic in Bruto scribit L. Pisonem Frugi* TR. PL. *Marcio; & Manilio Coss. legem de repetundis tulisse. Marcellus maritima tempestate obrutus perijt.* ¶ *Consulum sequentis anni meminit Obsequens. Postumius filius est eius, qui anno* DLXXIX *fuit Cos.*

606 C. *Liuius* MAMILIANI. F. *hoc est filius eius, qui ex Mamilia in Liuiam familiam per adoptionem transierat. Licet in marmore post primum M. sit punctum, quod per errorem factum videtur: quia* AMILIANI *sequens nihil significat, nisi velis post primum A deesse I legendumq; M.* AIMILIANI. F. *hoc est filius eius M. Aemilij, qui ex Lepidi in Liuiam per adoptionem insertus familiam fuerat. P. Cornelius Scipio Aemilianus L. Paulli filius Africani nepos, sed adoptiuus, inquit Florus. huius meminit Gellius* VII. *cap. xij. & Cic.* XVI. *ep. O easum ad Att. his verbis. In præsentia velim mihi scribas. quibus Coss. C. Fannius, M. Fabius* TR. PL. *fuerint. videor mihi audisse, P. Africano, L. Mummio: id igitur quæro quo in loco legendum arbitror, quibus Censoribus. Nam hic Scipio nusquam in consulatu Mummium conlegam habuit, sed in censura.* ¶ *Censorum mentio est apud Valerium* VI *cap. xi vbi sic inquit, L. Lentulus consularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppressus, Censor cum L. Censorino creatus est. Censa sunt ciuium capita* CCCXXII. *milia, auct. Eusebius. De hoc lustro non meminit Florus.*

607 CN. *Cornelius filius est, vt reor, eius, qui anno* DLII *fuit Cos. L. Mummius. De his Coss. volunt Cic.* XIII. *ad Att. intellexisse, vbi sic inquit. Reperies ex eo libro in quo sunt senatus consulta Cn. Cornelio & L. Coss. vbi legendum, & L. Mummio Coss. alioquin, & L. Cornelio intelligendum esset. Mummij meminit ep. prima eiusdem libri. Quem Achaico bello gerendo destinatum fuisse Cos. testatur Gellius* X. *cap. xvi, Idea Achaici cognomen acquisiuisse asserit, & Paterculus his verbis. Vterque imperator deuictæ à se gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est Achaicus. nec quisquam ex nouis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicauit. Idem tradit hoc anno Carthaginem concidisse, ac M. Catonem, perpetuum eius diruendæ auctorem, mortem obijsse. non autem in principio Punici belli tertij, vt scribit Plut. Mummius Corinthum, quod ibi legati Romani violati erant, ex S.C. diruit.*

608 Q. *Fabius, inquit Paterculus, Aemilianus Paulli exemplo disciplinæ in Hispania fuit clarissimus. Hic ex Aemilia in Fabiam familiam iure adoptionis (nam Fabius Verrucossus, non eius filius eum adoptauerat) transierat, vt tradit Plut. & Valerius* V. *cap. x. Mancini eius conlegæ extat titulus in eadem Hispania* XX. *milia pas. à Patrono oppido procul, cuius exemplum subieci.*

L.MANCINO.COS.RO.QVI.IN.REBELLANTES LVSITANOS.ARMA
MOVENS.IN.ISCE.QVOS.VIDETIS.MONTIBVS.DECERTANS
TRIGINTA.LVSITANORVM.MILLIA.DELEVIT.QVO.REM.POPVLI
RO.LONGE.LATEQ.IN.EXTREMIS.TERRIS.TVTAM
AVCTAMQ.REDDIDIT. PRAEFECTI.PER.SINGVLAS.TVRMAS
LEG.II.MARSOR.ET.LEG.V.PRISCOR.LATINORVM.H
SIMVLACRVM.EREXERE

Hunc Mancinum filium eius opinamur, qui anno DLXXIII *fuit* PR. *mox Cos. fratremq; C. Mancini, qui sequitur Cos. Bellum aduersus Viriathum Lusitanum C. Lælium* PR. *gessisse commemorat Cic.* II. *de officijs.*

609 *Ser. Sulpicius. L. Aurelius, horum meminit Valerius* VI. *cap. iiij. & Front. his verbis. Anno ab Vrbe condita* DCVIII *Ser. Sulpicio Galba, & L. Aurelio Cotta Coss. cum aquæ Appiæ ductus, & Anienis vetustate quassati, priuatorum etiam fraudibus interciperentur, datum est à Senatu negotium M. Titio, qui tunc* PR. *inter ciues & peregrinos ius dicebat, eorum ductuum reficiendorum, & vindicandorum. Sed legendum anno ab Vrbe condita* DCIX. *harum Coss. mentio est etiam in testamento militari, quod in nostra Vrbis topographio extatur.*

D X AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N.	PVLCHER	Q. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELL.	MACEDON
L. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELL.	CALVVS	Q. FABIVS. Q. F. Q. N.	MAXIM. SERVILIAN

CENS. P. CORNELIVS. P. F. P. N. SCIPIO. AFRICAN. AIMILIAN. L. MVMMIVS. ACHAICVS. L. F. LVII

CN. SERVILIVS.	CAEPIO	Q. POMPEIVS. A. F.	RVFVS
C. LAELIVS. C. F. C. N.	SAPIENS	Q. SERVILIVS	CAEPIO
CN. CALPVRNIVS.	PISO	M. POPILLIVS.	LAENAS
P. CORNELIVS. P. F. P. N. SCIPIO.	NASIC SERAPIO	D. IVNIVS. M. F. M. N.	BRVTVS
M. AIMILIVS.	LEPIDVS. PORCINA	C. HOSTILIVS	MANCINVS
P. FVRIVS. . . . P. N.	PHILVS	SEX. ATILIVS.	SERRANVS

CENS. AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. PVLCHER. Q. FVLVIVS. M. F. M. N. NOBILIOR. L. F. LVIII

SER. FVLVIVS.	FLACCVS	Q. CALPVRNIVS.	PISO
P. CORNELIVS. P. F. P. N. SCIPIO. AFRICAN A'MILIAN. II		C. FVLVIVS.	FLACCVS

610 *Ap. Claudius, Q. Cæcilius. horum Coss. meminit Frontinus, Orosius, & Cassiodorus. Cæcilius fratrem habuit Caluum, qui sequitur Cos. Valerius VII. tradit, Q. Cæcilium eadem tempore vidisse tres filios consulares, vnum etiam censorium, duos triumphales, & quartum prætorium, eadem ferè scribit Nepos de illustribus viris, & Patereulus, eius verba subieci. Q. Metellus, cuius ex virtute Macedonici nomen inditum est, Pseudo philippum, gentemq; fudit, & Achæos: mortui, Lectum pro Rostris sustulerunt quatuor filij, vnus consularis, & censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus. Vide an Ap. Claudius sit filius Cos. anno DLXIIX. Q. Cæcilius Q. F. L. N. sic vocatur à Plin. lib. VII.*

611 *L. Cæcilius, Q. Fabius, horum meminit Cic. XII ad Att. Fabij vero Macrobius primo cap. xviij cũ cognomento Maximi, & Seruiliani, Pontificem'q; fuisse testatur. Erat hic frater germanus Q. Cæpionis qui sequitur, biennio post, adoptatus à Q. Fabio Verrucossi filio vnà cum Q. Fabio Aemiliano, vt quidam tradunt. quod est falsum. Nam Aemilianus à Q. Fabio Verrucosso, non ab eius filio, adoptatus est, vt scribit Plut. quẽ quinquies Cos. fuisse tradit, quod de eius filio intelligere non possumus. ¶ Cens. mentio est apud Liuium XL, & Gellium XVI. cap. viij. vbi sic inquit. P. Scipio Paulli filius, & bis Cos. fuit, & triumphauit, & censura functus est, & conlega in censura L. Mummij fuit. Valerius VI. Nihilo, inquit, segnior Scipionis Aemiliani, aut in curia, aut in concione grauitas, qui cum haberet consortem censuræ Mummium, vt nobilem, ita eneruis vitæ, pro Rostris dixit, se ex maiestate reip. omnia gesturum si sibi ciues vel dedissent conlegam, vel non dedissent. Libro vero quarto ait, Scipionem ipsum Lustrum condidisse. At Cic. II de Orat. Mummium auctorem tradit. sequitur hanc opinionem Lucilius, cuius versus citantur à Gellio IIII. cap. xvij. Florus vult anno sequenti lustrum conditum esse, atq; censa ciuium capita CCCCXXVIII millia CCCXLII. sed ex superiore & sequenti lustro coniicio legendum CCCXXVI millia CCCXLII.*

612 *Q. Pompeius, A. F. vt apud Valerium, & Appianum. hunc humili, & obscuro loco natum testatur Cic. in Bruto, & pro Murena. huius atque conlegæ meminit etiam lib. XII ad Att. item Patereulus his verbis. Seu duæ seu tres Pompeiorum familiæ fuerunt. primus eius nominis ante annos ferè CLXVII, quàm Pompeius, cum Cn. Seruilio Consul fuit. vbi in numero annorum C superflue additum est. Nam hinc ad Magni Pompei consulatum anni LXX tantum intercessere, sicq; legendum apud Patereulum. Valerius VIII tradit, Cn. & Q. Seruilius ex eisdem parentibus natos esse, ac per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem prouectos. vbi perperam legitur, C. Seruilius. ¶ Lælio, qui sequitur, Sapientis cognomen adiecit, auctore Plin. qui in Traiani Panegy. sic inquit. Adoptauit optimus princeps in suum, senatus in optimi nomen. hoc tibi tam proprium, quàm paternum, nec magis definite, distincteq; designat, quàm Traianum, quàm qui optimum appellat, vt olim frugalitate Pisones, sapientia Lælij, Pietate Metelli monstrabantur. hic Lælius, vt auct. est Cic. Philip. XI filius est eius, qui anno DLXIII fuit Cos. Cur Sapiens appellaretur docet Plut. in vita Gracchorum. L. Crassus orator hoc anno natus est, vt tradit idem Cic. in Bruto. ℂ Coss. sequentis anni Vrbis DCXIIII meminit Valerius primo.*

615 P. Cornelius Nasica, cui cognomen Serapion fuit, ab irridente Curiatio TR. PL. impositum, & D. Iunio Bruto Coss. delectum habentibus in conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. Nam C. Matienus accusatus est apud TR. PL. quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatusq; sub furca diu virgis caesus est, & sestertio nummo venijt. haec Florus. De cognomine Serapionis Valerius IX. cap. xv. sic scribit. Eximiae vero nobilitatis adolescens Cornelius Scipio, cum plurimis clarissimis suae familiae cognominibus abundaret, in seruilem Serapionis appellationem vulgi sermone impulsus est, quod huiusce nominis victimario similis erat. hic filius eius Scipionis fuit, qui Corculum appellatus est. D. Brutus. M. F. vocatur à Cic. in Bruto. Qui autem dicunt hunc fuisse adoptatum ab A. Postumio Albino mouentur ex inscriptione cuiusdam numi antiqui, & quod Velleius A. Brutum eum nominat. Sed cum Florus, Frontinus & Cic. vocent D. Iunium nomine suae, non familiae adoptantis, apparet illorum opinionem verum non esse, aut forsan de alio Bruto intelligendum est. Quidam scribit propter copiam Censorum, quam his temporibus fuisse inuenit, se cogi in hunc annum binos Censores inserere. Qui autem fuerunt, inquit, parum constat. Quod admodum ridiculum est, copiam Censorum inuenisse, & ne dum omnium, sed ne duorum quidem nomina scire. Verum inuenisse ait, quae imaginationi suae occurrunt, & solitis coniecturis interponit, vt hoc anno, quo P. Cornelium Lentulum cum Ap. Claudio Pulchro Censorem edit, qui Lustrum non fecerint. Deinde anno secundo post Nobiliori conlegam addit Q. Fabium Seruilianum. Sed vtrobique hallucinatur, quia Seruiliano Censore Lustrum non est factum, vt infra ostendemus.

616 M. Aemilius. C. Hostilius. horum meminit Appianus, Obsequens, Orosius, & Cassiodorus. Mancini separatim Valerius primo, & Florus LV. Aemilij vero Cic. in Bruto, vbi sic inquit, M. Lepidus, qui est Porcina dictus, ijsdem temporibus ferè, quibus Galba, sed paulo minor natu, & summus orator est habitus, & scriptor sane bonus. Hunc filium reor Cos. anno DLXXVIII. Hoc anno natus est L. Cornelius Sulla.

617 P. Furius PHILVS, non Phila. huius & conlegae meminit Cic. XII. ad Att. Phili vero separatim IIII ep. Occupationum, & III ad Quintum fratrem. ¶ Quidam Cens. edunt, Q. Fabium Seruilianum cum Ap. Pulchro. Sed miror eos non aduertisse fragmentum OR. L.F. LVIII significare Nobiliorem, non Pulchrū. Verum cum Plut. in Gracchorum vita tradat etiam hunc virum Censorium, alibiq; locus ei hoc tempore non inuenitur (Nam ante C. Tuditanum Cos. mortuum esse scribit Appianus) recte forsitan conlegam Nobiliori dare possemus: praesertim quod ex septem Censuris, quas familia Claudia, auctore Suetonio, adepta est, duae in A. C. desiderantur. Censa sunt ciuium capita CCCXXIII millia. ¶ Calpurnio sequentis anni Cos. alij praenomen Caij, alij Publij, quidam Quinti, vt Obsequens, & Cassiodorus, praeponunt. vide an sit superioris Calpurnij frater.

619 P. Cornelius, C. Fuluius, vtriusque meminit Obsequens, & Florus, aiiq; consulatum à S. P. Q. R. Scipioni delatum contra legem, quae vetabat quenquam intra decem annos iterum Cos. fieri licere, eaq; lege, sicut in priori consulatu, solutum fuisse. Sed non video cur opus fuerit ea lege solui, cum anni XII intercesserint. In priori consulatu intellige, quoad eius aetatem, vt etiam Cic. testatur, qui in Laelio sic inquit. Qui consulatum petijt nunquam, factus est Cos. bis, primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, reip.ª penè sero. Idem in somnio de hoc Scipionis consulatu sic meminit. Cum autem Carthaginem deleueris, triumphum egeris, Censorq; fueris, & obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, delegere iterum absens consul, bellum maximum conficies, Numantiam excides: Cuius belli meminit etiam Paterculus. Florus ait Numantiam anno XIIII post Carthaginem deletam esse, vbi sequitur opinionem, quam diximus, scilicet Scipionem Cos. non Procos. eam deleuisse. Flaccum puto filium Cos. anno DLXXIV.

DCXX P.MVCIVS.P.F.Q.N. SCAEVVLA L.CALPVRNIVS. PISO. FRVGI

P.POPILLIVS.C.F.P.N. LAENAS P.RVPILIVS.P.F.P.N

P.LICINIVS.P.F.P.N.CRASSVS.MVCIANVS L.VALERIVS. FLACCVS. FLAM.MART

CENS.Q.CAECILIVS.Q.F.L.N.METEL.MACEDONICVS.Q.POMPEIVS.RVFVS. L.F.LIX

AMBO.PRIMI.E.PLEBE

C.CLAVDIVS.C.F.AP.N. PVLCHER M.PERPERNA.

C.SEMPRONIVS.C.F.C.N. TVDITANVS M'.AQVILLIVS.M'.F.M'.N.

CN.OCTAVIVS.CN.F.CN. NEPOS T.ANNIVS LVSCVS

L.CASSIVS.Q.F. LONGINVS.RIVALLA L.CORNELIVS. CINNA

MAM.AIMILIVS. LEPIDVS L.AVRELIVS. ORESTES

LVDI.SAECVLARES.QVART

CENS.Q.FABIVS.Q.F.MAX.SERVILIAN.L.AEMILIVS.Q.F.L.N. METELLVS.L.N.F

BELLVM ALLOBROGICVM

M.PLAVTIVS. HYPSAEVS M.FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS

CENS.CN.SERVILIVS. CAEPIO.L.CASSIVS.L.F.LONGINVS.RIVAL .L.F.LX

C.CASSIVS. LONGINVS C.SEXTIVS. CALVINVS

620 P.MVCIVS.SCAEVVLA, *non C. Mutius Scæuola.* L. CALPVRNIVS, *non Colphurnius. horum meminit Cic. primo ad Att & Asconius actione secunda in Verrem, vbi sic inquit. Scæuulam dicit iuris peritissimum, qui cum Cn. Pisone Cos. fuit, quo anno TI. Gracchus occisus est. Sed L. Pisonem legendum esse ostendunt A. C. Hunc omnium Pisonum primum Frugi appellatum tradit Cic. in Verrem, & in Bruto annales Romanos scripsisse. Idem ait Mucium filium eius fuisse, qui anno DLXXVII fuit Cos.*

621 P. POPILLIVS, *non L. Popilius, vt apud Cic. XIII ad Atticum.* P. RVPILIVS, *non P. Attilius, vt apud Florum, neque Rutilius, vt apud Paterculum, & Cic. in Lælio, atque Valerium IIII. cap vij. Sunt qui pro Rupilio substituant Q. Sulpicium Galbam. Sed eos errare ostendunt A. C. hic Rupilius in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Popillius filius est eius, qui anno DXCV. fuit Cos.*

622 P. Licinius, L. Valerius, *horum meminit Cic. Philip. XI. Gellius primo cap. xiij. ait Licinium fuisse virum ditissimum, nobilissimum, eloquentissimum, iurisconsultissimum, & Pont. Max. vocatq; eum Mucianum. nam ex Mucia in Crassorum familiam iure adoptionis transierat. Ideo Cic in Bruto hunc Crassum Diuitem Scæuulæ fratrem vocat. L. Valerium filium crediderim eius, qui anno DCI fuit Cos. De Censoribus Florus ita scribit. Q. Pompeius, et Q. Metellus tunc primum vterque ex plebe Censores facti. Lustrum à Censoribus est factum Censa sunt ciuium capita CCCXIII millia DCCCXXIII præter pupillos et viduas Sunt qui legant CCC LXVIII millia DCCCXXXIII. sed ex lustro superiori conijcimus illum numerum probabiliorem, præsertim quod Florus lib LX. excipit pupillas et viduas. Q. Metellus Censor censuit, vt ducere vxores omnes cogerentur liberorum creandorum caussa Sed prius Perpernam Cos. ponit, quàm lustrum conditum esse dicat. ex quo innuit anno sequenti factum esse, sed errat, & qui eum sequuntur. ob eam rationem, quam iam diximus.*

623 C. Claudius, *sic Cic. III. de legibus, Cassiodorus vero Ap. Claudium vocat. hunc filium esse opinor Consulis anno DLXXVI, patrem vero eius, qui anno DCLXI & eius, qui DCLXXIIII fuit Cos. quia idem Cic. pro Plancio ait, Ap. Claudium in ædilitatis petione repulsam esse passum C Claudio patre adhuc viuente.* M PERPERNA, *non Perpenna, hic non habuit cognomen, nisi forte id fuerit, ac in frequentiori vsu, quàm nomen, vt dicitur de M. Agrippa, cuius nomen erat Vipsanius. Vor. nomen esse tradit, si in eo significatu, vt de familia dicat, existimandum est peregrinum fuisse. vt ipse. quod etiam testatur Valerius III. cap. iiij. vbi sic inquit. Non paruus consulatus rubor M. Perperna, vtpote qui Consul ante, quàm ciuis, sed in bello gerens*

do vtilior aliquanto reip. Varrone imperatore, Regem enim Aristonicum cepit, Crassianæq; stragis punitor extitit. cum interim eaias vita triumphauit, mors Papia lege damnata est. Namq; patrem illius, nihil ad se se pertinentia eiuis Ro. iura complexum, Sabelli iudicio petitam, redire in pristinas sedes coegerant. ita M. Perpernæ nomen adumbratum, falsas consulatus, caliginis simile imperium, caducas triamphas, aliena in Vrbe improbe peregrinatas est. Hæc autem verba dubium faciant, an ille Perperna, qai anno DCLXI fuit Cos. huius filius sit. Patercalus etiam tradit, Aristonicum ab ipso Perperna victam, atque in triumphum ductum. Florus vero eum in dedstionem accepisse scribit.

624 M'. Aqaillius, C. Sempronias. horum meminit Cic. de natura deorum, & ad Quintam fratrem libro III. vbi sic inqait. Quod quæris quid de illis libris egerim, quos cum essem in Cumano scribere institui, non cessaai, neque cesso, sed sæpe iam scribendi totam consilium, rationemq; mutaai. Nam iam duobus feci libris, in quibus nouendinalibus ijs ferijs, quæ fuerunt Taditano, & Aquillio Coss. Sermo est à me institutus Africani paulo ante mortem. De cognomine Sempronij Sex. Pom. ita scribit. Tudites Mallei à tadendo dicti sv.de & cuidam nomen Tuditano fuit, quod caput malleo simile habaerit. His Coss. P. Africanam mortuam esse tradit Paterculus. VT. Annium, qai sequitur, filium eius opinor, qui anno DC. fuit Cos. & Octaaium patrem Lucij Consulis anno DCLXXVIII. Vtriusque meminit Cassiodorus, Item Cassij & Cornelij Coss. qui sequantur. Cassius anno secundo post fuit Cens.

627 M. Aemilius, L. Aurelius. horum meminit Cic. in Bruto, Obsequens, & Cassiodorus, qai Aemilium Marcum vocant. videndum tamen an M'. Aemilias sit legendum, filiasq; eius, qai anno DXCV fuit Cos. prænomine aai. Aliqui MAM. Aemilium edunt, vt sit pater adaptiuus eius, qui anno DCLXXVI in marmore eodem prænomine appellatur, qaæ opinio magis placet, quàm eorum auctorum, qaos citauimus, quia MAM. in omnibus ferè libris in M. mutatum inuenitur. ideo illis non fidimus. At quia inuenio Q. Fabium Seruilianum hoc tempore Censorem, qui lustrum non fecerit, diu anceps fui in quem annũ inserendas esset. tandem in mentem venit nullibi, quàm inter dua lustra quinquennium excedentia, & ex omnibus hanc annum aptissimam. Quod dixi lustrum non fecisse, id conijcio ex verbis Valerij hisce. Q. vero Fabius Max. Seruilianas honoribus, quos splendidissime gesserat, censaræ grauitate consumatis, exegit pœnas à filio dabiæ castitatis, & punito pependit voluntario secessu conspectum patriæ vitando. Quod si punito filio secessit, eius conlegam abdicasse oportuit, quia solus magistratum gerere non poterat, neque suffecti erat locus. Ideo alij Censores creati anno sequenti lustram condidere. De conlega autem Fabij dubitatur, & licet Valerius cap. de testibus tradit L. Metellum virum censorium, eumq; Macedonici fratrem quidam esse velint (qaam opinionem non reprobo) tamen non adyciens Caluam dubium redit lectorem.

628 M. Plautius, M Fulaius, horum meminit Orosius, Cassiodorus, Valerius IX. cap. v. Obsequens, Eorundem & Censoram Frontinus, his verbis. Cn. Seruilius Cæpio, & L. Cassius Longinus, qai Ruailla appellatus est, Censores anno ab Vrbe condita DCXXVII M. Plautio Hypsæo, & Fulaio Flacco Coss. aquam, quæ vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem qaidam Tusculanum tradunt, Romam, & in Capitolium adducendam, curauerant. Censa sunt ciuium capita CCCXC millia DCCXXXVI, vt scribit Florus libro LX. Qui autem dicunt anno sequenti Lustrum conditum esse, non recte aiunt, ob eam rationem, quam diximus supra. Cassius autem à quibusdam non Riaalla, vt est apud Frontinum, sed Rauilla nominatur.

629 C. Sextius, vt Flarus edit, non Sextilius, vt Obsequens. huius, & conlegæ meminit etiam Paterculus, Eutropius & Cassiodorus. hi ambo vnà cum Orosio mentionem faciunt etiam de Coss. anni sequentis. De cognomine Metelli ex Balearibus deuictis acquisito, vide eundem Floram, & Strabonem libro III. Flamininum filium opinor Cos. anno DCIII.

DCXXX Q.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELLVS.QVI.IN T.QVINCTIVS. FLAMININVS
HOC.HONORE.BALEARIC. APPELL. E
CN.DOMITIVS. AHENOBARBVS C.FANNIVS.C.F. STRABO
Q.FABIVS.AIMIL.F.Q.N. MAX.QVI.IN L.OPIMIVS
HOC.HONORE.ALLOBROGIC.APPELL.E
C.PAPIRIVS. CARBO P.MANILIVS
CENS.Q.SERVILIVS. CAEPIO.Q.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELL.BALEARIC.L.F.LXI
M.PORCIVS.M.F.M.N.CATO.IN.MAG.M.E Q.MARCIVS. REX
L.CAECILIVS.Q.F.Q.N. METELL. QVI.IN Q.MVCIVS.Q.F. SCAEVVLA
HOC.HONORE. DALMATIC.APPELL.E
C.LICINIVS. GETA Q.FABIVS. MAX.EBVRNVS
M.AIMILIVS. SCAVRVS M.CAECILIVS.Q.F.Q.N. METELLVS
M'.ACILIVS. BALBVS C.PORCIVS.M.F.M.N. CATO
CENS.L.CAECILIVS.L.F.Q.N.METELLVS.CN.DOMITIVS. AHENOBARBVS.L.F.LXII

631 *Cn. Domitij, & C.Fannij huius anni Coss. meminit Plin. lib. II. Orosius, Cassiodorus, & Cic. in Bruto: ubi C.Fannium.C.F. vocat. Domitius atauus Neronis in tribunatu Pontificibus offensior, quod alium, quàm se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum ad populum transtulit. Reliquit filium Cn. Domitium, qui inter conscios Caesarianae necis (quanquam insons) damnatus lege Pedia ad Cassium, Brutumq; se contulit. Deinde restitutus in patriam amplissimos honores percurrit, Suet. auct. C. Fannij meminit Plut. in vita Gracchorum. Cognomen non habuit, à quibusdam tamen Strabo appellatur, filiumq; eius esse volunt, qui anno DXCII. fuit Cos.*

632 *Q. Fabius, hunc Paulli nepotem fuisse scribit Florus. (nam, vt diximus, & Paterculus testatur) L. Paullo quatuor filij fuere: ex ijs duos natu maiores, vnum P. Scipioni P. Africani filio in adoptionem dedit, alterum Fabio Maximo, ex quo natus est hic Fabius Allobrogicus: de quo Valerius VI.cap.ix. ita loquitur. Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogis sibimet, & posteris peperit adolescente magis infame, nihil eodem sene ornatius, aut speciosius illo nostra ciuitas habuit. Meminit etiam III. cap. v. Errant Strabo Appianus, & Plin. qui produnt hunc fratrem, non filium, eius qui anno DCVI fuit Cos. L.Opimius is est, qui PR. Fregellas exciderat, quiq; persecutus armis C. Gracchum, vnaq; Fuluium Flaccum consularem, ac triumphalem virum quem idem Gracchus in locum fratris Triumuirum nominauerat, morte adfecit, auct. idem Paterculus. Legimus autem in numo argenteo L OPEIMI.Q. F.*

633 *P. MANILIVS, non P. Manlius, filium eius puto, qui anno DCIIII fuit Cos. vel ex ea familia, quae nullum habuit cognomen. alioquin vterque Cos. patricius inueniretur. ¶ Cens. Q. Seruilius Caepio. Dictum est supra hunc, & Cneum eius fratrem per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem prouectos, ex quo apparet ambos Cens. fuisse, Alterum Balearicum esse conijcimus, ex verbis Valerij, & Paterculi, quae anno DCX citauimus. Nam in ea quod tradunt, huius patrem vidisse quatuor filios, vnum consularem, & censorium, alterum consularem, tertium Consulem, & quartum candidatum consulatus, Balearicusque maior natu esset, primusq; omnium Cos. creatus, & hoc anno solus consularis, apparet de ipso omnino intelligendum esse. Qui aūt Balearici L.Pisonem conlegam edūt, Pli. auctorem citant, qui lib. XIII cap. xiij. tradat, ipsum Pisonem virum censorium. Sed videndum de quo intelligat: Nam quosdam viros censorios nominant auctores, quos nescias, non modo quo anno fuerint, sed neque quo tempore vixerint. ideo in certos annos illos conijcere, quodammodo diuinare est. Q. Fabius Allobrogicus Cens. hic non habet locum: quia aut Censores eo anno, quo ipse fuit Cos. creati sunt, et tunc eodem Cos. & Cens. inueniretur, aut necesse est continuato honore à Consulatu ad Censuram transijsse. quarum rerum exemplum non extat. ¶ Coss. sequentis anni meminit Plut. in vita Marij. L. Metellus filius est Calui Cos. anno DCXI. Vide an Cotta sit filius Cos. anno DCIX.*

635 M. Porcius, Q. Marcius, horum meminit Paterculus, Valerius V. cap. x. & Gellius XIII. cap. xix, eius verba apposui. M. Cato M F. M. N. satis vehemens orator fuit, multasq; orationes ad exemplum aui scriptas reliquit. & Cos. cum Q. Marcio fuit, in eoq; consulatu in Africam profectus in ea prouincia mortem obijt. ¶ Metellum autem Consulem vittatum, siue Diadematum cognominatum esse scribit Plut. quod capite vitta absoluto obambularet. L. Metellus, inquit Asconius, ædem Castaris de manubijs extruxit. qui Metellus sub actu Dalmatis, Dalmaticus appellatus est. huius & conlegæ meminit Eutropius. Scæuulam filium eius opinor, qui anno DLXXIX fuit Cos. ¶ De Q. Fabio, qui sequitur Cos. Sex. Pamp. ita meminit. Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui cognomen Eburnu erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. huius, & conlegæ mentio est apud Cassiodorum.

638 M. Aemilius. de hoc Nepos de viris illustribus sic loquitur, M. Aemilius Scaurus nobilis pauper, nam pater eius, quamuis patricius, ob paupertatem carbonariam fecit: idem primo dubitauit honores peteret, an argentariam faceret, sed eloquentiæ consultus ex ea gloriam peperit. Consul legem de sumptibus, & libertinorum suffragijs tulit. meminit etiam Asconius, & Cic. pro Murena. Legimus autem de Metello in antiquo numismata sic, M. Metellus Q. F. His Cass. L. Metellum, & Cn. Domitium Censores fuisse scribit Cassiodorus, Florusq; ait duos & triginta senatu amouisse, & inter illos Getam, qui postea Censor fuit, vt testatur Valerius II. Metellus Calui est filius. Lustrum autem sequenti anno condisse innuit idem Florus, qui post C. Porcium Cos. mox subdit. Lustrum à Censoribus conditum est, censa sunt ciuium capita CCCXCIIII millia CCCXXVI. Q. Metellus Macedonicus mortuus est, vt conijcimus ex verbis Valerij, & Paterculi anno DCX circiter. ¶ Coss. sequentis anni meminit Plin. II. et Cassiodorus. Acilium prænomine M' vocat Plut in vita Marij, filium crediderim Consulis anni DCIII. Catonem M. Catonis superioris Cos. fratrem, & ambos Censorij nepotes, tradit Paterculus, & Cic. in Bruto.

BELLVM CIMBRICVM

DCXL	C. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELL. CAPRARIVS		CN. PAPIRIVS.	CARBO
	M. LIVIVS. C. F. MAMILIANI. N.	DRVSVS	L. CALPVRNIVS.	PISO. CAESONIN

BELLVM IVGVRTHINVM

P. CORNELIVS. P. F. P. N.	SCIPIO. NASIC. IN. MAG. MORTVVS. EST	L. CALPVRNIVS.	BESTIA
M. MINVCIVS. Q. F.	RVFVS	SP. POSTVMIVS	ALBINVS
Q. CAECILIVS. L. F. Q. N.	METELLVS. QVI POSTEA. NVMIDICVS. APPELLATVS. E	M. IVNIVS.	SILANVS
CENS. M. AIMILIVS. SCAVRVS. ABD. M. LIVIVS. C. F. MAMIL. N. DRVSVS. IN. MAG. M. E			
SER. SVLPICIVS.	GALBA	″ ″ ″ ″ ″ ″ ″ ″ MN. EST. IN. E. L. F. Z	
		M. AVRELIVS.	SCAVRVS
CENS. Q. FABIVS. AIMIL. F. Q. N. MAX. ALLOBROGIC. C. LICINIVS. GETA. L. F. LXIII			
L. CASSIVS. LONGINVS. IN. MAG. OCCIS. E		C. MARIVS. C. F.	
C. ATILIVS.	SERRANVS	Q. SERVILIVS	CAEPIO
P. RVTILIVS. M. F.	RVFVS	C. MANILIVS.	
C. MARIVS. C. F	II	C. FLAVIVS.	FIMBRIA

640 C. Cæcilius, Cn. Papirius, Vtriusq; meminit Plin II. Eutropius, & Cassiodorus. hic Metellus est quartus filius Macedonici, quem diximus vidisse prætorium, & consulatus candidatum. Cimbri, inquit Florus, gens vaga populabundi in Illyriam venerunt, ab ijs Papirius Carbo cum exercitu fusus est. Liuius Drusus Cos. aduersus Scordiscos gentem à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugrauit. Commemorat deinde Calpurnium Bestiam Cos. iussum contra Iugurtham bellum gerere, pacemq; cum eo iniussu populi, & Senatus fecisse. ac Q. Cæcilium Metellum Cos. duobus prælijs ipsum Iugurtham fudisse, vniuersamq; Numidiam vastasse. Subditq; M. Sillanum Cos. aduersum Cimbros, M. vero Minucium Procos. contra Thracas feliciter pugnauisse, & L. Cassium à Tigurinis Gallis cum exercitu cæsum. hæc sunt ferè omnia, quæ tribus libris complexus est. ¶ Coss. qui sequuntur, meminit Cassiodorus. Piso auus L. Pisonis soceri C. Cæsaris Dict.

à Tigurinis L. Cassio Cos. postea occisus est, vt diximus, filius est eius, qui anno DCV *fuit Cos. Drusus vero qui sequenti, à Cic. in Bruto C.F. appellatur. De bello Iugurthino vide Sallustium. Sed postquam in mentionem Sallustij incidimus, non erit ab re lectorem admonere, nos adolescentes, dum magistris operam dabamus, scripsisse mihi, non alij, glosemata illa, quæ nostro nomine in lucem exierunt. Quod si in aliquibus locis sit error, culpam reijcias velim in editionis auctorem, qui sine meo iussu, eaq; non retractata furas dederit.*

642 P. *Cornelius, L. Calpurnius, horum meminit Sallustius, & Valerius primo cap. viij. his verbis, Q. Claudij statua in vestibulo Matris Deum posita bis eadem æde incendio consumpta, prius P. Nasica Scipione, & L. Bestia; item M. Seruilio, & L. Lamia Coss. in sua basi flammis intacta stetit. Scipionem Serapionis filium arbitramur, quem in consulatu mortuum esse ait Cic. in Bruto. ¶ Coss. sequentis anni Sallustius, & Cassiodorus mentionem faciunt; hic, vt Florus, M. habet, ille vero Q. Minucium. Est tamen hic illius frater, vt apparet ex titulo in tabula ænea scalpto huiusmodi,*

Q.M.MINVCIEI.Q.F.RVFEI.DE.CONTROVERSIIS

INTER.GENNVATEIS.ET.VEITVRIOS.IN.RE PRAESENTE

COGNOVERVNT.L.CAECILIO Q.F.Q.MVCIO.Q.F.COS

644 Q. *Cæcilij, & M. Iunij Coss. huius anni meminit Asconius, & Cic. in Bruto. Cæcilij vero separatim Gellius* VI. *cap.xi. hic cum exercitum in Africa Iugurthino bello SP. Albini Cos. indulgentia corruptum accepisset, ad disciplinam militiæ reuocauit, auct. Valerius* II. *Plut. ait L. Luculli auunculum fuisse. Fuit, hic Cæcilius Calui filius, Numidicus à deuicta Numidia appellatus. Quem Cic. ep. ad Lentulum L. F. vocat. De Cæciliorum autem familia Paterculus sic inquit, Cæciliæ familiæ notanda altitudo est, Quippe intra duodecim fermè annos huius temporis Consules fuere, aut Censores, aut triumpharunt amplius duodecim: vt appareat quemadmodum vrbium, imperatorumq;, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire. ¶ Scaurum & M. Liuium in censura conlegas tradit Plut. in quæstionibus. Scauri Cens. meminit Nepos de Illustribus viris, eius verba sunt hæc, M. Aemilius Scaurus Cos. Ligures, & Gantiscos domuit, Censor Aemiliam strauit, pontem Miluium fecit. Quem pontem fuisse anno Vrbis* DXLVI *ostendit Liuius libro* XXVII: *ex quo apparet falsum esse, quod ait Scaurum eius auctorem, nisi fecit pro instaurauit posuerit. In A. C. apparet conlegam Scauri in magistratu mortuum esse. at Florus* LXXI *scribit Drusum, non Censorem, sed Tribunum plebis inuisum Senatui, tanquam belli Socialis auctorem, incertum à quo, domi fuisse occisum. Videndum ne de hoc intelligat. Nam post M'. Aquilij consulatum occisum tradit.*

645 Ser. *Sulpicij conlegam Cassiodorus, & Valerius* VI. *cap. iij. Aurelium Scaurum producit. sed hunc suffectum esse apparet in marmore, at quisquis ille sit, consulatum non gessisse ostendit hoc fragmentum,* MN.EST.IN. E.L.F.E. *quod quidam modo de C. Sauseio intelligens, modo de L. Hortensio oratoris patre (titubat enim) sic interpretatur. Damnatus est, in eius locum factus est. vbi integrum fuisse videtur. ante quàm iniret damnatus est, & reliqua. Sed in tenebris ambulamus. Crediderim Galbam filium Cos. anno* DCIX. *Aurelius is est, qui deinde legatus à Cimbris occisus est, vt scribit Florus. ¶ Fabij autem Censoris meminit Asconius, aitq; Cos. Allobroges deuicisse, & inde Cens. arcum triumphalem in via Sacra iuxta Regiam posuisse. Getam Censorem fuisse dictum est supra, testatur etiam Cic. pro Cluentio, vbi sic inquit. Nunam illud verum C. Getam, cum à L. Metello, & Cn. Domitio Censoribus ex Senatu eiectus esset, Censorem ipsum postea esse factum.*

646 L. *Cassius, C. Marius, horum meminit Cassiodorus. & Plinius* X. *(qui ait his Cons. bubone viso vrbem lustratam esse) Cassii vero Florus & Orosius, iis, L. Cassius Cos. in Gallia Tigurinos vsque ad Oceanum persecutus, rursumq; ab eisdem insidijs circumuentus interfectus est. Cæsar Com. primo tradit eo prælio occisum esse etiam L. Pisonem Cassii legatum, auum L. Pisonis soceri ipsius Cæsaris, vt diximus. De hoc primo consulatu Marij vide Sallustium, & Cic.* III. *de officijs. Quidam tradit Cn. Cornelium Dolabellam Cassio in prælio occiso suffectum esse, cuius rei, non coniecturas, sed auctorem idoneum quærimus. Marius cognomen non habuit, vt Plut. testatur, his verbis. Nec C. Marij quemadmodum quoque neque Q. Sertorij, qui Iberos in iurisdictionem Po. Ro. redigit, neque L. Mummij (non Momij) qui Corinthum deleuit, tertium nomen dicere possumus. Vbi non fatetur se nescire tertium nomen Marij (vt quidam edunt) sed nullum cognomen habuisse, dicit. Cassius, vt opinor, filius est eius, qui anno* DCXXVI *fuit Cos.*

647 C. *Atilij, & Q. Seruilij Coss. meminit Paterculus, Cassiodorus, Obsequens, & Gellius* XV. *cap. xxviij.*

proditq; his Coss. ante diem III. Nonarum Ianuarij Ciceronem natum esse. vbi legitur Q. Serrano pro C. SERRANO. *Seruilium filium eius opinamur, qui anno* DCXIII *fuit Cos. & eum de quo Florus sic inquit. Secundum Populi Romani iussionem, Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primoq; post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Valerius IIII scribit in carcerem fuisse coniectum, quod eius culpa exercitus à Cimbris, & Teutonibus deletus fuerat, & ex eo fugisse. Libro autem VI cap. xi in eo fuisse necatum, sic tradit. Q. Caepio praeturae splendore, triumphi claritate, Consulatus decore, Max. Pont. sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit. Asconius in Cornelianam ait etiam post damnationem in Senatum venisse, contra legem à L. Cassio L.F. Longino TR. PL. latam C. Mario, C. Flauio Coss. quae inhibebat eum, quem populus damnasset, cuiue imperium abrogauisset, in Senatum ire. sed apud Asc. legendum, C. Cassio, nam Lucius superiori anno occisus est, vt diximus, neque potuit hoc anno eam legem tulisse. Plut. scribit C. Caesare, & P. Seruilio Coss. Pompeium agentem annum octauum, et quinquagesimum iugulatum esse. ex quo apparet hoc anno natum esse.*

648 P. Rutilius, CN. MALLIVS, *non Manlius, neque Manilius, vtriusque meminit Obsequens, Cassiodorus, & Valerius II. his verbis. Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilo Cos. CN. Mallij conlega militibus est tradita. Quod autem hic legendum sit, vt apud Valerium. Cn. Mallius, probatur etiam ex titulo in agro Puteolano reperto, huiusmodi.*

AB.COLONIA·DEDVCTA.ANNO XC
N.FVFIDIO.N.F.M. PVLLIO.DVO.VIR
P. RVTILIO. CN·MALLIO.COS
LEX.PARIETI.FACIENDO.IN. AREA.QVAE
EST. ANTE. AEDEM.SERAPIS.TRANS.VIAM

De hoc Mallio loquitur Cicero pro Plancio, vbi sic inquit. Populus Romanus Q. Catulo in summa familia nato, sapientissimo, & sanctissimo viro praeposuit Cn. Mallium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta. Sed in hoc titulo videtur legendum ANNO DCXLVIII. *Rutilius Cos. eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromintanam arcem amiserat, prouincia iussit decedere. Cic. in Bruto Rutilium M. F. vocat.* ¶ *Coss. sequentis anni meminit Asconius in Cornelianam.*

DCL	C.MARIVS.C.F.	III	L.AVRELIVS.	ORESTES.IN.M.M.E
	C.MARIVS.C.F	IIII	Q.LVTATIVS.Q.F.	CATVLVS
	CENS.Q.CAECILIVS.L.F.Q.N.METEL.NVMIDIC.C.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METEL.CAPR.L.F.LXIIII			
	C.MARIVS.C.F.	V	M'.AQVILLIVS.	
	C.MARIVS.C.F.	VI	L.VALERIVS.L.F.L.N.	FLACCVS
	M.ANTONIVS.		A.POSTVMIVS.	ALBINVS
	Q.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELLVS.NEPOS		T.DIDIVS	
	CN.CORNELIVS - - - - N. LENTVLVS		P.LICINIVS.M.F.P.N.	CRASSVS
	CENS.L.VALERIVS.- - - - N. FLACCVS.M.ANTONIVS.			L.F.LXV
	CN.DOMITIVS.CN.F.CN.N.AHENOBARB		C.CASSIVS.L.F.	LONGINVS
	L.LICINIVS.	CRASSVS	Q.MVCIVS.P.F.P.N.	SCAEVVLA
	C.CAELIVS	CALDVS	L.DOMITIVS.CN.F.CN.N.	AHENOBARB

C.Marij

650 C. Marij Paterculus ita meminit. *Cum effusa imanis vis Germanorum gentium, Cimbrorum, atque Teutonorum nonnullos imperatores fudissent, Populus Romanus non alium in repellendis hostibus magis idoneum imperatorem, quàm Marium, ratus est. tum multiplicati consulatus eius, tertius in apparatu belli consumptus est. quarto trans alpes circa aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius CL hostium millia priore, ac posteriore die ab eo trucidatis, gensq; excisa Teutonorum, quinto circa alpes in campis Raudis ipse Cos. & Procos. Q. Lutatius fortunatissimo decertauere prœlio, cæsa aut capta amplius C. hominum millia. Sextus consulatus, veluti præmium ei meritorum datus.* Plut. vero ait eum sextum consulatum peteret, per tribus argentum sparsisse, emissq; suffragia, magistratuq; Metellum exclusisse. cui assentitur Florus. *Marius, inquit Appianus, vniuersos Celtas bello deuicit.* Vide eundem Florum lib. LXVII, & sequenti. & de eodem Cos. IIII cũ Q. Catulo eundem Plut. in eius, et Sullæ vita. Orestem filium eius opinor, qui fuit Cos. anno DCXXVII

651 Q. Lutatius, huius, & conlegæ meminit Eutropius, & Cassiodorus: Metelli Cens. Valerius. Gellius, & alij. huius conlegam quidam putant fuisse C. Sauseium auctore Appiano, qui sic ait, γάϊον σαυφήϊον ταμίον, hoc est. C. Saufei quæstoris, non Censoris, vt ipsi interpretantur. Aliqui Numidico adijciunt conlegam Metellum Caprarium. quam opinionem ideo probamus, quòd Paterculus tradit duos Metellos fratres vno die triumphasse, duas Fuluios germanos in consulatu: duosq; Metellos patrueles in censura, conlegas fuisse, Q. Cæcilij Cens. meminit Cic. pro Sextio: Caij vera in oratione post reditum ad quirites. ¶ Anno sequenti legendum est, M' AQVILLIVS, non M. Aquilius. hunc conlegam C. Marij fuisse testatur Cic. II. de orat. eiusdem meminit Plut. in vita Marij.

653 L. Valerius. huius, & conlegæ meminit Obsequens, Plin. II. Cassiod. Asconius in orat. pro C. Cornelio. & Cic. multis in locis. Suet. scribit, C. Cæsarem Dictatorem natum his Coss. anno ætatis suæ sexto, & quinquagesimo interfectum esse. ¶ Sequentis anni Coss. meminit Gellius IIII. & Plin. VIII. item Cic. post reditum ad quirites. Postumius frater est, vt puto, SP. Postumij Cos. anno DCXLIII Antonius Pro pr. triumphauit anno DCLI.

655 Q. Cæcilius, T. Didius, horum Asconius in orat. pro C. Carnelio ita meminit. *Fuerant enim tunc plures P. Metelli, ex quibus duo consulares, Pius & Creticus, de quibus appares Ciceronem non dicere. Duo autem adolescentes, Nepos, & Celer, ex quibus nunc nepotem significat. Eius enim patrem P. Metellum Nepotem Balearici filium, Macedonici nepotem, qui Cos. fuit cum T. Didio Curio accusauit.* Florus meminit de Didio legato M. Antonij cognomento Saxa. vide an eodem hic sit appellatus.

656 CN. Cornelius P. Licinius, horum mentio habetur apud Plinium X. cap. ij. & XXX. cap. i. Cornelij vero separatim apud Gellium XVIII cap. iij, cui adijcit cognomen Clodiani, si modo de hoc intelligit. Nam ex verbis Sallustij ibi citatis, post Sullæ mortem vixisse, apparet. ita vt verisimile sit, eum potius intelligere, qui anno DCLXXXI fuit Cos. præsertim quod huic, de quo nunc loquimur, in A. C. Clodiani cognomen non adijcitur. Licinij meminit Cic. XII. ad Att. Asconius in orat. pro M. Scaura scribit fuisse patrem Crassi eius, qui æmulus potentiæ Cn. Pompei fuit, ¶ Censorum nomina habentur in A. C. quorum meminit etiam Valerius II cap. iiij. in hunc modum, *M. Antonius, & L. Flaccus Duronium Senatu mouerunt, quod legem de coercendis sumptibus conuiuiorum latam TR. PL. abrogauerat.* ¶ Sequentis anni Coss. meminit Cassiodoras & Obsequens.

658 L. Crassum, P. Scæuulam Coss. edunt, Valerius, Obsequens, Cassiodorus, & Asconius in orat. contra Pisonem. In consulatu conlegas fuisse testatur etiam Cic. de officijs, qui in Bruto tradit, L. Crassum oratorem omnes magistratus gessisse cum P. Scæuula PONT. MAX. præter tribunatum Plebis, & Censuram. ¶ Anni sequentis Coss. meminit idem Asconius in eandem orat. sed ibi perperam legitur, Cn. Domitius, nam L. Domitius legendum est. Cic. pro Plancio tradit Coelium cum quæstor factus non esset, consulem tamen factum, & alibi nouum hominem ipsum appellat. ¶ Valerii, & Herennii, qui sequuntur Coss. meminit Plin. XXIX cap. iii. Herennii Cic. in Bruto, cui nos adiecimus cognomen Pietas, quod in duobus denariis argenteis legimus, M. HERENNI. PIETAS, & in alio, C. VAL. C. F. FLAC.

DCLX C.VALERIVS. = = =N. FLACCVS M.HERENNIVS. PIETAS
C.CLAVDIVS. PVLCHER M.PERPERNA.
CENS.CN.DOMITIVS.CN.F.CN.N.AHENOBARB.L.LICINIVS CRASSVS.L.N.F
L.MARCIVS.Q.F.Q.N. PHILIPPVS SEX.IVLIVS.C.F.SEX.N. CAESAR

BELLVM MARSICVM

L.IVLIVS.L.F.SEX.N. CAESAR P.RVTILIVS.L.F.L.N.LVPVS.IN. PROEL.OCCIS.
CN.POMPEIVS.SEX.F.CN.N STRABO L.PORCIVS.M.F.M. N.CATO. IN.PROEL. OCCIS.E
CENS.P.LICINIVS.M.F.P.N.CRASSVS L.IVLIVS.L.F.SEX.N. CAESAR. L.F.LXVI
L.CORNELIVS.L.F.P.N.SVLLA.QVI.POSTEA Q.POMPEIVS.Q.F. RVFVS
FELIX.APPELLATVS.EST IN.MAG.OCCISVS.EST
CN.OCTAVIVS. IN.MAG.OCCISVS.EST L.CORNELIVS.L.F.L.N. CINNA.EX.S.C
MAGISTRATVS EI.ABROG.E.IN.E.L.F.E
L.CORNELIVS.MERVLA.FLAM.DIAL.IN.M.M.E
L.CORNELIVS.L.F.L.N. CINNA.II C.MARIVS.C.F. VII.IN.M.M.E.IN.E.L.F.E
L.VALERIVS.L.F.L. N. FLACCVS.II. IN.M.M.E
CENS.L.MARCIVS.Q.F.Q.N. PHILIPPVS.M.PERPERNA. L.F.LXVII
L.CORNELIVS.L.F.L.N. CINNA.III CN.PAPIRIVS.CN.F.C.N. CARBO
CN.PAPIRIVS.CN.F.C.N.CARBO.II.SOLVS L.CORNELIVS.L.F.L.N. CINNA.IIII
CONSVLATVM.CESSIT IN.MAG.OCCISVS.EST

661 C. Claudius, M.PERPERNA, non M.Pulcher Perpenna. quanquam apud Appianum habetar περιττα. ꝟ Censoram meminit Plin. XVII. Suet. de claris Rhet. Gellius XV. cap. XI. & Valerius IX. scribitq; Domitium L. Crasso, altercatione orta, obiecisse, quod columnas Hymetias in porticu domus suæ haberet, & Macrobius eundem Crassum licet supra cæteros disertus haberetur, essetq; inter clarissimos ciues princeps, tamen non erubuisse murenam in piscina domus suæ mortuam atratum, tanquam filiam, lugere. Hos Cens. propter longam inter se contentionem lustrum non condidisse apparet ex sequenti ante legitimum tempus facto. In marmore post L. Liciniam, est pars cuiusdam literæ, quæ L. fuisse videtur, vt sit L. F. idq; vt credam facit, quod cæteris parum est longior, vt alibi obseruari animaduertimus, alioquin M fuisse crederem, & hunc P. Licinij fratrem ꝟ Sequentis anni Coss. meminit Eutropius, Orosius, Plin. II. & XXIII. Cic. de off. L. Philippum. Q. F. vocat. Idem Plin XXX ait hunc & conlegam Coss. fuisse initio belli Socialis, quod in A. C. Marsicum inscribitur. Italicum etiam appellatum inuenio.

663 P.RVTILIVS, non Pompeius Rutilius, vt est apud Paterculum. huius & conlegæ mentio habetur apud Asconium, Cassiod. Obseq. & Cic. de diuinatione, qui sic inquit. quin etiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ L. Iulius, qui cum P. Rutilio Cos. fuit, de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio. Appianus primo Sex. Iulium Rutilij conlegam fuisse scribit, sed perperam, vt A.C. ostendunt. Cum Rutilius parum prospere aduersus Marsos pugnauisset, in prælioq; cecidisset, C. Marius eius legatus meliore quidem euentu cum hostibus conflixit. prælioq; eos fudit. Obiter lectorem admonemus, vt apud Cæs. primo de bello ciuili legat, Rutilius Lupus, non Rusilus Lupus.

664 Cn. Pompeius, L. Porcius, horum meminit Appianus, Orosius, et Asco. in orat. pro C. Cornelio. Pompeius fuit pater Pompei Magni, de quo vide Gell. XV. cap. iiij. Marsos vicisse testatur Florus: aitq; L. Porcium rebus prospere gestis, fusisq; aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnaret, cecidisse. ℭ Censoram aūt meminit Plin, lib. XIII. & sequentis item Sex Pom. XVI. ita, Referri diem proditam, idest anteferri, religiosum est, vt ait Veranius in eo qui est auspiciorum de comitijs, idq; exemplo comprobat L. Iulij & P. Licinij Censorū, qui id fecerint sine vllo decreto Augurum, et ob id lustrum parum felix fuerit. quibus verbis apparet lustrum esse factum: & quia parum felix fuit, sequens ēt ante legitimum tempus factum esse videtur. Ideo nescio quid sibi velint ij, qui eundem citant auctorem, deinde aiunt se putare nullum lustrum esse factum. Nisi velint ipsum errauisse, ob eam caussam, quod Cic. pro Archia tradit, his Cens. nullam partem populi censam esse. Plut. in vita Luculli scribit, Liciniū censura triumphoq; insignem fuisse. quidam ait se mirari de hoc, et sequēti lustro ante legitimum tempus facto, et longa verborū turma laborat, vt caussam ostendat, tandem concludit, quod octo tribus adijciendæ erant: quæ à Censoribus addi solebant, et ideo ipsos Censores accelerandos fuisse. Quæ ratio valde est inepta, et absurda, quia, vt diximus, in his A. C. habetur ratio, non quando, nec ob quā caussam Censores

crearentur, sed quo tempore lustrum conderent. Ideo cũ Domitius, et Cassius ob discordiam illud condere neglexissent, fuit necesse, vt huius anni Censores illud munus susciperent. Et quia hoc lustrum fuit, vt diximus, parũ felix, placuit Senatui repetitis auspicijs ante quinquenniũ Cens. creari, qui faustis augurijs illud facerẽt.

665 L. Cornelius, Q. Pompeius, horum Coss. plures auctores mentionem fecere, at inter alios Paterculus his verbis. Finito maxima parte italico bello, consulatum inierunt Q. Pompeius, & L. Cornelius Sulla. Italicum bellum vocat, quod Sociale & Marsicum appellari diximus. De quo meminit etiam Florus, qui de morte Pompei sic inquit. Q. Pompeius Cos. ad capiendum à Cn. Pompeio procos. exercitum profectus, consilio eius occisus est. Huius autem filium crediderim eum Q. Pompeium, qui à Cic. IIII & VII ad Att. Rufus cognominatur, quiq; occiso Clodio Tribunus Pl. acerbissimas conciones in Milonem habuit, vt Asconius scribit. Fuit et Pompeius Rufus, de quo A. Hirtius V mentionem facit. Vtriusque autem Cos. mentio habetur in duobus numis antiquis, in hunc modum, Q. POMPEIVS. Q. F. RVF. SVLLA. COS. RVF. Plut. tradit Sullam hoc consulatu quinquagenarium fuisse, Paterculus autem vndequinquagesimo ætatis anno, natumq; ex familia nobili, et sextum esse à Cornelio Rufino, tamen diu in obscuro iacuisse, mox sub Mario legatum, quia hostes fuderat, ex rerum successu animũ cœpisse, petentemq; consulatum omnium ferme ciuium suffragijs, consulem esse factũ.

666 Cn. Octauius, L. Cornelius Coss. inquit Plut. inter se agitantes seditionem ad arma venerunt, & Octauius victor euadens Cinnam tyrannidem exercere conantem Vrbe eiecit, & loco eius Cornelium Merulam Cos. suffecit. Florus scribit Cinnam cum perniciosas leges per vim ferret pulsum Vrbe à Cn. Octauio conlega, imperioq; ei abrogato corruptum Ap. Claudij exercitum in potestatem suam redegisse, accersitoq; C. Mario cum alijs exulibus ex Africa Vrbi intulisse bellum: Ianiculumq; cum occupassent, ab Octauio fugatos esse, moxq; in Vrbem receptos cædibus ac rapinis eam vastasse, ipso Octauio, & omnibus aduersæ partis nobilibus trucidatis: inter quos fuit Antonius orator vir eloquentissimus. Crassi vero filius ab equitibus Fimbriæ interemptus fuit, pater gladio se transfixit. Merula cum se consulatu abdicasset, incisis venis sponte mortis diem obijt. Cinna & Marius citra vlla comitia in sequentem annum Cos. se ipsos renuntiarunt. Marius initio consulatus Sex. Licinium senatorem de saxo deijci iussit. Valerius IX ait, Q. Catulum ab eodem Mario propter ciuiles discordias mori iussum, recentiq; illito, multoq; igni calefacto cubiculo se inclusum peremisse. Cinnam autem non se abdicasse Paterculus ita testatur. Cinna Vrbe pulsus cum in Campaniam tenderet, ex auctoritate Senatus consulatus ei abrogatus est, suffectusq; in eius locum L. Cornelius Merula Flam. Dialis. Fabius autem Pictor tradit religiosum esse Flam. Dialem classem procinctam extra pomerium, idest exercitum armatum, videre, & idcirco raro iter eum Cos. creatum esse, cum Coss. bella mandarentur.

667 De L. Cornelij secundo consulatu, & Marij septimo meminit Paterculus, scribitq; ipsum Marium morbo oppressum decessisse, ac in eius locum Valerium Flaccum suffectum. Vtriusq; Cos. mentio habetur etiam apud Florũ, et App. in bello Maced. Plut. scribit Marium xvij die septimi consulatus mortem obijsse, & Florus Flaccum conlegam Cinnæ missum, vt Sullæ succederet, ac propter auaritiam exercitui suo inuisum à Fimbria ipsius legato occisum. De septem autem consulatibus Marij loquitur Valerius VI his verbis. Ex illo Mario tam humili Arpinate, tam ignobili q; Romæ, tamq; fastidiendo candidato, ille Marius euasit, qui Africam subegit. Iugurtham Regem ante currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumq; exercitus deleuit. cuius bina trophæa in Vrbe spectantur, cuius septem in fastis consulatus leguntur, cui post exilium Cos. creari, proscriptoq; facere proscriptionem contigit. Eius autem titulum, cuius fragmentum in triumphis citamus, quibusdam in locis emendatum, versuum ordine seruato, hic subijcere volui.

C. Marius PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
Sortem. bellum cum IVGVRTHA. REGE. NVMID
Gessit, eum cepit, & TRIVMPHANS. IN
Iouis aedem secundo consulatu ANTE. CVRRVM. SVVM
Duci iussit. tertium coNSVL. APSENS. CREATVS
Est. quartum consul teutONORVM. EXERCITVM
Deleuit, quintum consul. CIMBROS. FVGAVIT EX. IEIS. ET
Teutoneis iterum triumpHAVIT. REM. P. TVRBATAM
Seditionibus TR. PL. & Prætor, qui armati
Capitolium occupauerant sextum consul vindicauit
Post LXX annum patria per arma ciuilia pulsus
Armis restitutus, consul septimum factus est
De Manubieis, Cimbriceis, & Teutoniceis ædem Honori
Et Virtuti fecit, veste triumphali calceis puniceis

¶ Censorum autem meminit Valerius VIII.cap.xiv. his verbis. Iam de Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in Senatu rogauerat, superstes fuit, septemq; tantummodum, quos Censor conlega L. Philippi legerat, è patribus centum reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior. vixit enim auct. Pliu. annos XCVIII. Census actum, censaq; sunt ciuium capita CCCLXIII, vt scribit Eusebius. ¶ Sequentis anni Coss. meminit Florus, Plut. in vita Sullæ, ac Nepos de viris illustribus.

669 L. *Cinna, & Cn. Carbo á se ipsis Coss. per biennium creatunt, ille quartum Cos. (nam quater Cos. fuisse testatur Suet. in vita Cæsaris) ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere, & aduersus Sullam proficisci, interemptus est. Consulatum Carbo solus toto anno gessit, auct. Florus, Appianus, & Paterculus, qui omnes mentionem faciunt etiam de Scipione, & Norbano Coss. qui sequuntur, quorum ille ex progenie illius videtur, qui anno DLXIII fuit Cos. primusq; Asiaticus appellatus est. hic vero pater illius, qui in triumphis Flaccus cognominatur.*

DCLXX	L.CORNELIVS.L.F.L.N.SCIPIO.ASIATICVS		C.NORBANVS.	FLACCVS
	C.MARIVS.C.F.C.N. IN.MAG.CCCIS.EST		CN.PAPIRIVS.CN.F.C.N.	CARBO.III IN.MAG.OCCIS.E
	L.CORNELIVS.L.F.P.N.	SVLLA.FELIX	DICT REIP.CONSTITVENDAE.C	
	L.VALERIVS.L.F.L.N.	FLACCVS	MAG.EQ	
	M.TVLLIVS.M.F.A.N	DECVLA	CN.CORNELIVS.	DOLABELLA
	L.CORNELIVS.L.F.P.N.	SVLLA.FELIX.II	Q.CAECILIVS.Q.F.L.N.	METELLVS.PIVS
	P.SERVILIVS.C.F.M.N.VATIA.QVI.POSTEA ISAVRICVS.APPELLATVS.EST		AP.CLAVDIVS	PVLCHER
	M.AIMILIVS.Q.F.M.N	LEPIDVS	Q.LVTATIVS.Q.F.Q.N.	CATVLVS
	D.IVNIVS.D.F.M.N	BRVTVS	MAM.AIMILIVS.MAM.F.	LEPID.LIVIAN
	CN.OCTAVIVS.M.F.CN.N.		C.SCRIBONIVS.	CVRIO
	L.OCTAVIVS.CN.F.CN.N.		C.AVRELIVS	COTTA
	L.LICINIVS.L.F.L.N.	LVCVLLVS	M.AVRELIVS.M.F.	COTTA

671 *C. Marius, Cn. Carbo, horum meminit Pliu.VII. Carbonem ter Cos. fuisse testatur Valerius IX, cap.vij, & Plut. in vita Pompei, vbi sic inquit. Sulla Carbonem, virum insignem triplici consulatu, damnauit, mox interfici iussit. Patereulus Carbo, inquit, Cos.III, & C. Marius septies Consulis filius annos natus XXVI. vir animi magis, quàm æui paterni multa, fortiterq; molitus est. Florus scribit, hunc Marium omnem, quæ in Vrbe erat, nobilitatem trucidauisse, & ex iis Q. Mucium Scæuolam Pont. Max. in uestibulo ædis Vestæ: & ante annos XX Cos. per vim creatum, moxq; Præneste obsessum, cum euadere non posset, mortem sibi consciuisse. Tamen in A.C. habetur, occisus est, tanquam manu hostili. Plut. in vita Sullæ vocat hunc Marium iuniorem, & Norbanum (CARBONEM lege) conlegam habuisse scribit: Sullamq; se ipsum Dictatorem ad annos CXX dixisse, connumeratisq; rebus á se gestis propter eas, se Felicem iussisse appellari De Sullæ dictatura meminit Cic.IX. ep. Cum, ad Att. & Appianus in hunc modum. Si in comitiis Coss, creatio non succedebat, interim Interrex fiebat, hunc morem imitatus Sulla, consule nemine existente, ex quo Carbo in Sicilia, Marius Præneste decesserant, Vrbe egressus est. Senatus interim Interregem creari iubet, ac Valerium Flaccum tunc in primis creat, ratus eum comitia Consulum subinde habiturum. At vero Sulla, Flacco per epistolam iniungit, vt sententiam ad populum deferat, vtile Sullæ videri in præsenti esse in Vrbe principem, quem Dictatorem nominant per quadringentos iam desuetum annos, quemq; elegissent, quousque Italiam, principatumq; omnem seditionibus, bellisque fluctuantem stabilissent, Vrbi præsidere. Neque Sulla se ipsum cælauit, se scilicet ciuitati hac in re maxime vtilem fore. Mox subdit. Tum id nominis splendorem illi concessere, vt cum expositione legum eligerent Dictatorem quibus sub se approbarent, constituerentq; rempublicam. Sed vbi ait per annos quadringentos legendum est CXX. tot enim sunt ab anno Vrbis DLI quo Seruilius fuit Dictator ad Sullæ dictaturam, quibus nemo creatus est Dictatur, quod etiam Paterculus testatur. Præterea ex verbis Appiani constat, Sullam non imperandi, sed Reipublicæ constituendæ caussa Dictatorem dictum. quod innuit etiam Nepos de Illustribus viris, cum inquit.*

Sulla rep ordinata Dictaturam deposuit. In quo honore leges alias dissoluerat, alias imposuerat. neque aliquem prius Prætorem, quàm Quæstorem esse iusserat. neque Consulem ante, quàm Prætorem. & eandem potestatem eundem virum attingere prius, quàm decennium peregisset, ex decreto vetuerat. Tribuniciamque potestatem perfregerat, legemque sumptuariam inter alias tulerat, de qua meminit Macrobius III, & Gellius II. cap. xxiiij Sulla hoc anno Mario superato se felicem appellari voluit. de quo cognomine Appianus sic loquitur. Ego quippe nulla legisse memini, in quibus Sulla ex decreto Venustum se appellari voluit: quod nomen non inconueniens mihi visum est, ex quo Faustus cognominatus dicitur. Non enim longe à felici & fausto nomen videtur differre. Errant igitur qui Faustum prænomen esse dicunt.

672 M. Tullius DECVLA, non Decola. CN. CORNELIVS. *Appianus scribit Sullam ad specimen quoddam patriæ Reip.* S. P. Q. R. *permisisse, vt hos eligerent Coss. De quibus Gellius XV ita meminit. Dinumeratis quippe annis à Q. Cæpione, & C. Serrano quibus Coss. ante diem III nonas Ianuarij M. Cicero natus est, ad M. Tullium, & Cn. Dolabellam. quibus Coss. caussam priuatam pro Quinctio apud Aquillium Gallum iudicem dixit, sex & viginti anni reperiuntur, neque dubium est, quin post annum, quàm pro Quinctio dixerit, Sex. Roscium reum parricidij defenderit. annos iam septem & viginti natus L. Sulla Felice, & Q. Metello Pio Coss. In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit, quod eum scripserit sexto & vigesimo ætatis anno pro Sex. Roscio dixisse. Quod ait Asconius sequitur, si in principio anni natus, & in fine caussam egit. at si in initio anni & natus, & caussam dixit, constabit omisso extremo, quo caussam ipsam egit, Asconium, non Fenestellam, errauisse. Quod autem Gellius ait Cic. natum ante diem III nonas Ianuarij. idem esse, ac si dicas III nonas Ianuarij, testatur ipse Cic. lib. XIII ad Att. vbi sic inquit. Diem meum scis esse III nonarum Ianuarij.*

673 L. *Cornelij, & Q. Cæcilij Coss. meminit Appianus ita, Sulla quanquam dictatura fungeretur, sub dissimulatione tamen specimen quoddam Democratiæ tenuit politiæ, ac denuo cum Q. Metello, qui Pius cognominabatur, consulatum iniit. De Pij Metelli altero cognomine Paterculus sic inquit. Q. Metellus Numidici filius merito cognomen Pij consecutus erat, qui expulsum ciuitate à L. Saturnino TR. PL. quod solus in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate Senatus, consensu reip. restituit patrem. nam, vt idem Appianus auctor est, cum de eius reuocatione ageretur, ac P. Furius TR. PL. contradiceret, ad eius pedes prouolutus pro reditu patris eum deprecatus est.*

674 P. Seruilius, Ap. Claudius, *horum meminit Plin. XXXII. cap. xiiij. & Appianus sic. Populus, quo Sullæ obsequeretur, consulatum eundem vt gereret deprecatus est, cui aduersatus Sulla, Cornelium (tu lege SERVILIVM) Isauricum, & Claudium Pulchrum Coss. designat. ipse nemine cogente Dictaturam sponte deposuit. Nepos de viris illustribus etiam scribit, ipsum Sullam ordinata rep. Dictaturam deposuisse. ex quo Cæsar dicebat ipsum literas nescisse. Cic. XII, ad Att. quindecim viros consulares commemorat, qui ab hoc anno ad annum Vrbis DCXI consules reperiuntur. Eius verba apposui. Brutus Catonem primum sententiam putat de animaduersione dixisse, quam omnes ante dixerant, præter Cæsarem, & cum ipsius Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum prætorio loco dixerit, Consularium putat leniores fuisse Catuli, Seruilij, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellij. Volcatij, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, & Manij Glabrionis, Sillani. Leniorem videtur etiam legendum, in eum sensum in quem Cæsar primo de bello ciuili loquitur, cum inquit. Dixerat aliquis leniorem sententiam, vt primo M. Marcellus. Seruilius autem Procos. in Cilicia Isaurios domuit, ex ijs triumphauit, ac maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit, auct. Valerius VIII. In numis antiquis legimus Q. C. M. P. idest, Q. Cæcilius Metellus Pius, in parte auersa erat elephantis simulacrum.*

675 M. Aimilius, Q. LVTATIVS, non C. Lutatius, *vt est apud Appianum, qui ait non à Sulla, sed à Senatu iam libero Q. Catulum Sullanarum partium, & Lepidum Aimilium aduersarum Coss creatos esse. quorum meminit Plin. XXXVI. Florus XC. qui scribit M. Aimilium acta Sullæ, qui hoc anno mortuus erat, rescindere conantem, bellum excitauisse, & à Q. Catulo conlega Italia pulsum, ac dum in Sardiniam bellum moliretur perijsse. de qua morte tamen in A. C. non fit mentio. hic Catulus filius est eius, qui Cimbros cum Mario delelauit, Capitolijque tegulas inaurauit.*

676 D. Iunius, MAM. Aemilius. MAM. F. LEPID. LIVIAN. *sic legendum ex A. C. apparet, non vt quidam edunt. M. Aimilius Mamercus Lepidus Liuian. quod si MAM. est prænomen, non potest & cognomen esse. Aliqui etiam Liuianum nomen adoptionis in Iulianum mutant, & Bruto perperam adijciunt. id enim est Aimilij, qui ex Liuiana in Aemilianam iure adoptionis transierat familiam. Suet. scribit hunc & Aurelium Cottam propinquos, & affines Cæsaris fuisse. Vtriusque autem Coss. meminit Cic. in Bruto, & Asconius in orat. pro C. Cornelio. vbi tamen perperam legitur M. Lepidus.*

677 *Huius anni Coss. meminit Cic. in Bruto, qui etiam tradit tres Curiones oratores fuisse. Patrem, filium, & nepotem. hic de quo nunc agimus is est, quem filium dicit, patrem, vt conycio, eius, de quo meminit Cæsar primo de bello ciuili. Cottæ, & L. Octauij Coss. anno DCLXXIIX meminit Plin. II. cap. xxxv. Asca nius scribit hoc tempore fuisse tres Cottas fratres, viros consulares. quorum hic vnus, alter is est, qui sequenti anno habetur Cos. tertius'q; qui anno DCLXXXIIX.*

679 *L. Lucullus, nepos est eius, qui anno DCII fuit Cos. auct. Plut. M. Aurelius, horum meminit Eutropius, Cic. in Verrem, & Florus XCIII, & sequenti. Lucullus Bellum Marsicum græca oratione conscripsit. Datum fuit ei in Peloponneso signandi numi negotium in bello Mithridatico, qui & Luculleius diu ab illo est appellatus. Auunculum habuit Metellum Numidicum, & in consulatu conlegam M. Cottam auct. Plut. hunc Lucullum M. Luculli fratrem fuisse, Mithridatemq; debellasse prodit Appianus. Sertorij mors.*

DCXXC M.TERENTIVS.M.F. VARR.LVCVLL C.CASSIVS. LONGINVS
L.GELLIVS. POPLICOLA CN.CORNELIVS.CN.F.L.N.LENTVL.LVPVS
P.CORNELIVS.: : : P.N.LENTVL.SVRA CN.AVFIDIVS. ORESTES
CN.POMPEIVS.CN.F.SEX.N. MAGNVS M.LICINIVS.P.F.M.N. CRASSVS
CENS.L.GELLIVS.POPLIC. CN.CORNELIVS.CN.F.L.N.LENTVL.LVPVS.L.F.LXVIII
Q.HORTENSIVS.L.F. HORTALVS Q.CAECILIVS.L.F.Q.N.METELLVS. QVI POSTEA. CRETICVS. APPELLATVS. E
L.CAECILIVS.L.F.Q.N. METELLVS. Q.MARCIVS. REX.SOLVS
IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.E.L.F.E CONSVLATVM.GESSIT
: : : : : : : : : :
ANTEQVAM.INIRET.MORTVVS.EST

C.CALPVRNIVS. PISO M'.ACILIVS GLABRIO
M.AIMILIVS. LEPIDVS L.VOLCATIVS. TVLLVS
P.CORNELIVS.SER.F.P.N. SVLLA P.AVTRONIVS.P.F.L.N PAETVS
HEI.IN.INSEQVENTEM.ANN.DESIG.ERANT.SED.DE.AMBITV
POSTVLATI.NON.INIERVNT.IN.EORVM.LOC.FACTI.SVNT
L.AVRELIVS.M.F. COTTA L.MANLIVS.L.F TORQVATVS
CENS.M.LICINIVS.P.F.M.N. CRASSVS. Q.LVTATIVS.Q.F. CATVLVS.L.N.F.
L.IVLIVS.L.F.L.N. CAESAR C.MARCIVS.C.F. FIGVLVS
CENS.L.AVRELIVS.M.F.COTTA. P.SERVILIVS.C.F.M.N.VATIA.ISAVRICVS.L.F.LXIX

680 *M. TERENTIVS, non M. Licinius. nam in marmore IVS vltima syllaba producta est vltra literam postremam superioris Licinij, & maior pars literæ T remanet ante IVS. Erat hic quidem superioris frater iure adoptionis in Terentianam familiam insertus: quod etiam intelligi potest ex prænomine Marci patris adoptiui adhuc remanente, cum eius, qui eum procreauerat, sit Lucius, item ex litera R quæ est ante LVCVLL, erat enim VARR. Cic. etiam actione III in Verrem prodit M. Terentium Cos. cum C. Cassio: qui alibi neque reperiuntur, neque locandi est locus. Sed cum ab Appiano, Floro, atque ipso Cicerone ad Q. fratrem vocetur M. Lucullus, quis pretiuus non intelliget Licinium, nõ Terentium eius esse nomen? Cassius filius videtur eius, qui anno DCLVII fuit Cos. quiq; Procos. aduersus Spartacum male pugnauit, quod bellum M. Crasso demandatum fuit, qui eum debellauit.*

681 *CN. Cornelius, non C. Cornelius, vt apud Florum. eum esse arbitramur qui à Cic. II. ep. i. ad Q. fratrem Lupus cognominatur. meminit etiam IX. ep. i. ad Att. quidam eum esse volunt, qui à Sallustio Clodianus cognominatus est, cuius verba citat Gellius XVIIII. cap. iv. quod si illorum opinionem sequimur, dicendum erit hunc Cornelium fuisse ex Clodia familia, et à Cornelio Lentulo, Lupo adoptatũ, suæq; familiæ nomen ex more retinuisse, sed mutatũ, ita vt appellaretur, Cn. Cornelius Lentulus Lupus Clodianus, Nam apud Cic. nomẽ*

Lupi ad aliũ, q̃ ad Cornelium referri posse non videtur. huius et conlegæ meminit Appianus in bello Maced. hoc modo. Pompeius circa Italiam L. Gellium, et Cn. Lentulum præfecit. Sardinio, et Corsico mari, insulis'q; finitimis. Lentulum Marcellinum, & P. Atilium. Cypro & Phœniciæ Metellum Nepotem. Gellius is est, qui in Senatu Cic. Cos. ciuica corona donari à rep. censuit, quod eius opera Catilinæ coniuratio detecta, vindicata'q; esset, vt scribit Gellius V. cap. vi. ¶ Coss. sequentis anni meminit Eutropius. Cn. Aufidius Orestem adoptauit, inquit Cic. pro domo sua. erat hic ex Aurelia familia cognomine Orestes. Lentulus is est, qui cũ Catilina coniurauit, ob eam'q; caussam Cos. Cicerone in carcere strangulatus est.

683 CN. Pompeius. M. Licinius, horum meminit Appianus, Gellius XIII. cap. vij. & Florus in hunc modum, M. Crassus, & Cn. Pompeius Coss. facti, vt Crassus ex Prætura, sic Pompeius antequam quæsturam gereret ex equite Romano, tribuniciam potestatem restituerunt. Plut. ait Pompeium fuisse Crasso minorem natum, & inuicem æmulos, ac alterum sub Sulla, Pompeium vero sub patre Strabone, qui aduersus Cinnam ductabat exercitum, militasse: cognomen'q; Magni à Sulla originem habuisse. qui eo nomine ipsum salutauerit, iussérit'q; omnibus, qui tum aderant, vt Magnum appellarent. sed alios dicere hoc cognomen primum in Africa ab vniuersa exercitu inditum, deinde vim atque consuetudinem ex hoc Sullæ affirmatione habuisse. scribit'q; his Coss. Gellium, & Lentulum Censores fuisse. de quibus meminit etiam Asconius actione II in Verrem, & Florus ita. Cn. Cornelius, & L. Gellius asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta Senatu motis. à quibus conditum lustrum est, censa'q; sunt ciuium capita CCCCL. millia. Idem Asconius in togam candidam ait, hos Cens. Senatu mouisse C. Antonium Marci oratoris filium sexennio, quàm Cic. eam orationem diceret. De Gellij censura meminit Valerius II. cap. iv. & V. cap. ix. dicit'q; ipsum omnibus honoribus ad censuram vsque defunctum esse. Gellius etiam libro quarto virum censorium fuisse tradit. Eusebius scribit Pompeio, & Crasso Coss. natum esse Virgilium poetam.

684 Q. Hortensius Hortalus, hoc cognomen fuisse Hortensij familiæ conijcimus ex verbis Cic. quæ sunt libro quarto ad Att. hæc. Hortalus in ea caussa fuit, cuiusmodi solet. quem in Bruto Lucij filium vocat. Suet. in Tiberio etiam de quodam Hortalo meminit, quem Hortensij nepotem fuisse scribit. hic Hortensius fuit orator eloquentissimus, conlegam'q; in hoc consulatu habuit Metellum Creticum, non Celerem, vt quidam putant. horum Coss. meminit Cassiodorus. Metellum Dalmatici filium esse opinor.

685 L. Cæcilius, Q. Marcius, horum meminit Cassiodorus Asconius in Pisonem, & Dio, qui scribit Metellum initio magistratus decessisse, placuisse'q; Senatui neminem ei subrogari, quod qui in locum ipsius suffectus erat, ante, quàm iniret, et ipse decesserat. hunc Metellum superioris fratrem fuisse reor. Cic. hoc anno fuit Aedilis. ¶ Coss. sequentis anni meminit Dio, et Cic. XII ad Att. vbi perperam legitur, M. Annij pro M'. Atilij, et apud Cæsarem tertio de bello ciuili Marcus pro M'. Apud Appianum est M'. Acilius, vt etiam in antiqua denaria legimus, cuius inscriptio sic est. C. PISO. L. FRVG et in altero. M'. ACILIVS IIIVIR.

687 M. Aimilius, L. Volcatius: horum meminit Sallustius in Catilina. & Dio, sed de prænomine Aemilij variant auctores. Nam ferè omnes legunt M. Aimilium, vt sit is, qui anno DCLXXV fuit Cos. & hic ei iterum adijciunt, Alij Manium. Volcatius vnus est ex ijs consularibus, quos in Senatu leniorem sententiam dixisse scribit Cic. vt diximus, de quo Cæsar tertia de bello ciuili sic loquitur. Nam plura castella Pompeius pariter distinendæ manus caussa tentauerat, ne ex proximis præsidijs succurri posset. vno loco Volcatius TVLLVS (non Tullius) impetum legionis sustinuit, cum cohortibus tribus, atque eam loco depulit. huius & conlegæ meminit etiam Asconius in Orat. pro C. Cornelio, & in togam candidam separatim de Volcatio Tullo, ait'q; hoc anno Ciceronem PR. fuisse, & P. Cornelium Sullam cum P. Autronio Cos. designatum esse. Quorum meminit etiam Sallustius. C. Aquillius Gallus in Prætura conlega Ciceronis fuit.

688 P. Sulla, & P. Autronius Coss. designati cum essent, eorum alterum L. Cotta: alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Coss. creati sunt, auct. Asconius. Sullam Ser. filium vocat Sallustius, & Dio filium fratris L. Sullæ Dictatoris. Cottæ & Torquati Coss. meminit Cornelius Nepos in vita Attici, scribit'q; his Coss. ipsum Atticum Athenis Romam remigrasse, & Torquatum Marij filium, qui forsan in Manliorum familiam iure adoptionis transierat. ¶ Censorum meminit Dio. & Plut. in vita Crassi, ait'q; ipsũ censuram immunem gessisse, quia Senatum non legerat, neque aliquem notauerat, neque censum egerat, & ambos ob contentionem inter se ortam sponte magistratu abiisse. igitur non abdicarunt. Nam se magistratu abdicant initio vitio creati, vel alia postmodum interueniente causa, vel alter alterius morte. Noui autem Censores lustrum, quod ipsi condere neglexerant, fecerunt. Quorum alterum Isauricum fuisse arbitramur, alterum vero Cottam, quem petente Consulatum Cicerone Censorem fuisse ait Plut. Horatius poeta Lyri

natus est, & Cic. orationem pro C. Cornelio dixit.

689 L. Iulius, C. Marcius, *horum meminit Sallustius in Catilina, Asconius, & Dio. Cic. primo admonet Atticum se his Coss. filiolo auctum esse. Quidam Figulo adijciunt alterum cognomen Thermum, quem inibi Cic. competitorem fuisse consulatus ostendit, cum inquit. Thermus cum Silano contendere existimatur, & paulo post subdit, Nostris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare, vbi de nemine alio, quàm de Figulo intelligi potest. Cum tamen Thermus esset Minuciorum cognomen, non Marciorum. Sed forte ex Minucia in Marciam per adoptionem insertus fuerat familiam, is videtur, de quo meminit Cæsar primo de bello ciuili. Cæsarem filium eius opinamur, qui anno DCLXIII fuit Cos. Cicero orationem dixit, quæ in toga candida inscribitur, post annum, quàm pro C. Cornelio dixerat. scripsitq́; vt conijcio, sex primas epistolas ad Atticum, & totidem quæ sequuntur Pisone, et Messalla Coss.* ¶ *Quod autem supra diximus Censores hoc anno lustrum condidisse, id nunc vt comprobem necesse est. Propterea animaduertendum quod cum Licinius et Lutatius ob dissensionem lustrum ipsum, quũquam legitimum erat tempus, non fecerint, verisimile esse Cottam et Isuaricum Cens. in principio anni, quo creati erant, illud fecisse. vnde fit, vt is annus intra sequens quinquennium computandus sit, in fine cuius anni Cens. Afranio & Q. Cæcilio Coss. Lustrum LXX condidere, non superiori anno, vt quidam edunt, moti quod eo anno auct. Dionis, omnes, qui magistratus gesserant à Cens. in Senatum lecti erant. quodq́; eodem Cic. ad Att. de Censoribus mentionem faciat. sed non sequitur, quia creati, ideo lustrum fecerunt. Nam cum censura esset annua & semestris quandoque non quo creati erant anno, sed sequenti lustrum faciebant. ideo Dionis, & Ciceronis auctoritas nihil ad rem facit, quia, in A. C. vt sæpe diximus, habetur ratio eius anni, quo lustrum est conditum, non quo Censores creati. Quod hi parum animaduertentes in huiusmodi errores sæpe lapsi sunt.*

DCXC	M. TVLLIVS.M.F.M.N.	CICERO	C.ANTONIVS.M.F.M.	NEPOS
	D.IVNIVS.M.F.	SILANVS	L.LICINIVS.L.F.	MVRENA
	M.PVPIVS.M.F	PISO	M.VALERIVS.M.F.	MESSALLA
	L.AFRANIVS.A.F		Q.CAECILIVS 〃 〃 Q.N.METELL.	CELER
	CENS. 〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃		〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃	〃 L.F.LXX
	C.IVLIVS.C.F.C.N	CAESAR	M.CALPVRNIVS.	BIBVLVS
	M.CALPVRNIVS.L.F.L.N.PISO.	CAESONIN	A.GABINIVS.A.F	
	P.CORNELIVS.P.F.	LENTVL.SPINTHER	Q.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELL.	NEPOS
	CN.CORNELIVS.P.F.	LENTVL.MARCELLIN	L.MARCIVS.L.F.Q.N.	PHILIPPVS
	CN.POMPEIVS.CN.F.SEX.N.MAGNVS.	II	M.LICINIVS.P.F.M.N.	CRASSVS.II
	CENS.M.VALERIVS.	MESSALLA	〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃 〃	〃 L.N.F
		BELLVM PARTICVM		
	L.DOMITIVS.CN.F.CN.N.	AHENOBARBVS	AP.CLAVDIVS	PVLCHER

690 M. Tullius, C. Antonius, *hi conlegæ fuere etiam in Prætura, & Aedilitate, quorum mentio est apud Sallustium in Catilina, Suet. in Augusto. Varronem VI. & Dionem, qui Ciceronem M. F. vocat. Plut. scribit, M. Tullium cognomen Ciceronis sumpsisse, quod in postrema parte nasi eminens quiddam obesum in modum ciceris haberet. item C. Antonium, ac Lucium triumuiri fratres, quorum pater, auct. Asconio in togam candidam, extitit Antonius orator, qui, vt diximus, à Mario fuit necatus. hic à Cic. III. ad Q. fratrem M.F. dicitur. Paterculus hoc anno Augustum natum prodit. quo anno, & superiori L. Catilina in petitione consulatus repulsam passus cum Lentulo PR. Cethego, alijsq́; pluribus coniurauit, de cæde Coss. & Senatus, incendijsq́; Vrbis, exercitu quoque per C. Manlium in Etruriam comparato, qua remp. oppimeret. ea coniuratio Ciceronis opera extincta est, Catilina Vrbe pulso, & de reliquis coniuratis supplicio sumpto. & inter*

alius de P. Lentulo M. Antonij vitrico. hinc illud odium M. Antonij in Ciceronem initium traxisse videtur. Ob hanc coniurationem extinctam Ciceroni gratiæ ab omnibus habitæ, variæq; laudationes, Cato P.P. appellauit, quod decus nominis subinde à populo confirmatum est. Ex ea caussa à nonnullis creditum est, huiusmodi appellationem ab ipso Cicerone initium sumpsisse, ac subinde ad Imperatores, qui digni habebantur paulatim defluxisse, auc. Appianus. At Liuius V prodit, Camillum prius à militibus P.P. appellatum esse. Idem Cic. orationem habuit, qua Catilinam emisit, & postridie alteram ad populum, quam lib. II ad Attic. cum octauam nominat.

691 D. Iunius SILANVS, *non Syllanus.* L. Licinius Murena, *horum Coss. meminit Eutropius, Sallustius, Cic. XII ad Att. & Dio, qui Iunium M. F. vocat. Plut. ait repulso Catilina hos Coss. declaratos esse. Iunius filius est eius, vt opinor, qui anno DCXLIIII fuit Cos. Cæsar in demortui Metelli locum Pont. designatus est. Pons Fabricius, nunc Quatuor capitum dictus, extructus, aut certe instauratus est. P. Clodius accusatus, quod in mulieris habitu sacrarium, in quod virum intrare nefas esset, intrasset, qui cum Cæsaris Pont. vxorem stuprasset, absolutus est, auc. Florus. Sed apud ipsum perperam legitur vxorem Metelli, nam hoc defuncto Cæsar creatus iam fuerat Pont. huius rei meminit etiam Cic. primo ad Att. vbi sic inquit, P. Clodium Appij filium te credo audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cum sacrificium pro populo fieret, eumq; per manus seruulæ seruatum & eductum.*

692 M. Pupius, M. Valerius. *eodem prænomine quo hi, eorum patres appellatos esse scribit Dio, qui Messallæ alterum cognomen, scilicet Nigri, adijcit. Pupius is est, vt coniicio, de quo Cic. primo ad Att sic loquitur, Consul autem ipse paruo animo, & prauo, tantum cauillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis, quàm facetijs, ridiculus, nihil agens cum rep. seiunctus ab optimatibus, à quo nihil speres boni reip. quia non vult. nihil metuas mali, quia non audet. hic, vt testatur idem Cic. pro domo sua adoptatus fuerat à M Pupio, de quo loquitur Asconius in orat. contra Pisonem, aitq; fuisse eisdem temporibus, quibus Cicero, et eo ætate maiorem, multisq; literis præditum, bonumq; oratorem, sed non frequentem. huius & conlegæ meminit etiam Cæsar Com. primo, vbi Aldus Manutius perperam substituit P. Pisonem pro M. Pisone. Cui insulse à quibusdam adijcitur Calpurnianus, quia adoptatus suæ familiæ nomen, vel cognomen tantum retinere solebat, non vtrunque. Idem dicimus de Cn. Aufidio, quem Orestem, Aurelianum vocant, ijdemq; hoc anno Cottam Censorem perperam edunt, cui Mam. Aemilium, nescio quo auctore, conlegam adijciunt, & P. Seruilium Isauricum Messalæ sequenti Lustro Censuri. Videat lector ne fallacibus coniecturis istorum decipiatur.*

693 L. Afranius. Q. Cæcilius, *horum meminit Cic. primo ep. Nihil, & sequenti ad Att. vltima vero Afranium A. F. vocat, non vt Dio L. F. De eodem intelligere puto lib. II. ep. Dederam ad Q. fratrem, vbi ait, ad III Iduum Maij S.C. de ambitu in eius sententiam magno cum gemitu Senatus factum esse. Meminit & Cæsar III de bello ciuili. ¶ Censorum mentionem nullibi inuenio, Cic. tamen primo ep. Nihil, ad Att. hoc anno Lustrum esse factum innuit, cum inquit. Reuise nos aliquando, & quanquam sunt hæc fugienda, quo te voco, tamen fac vt amorem nostrum tanti æstimes, vt eò vel cum his molestijs peruenire velis. Nam ne absens censeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. Sub Lustrum autem censeri Germani negociatoris est. Quibus verbis intelligi potest, hoc anno quo epistola illa scripta est, Lustrum, vt diximus, esse factum, non superiori, vt quidam perperam tradunt. De Metelli altero cognomine vide Plut. in vita Romuli. Q. Catulus diem mortis obijt.*

694 C. Iulius, M. Calpurnius, *horum meminit Plut. Suet. Dio, Cassiodorus, Gellius IIII cap. X, & Florus ita, C. Cæsar Lusitanos subegit, eoq; consulatus candidato, & captante remp. inuadere conspiratio inter tres principes ciuitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, & C. Cæsarem. Leges agrariæ à Cæsare maxima contentione inuito Senatu, & altero Cos. M. Bibulo latæ sunt. Paterculus, Bibulus, inquit, conlega Cæsaris cum actiones eius magis vellet impedire, quàm posset, maiore parte anni domi se tenuit: quo facto dum augere vult inuidiam conlegæ, auxit potentiam. Cæsar Iuliam Pompeio despondit.*

695 Coss. *huius anni meminit Dio. Cæsar com. primo, Asconius in orat. contra ipsum Pisonem, Plut. Qui Calpurnium Cæsaris socerum fuisse testatur, vt etiam Suet. & Appianus, cuius verba sunt hæc. Audacissimum porrò ex seditiosis omnibus ad magistratum sequentis anni, ac Cos. A. Gabinium statuit amicissimum sibi. L. aūt Pisonis filiam, qui vnà consulatum gesturus videbatur, Calpurniam duxit vxorem, exclamante Catone remp. nuptiarum lenocinio corrumpi. hunc Pisonem non fuisse ex Frugi familia Asconius ait. fuit autem*

nepos, vt puto, Cos. anno DCV. Cicero, lege à P. Clodio TR. PL. (nam à M. Fonteio adoptatus ad plebem transierat) lata, quia indemnatus ciues necasset, in exilium missus est. Scripsit autem ad Q. fratrem ep. cuius initium est, Mi frater, & sequentem. Cæsar in Galliam profectus Heluetios domuit, primumq; librum Commentariorum composuit. Nam, vt testatur A. Hirtius, singulorum annorum singulos commentarios fecit. Quod verum esse ex eo apparet, quia liber quartus Cn. Pompeio, M. Crasso. quintus L. Domitio, Ap. Claudio Coss. scriptus est. Cum Clodius incendio tradidisset Ciceronis domum, in eius area Libertatis templum extruxit.

696 P. Lentulus, Q. Cæcilius, horum meminit Valerius IX his verbis. Lentulus, & Metellus in consulatu conlegæ ambo in scena propter similitudinem histrionum spectati sunt, sed alter ex quodam asseclarum cognomen Spintheris traxit, alter nisi Nepos à moribus accepisset, Pamphili retiarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset. P. Cornelius, qui Pompei partes sequebatur, Corfinij obsessus cum nullam euadendi spem videret, Cæsari se dedidit, à quo cum multis ciuibus Romanis incolumis dimissus est, vt ipse Cæsar de bello ciuili libro primo testatur. qui tertio de eodem sic meminit. Iam de sacerdotio Cæsaris Domitius, Scipio, Spintherq; Lentulus quotidianis contentionibus ad grauissimas verborum contumelias descenderant. Is videtur de quo Cic. primo ad Q. fratrē sic inquit, Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur, et herele non est idem. & XIIII ad Att. Lentulus, inquit, Spinther hodie apud me, cras mane vadit. De Metello huius conlegæ meminit lib. II. ep. Nodius tertius. hic fuit Balearici nepos, filius eius Metelli, qui anno DLV. fuit Cos. cum T. Didio, vt scribit Asconius. Quidam volunt hunc, & Celerem fratrum filios esse, ac patrueles Ap. & P. Clodijs: horumq; matrem sororem fuisse duobus Cæcilijs ei, qui Nepotem, & ei, qui Celerem procreauerat. Quamobrem non video quomodo ambo Q. filij possint dici, vt ait Dio, & Cic. V. epistolarum, nam sequeretur duos fratres eodem prænomine appellatos esse, quod non est verisimile. Neque enim in hac tota magistratuum serie id inuenies. ex quo constare potest eos hallucinari, qui etiam Celerem, & Nepotem fratres germanos esse scribunt. quare videndum an pater Celeris alio prænomine, quàm Quinti, vocatus sit. Cicero in patriam est restitutus. scripsitq; vt puto, ep. tres, quæ primæ habentur IIII ad Att. Pompeius theatrum extruxit, auct. Plut. Cui in III Consulatu titulum addidisse constat ex verbis Varronis, quæ à Gellio lib. X. cap. primo citantur. fit verisimile eo anno etiam illud dedicauisse.

697 CN. Cornelius P. F. hic fuit Marcelli filius adoptatus à Lentulo, ideo Marcellinus appellatus est. L. Marcius L. F. eius, qui anno DCLXVII fuit Cens. horum meminit Dio, & Asc. in orat. contra Pisonem, item Valerius IX. & Cic. V. ad Att. Marcellini II. ad Q. fratrem, his verbis. Marcellinus in hoc vno mihi quidem non satisfacit, quod Pompeium nimis aspere tractat, quanquam id Senatu non inuito facit. Ideo Valerius VI tradit, hunc Cos. cum in concione de Pompei potentia quereretur, assensusq; illi clara voce populus esset, dixisse. Acclamate, acclamate Quirites dum licet, iam enim vobis impune facere non licebit. huius meminit etiam Cæsar III de bello ciuili, conlegæ vero Valerius VI. hic erat vitricus Augusti, Atiam enim eius matrem vxorem habuit, patrem vero eum, qui anno DCLXII fuit Cos. Hoc anno defuncto C. Pisone, Cicero Tulliolam Furio Crassipedi despondit. Tertio nupsit P. Cornelio Dolabellæ, cum Cicero in Cilicia Procos. esset.

698 De hoc altero Pompei. & Crassi consulatu meminit Paterculus, Cæsar IIII Com. & Asconius in orat. contra Pisonem. Quam orationem dixit hoc anno ante paucos dies, quàm Pompeius ludos faceret, quibus theatrum dedicauit. de eodem consulatu meminit etiam Plut. in ipsius Crassi vita, his verbis. Pompeius & Crassus Coss. II Cæsari imperium in lustrum alterum prorogauere. quod etiam Appianus testatur: idq; factum est C. Trebonio TR. PL. legem ferente, qua perlata prouincias Syriam Crasso, Hispaniam Pompeio dedit. Sed quomodo sequitur, in aliud Lustrum, cum his Coss. tres annos tantum imperium Galliæ tenuisset. vbi intelligendum, Senatus decreto, vel etiam propria auctoritate, statuisse, vt finito primo quinquennio, in alterum imperium prorogaretur, vt instituerant ante, quàm consulatum inirent. Huius autem anni Censorum non semel Cic. IIII ad Att. meminit, tamen absque ipsorum nomine. qui fuerint nescimus. Quidam ipsorum alterum M. Messallam edunt, quem virum censorium Valerius vocat, neque intelligendum esse aiunt de eo qui anno DXCIX fuit Censor, propterea quod nominat hunc inter eos, qui eiusdem ætatis erant. quicunque autem fuerint, Lustrum non fecisse coniicimus ex verbis eiusdem Cic. quæ ex eodem libro sumpta sunt hæc. Non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudicijs, quæ lege Plotia fiant, quærere. Quibus verbis innuit hoc anno fuisse legitimum tempus condendi, vt etiam in eiusdem libri ep. his Coss. scripta, vbi

ſic inquit. Sanè velim ſcire num cenſum impediant Tribuni diebus inijciendis. Hic enim eſt rumor, totoq; de cenſura quid agant, quid cogitent. quæ verba innuunt diſcordiam Cenſorum, atq; inuicem inimicos fuiſſe. Veneris victricis templum à Pompeio dedicatum eſt, auct. Plin. VII. cap. viij. Iulia eius vxor mortua eſt, item P. Craſſus Cos. filius, Cn. Plancus, et Cenſorinus. quidam Iuliam ſequenti anno mortuam eſſe volūt:

699 *L. Domitij, & Ap. Claudij Coss. meminit Aſconius in orationem pro Scauro, & Cæſar Com. lib. V. item Dio, qui Domitium Cn. F. & Claudium Ap. F. vocat. meminit & Cic. ad Q. fratrem, & ad Att. his verbis. Nec me M. Lepidi, Lucei, Volcatij, Ser. Sulpicij comitum pœniteret, quorum nemo nec ſtultior eſt, quàm L. Domitius: nec inconſtantior, quàm Ap. Claudius. L. DOMITIVS, non Cn. Domitius, vt quidam edunt. hic vxorem habuit Porciam Catonis Vticenſis ſororem. Cicero orationem dixit pro Vatinio, & pro M. Scauro, &, vt conijcio, ſcripſit epiſtolas, quæ habentur libro II. & III. ad Q. fratrem.*

DCC CN.DOMITIVS.Q.F. CALVINVS M.VALERIVS. MESSALLA
CN.POMPEIVS.CN.F.SEX.N. MAGNVS.III M.CLAVDIVS.M.F.M.N MARCELLVS
SER.SVLPICIVS.Q.F RVFVS Q.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METEL.PIVS.SCIPIO

BELLVM CIVILE

L.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS.PAVLLVS C.CLAVDIVS.C.F.M.N. MARCELLVS
CENS.AP.F.AP.N. PVLCHER.L.CALPVRNIVS.L.F.L.N.PISO.CAESONIN.L.F.LXXI
C.CLAVDIVS.M.F.M.N. MARCELLVS L.CORNELIVS.P.F. LENTVL.CRVS

EODEM.ANNO

C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR DICT.REIP.REGEND.CAVSSA
C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.II P.SERVILIVS.P.F.C.N.VATIA.ISAVRICVS
C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.II DICT
M.ANTONIVS.M.F.M.N MAG.EQ REIP.REGEND.CAVSSA

EODEM.ANNO

Q.FVFIVS.Q.F.C.N. CALENVS P.VATINIVS.P.F.
C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.III M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS
C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.III DICT
M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS MAG.EQ REIP.REGEND.CAVSSA

EODEM.ANNO

C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.IIII SINE.CONLEGA.ABDIC.

EODEM.ANNO

Q.FABIVS.Q.N.Q.N. MAXIMVS.IM.MAG C.TREBONIVS.C.F
MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.FAC..E
C.CANINIVS.C.F.C.N REBILVS
C.IVLIVS.C.F.C.N CAESAR.IV DICT
M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS.II MAG.EQ REIP.REGEND.CAVSSA
C.OCTAVIVS.C.F.C.N MAG.EQ.DESIGNATVS
VT.QVM.M.LEPIDVS.PALVDATVS.EXISSET.INIRET
CN.DOMITIVS.M.F.M.N. CALVINVS
IN.INSEQVENTEM.ANNVM.DESIGNATVS
ERAT.NON.INIIT
C.IVLIVS.C.F.C.N CAESAR.V M.ANTONIVS.M.F.M. NEPOS
P.CORNELIVS.P.F. DOLABELLA

700 CN. Domitius, M. Valerius. Dio scribit propter petentium longam contentionem ex interregno mense septimo, huius anni hos Coss. creatos esse, qui ne tunc quidem creati fuissent, nisi Q. Pompeius Rufus TR. PL. qui intercessionibus comitia tollebat, ex S.C. in carcerem fuisset coniectus. Horum Coss. meminit Macrobius Sat. primo cap. v. & Cic. III. ep. ad VI Iduum, & vltima ad Q. fratrem. in priori autem multa sunt quæ faciunt ad ea, quæ à Dione commemorantur. Sed vide an Messalla idem sit, qui cum M. Pupio fuit Cos. hicq; adijciendum II.

701 CN. Pompeius, Q. Cæcilius. Cum seditiones, inquit Florus, inter candidatos consulatus, Hypsæum, Scipionem, & Milonem essent, qui armis, ac vi contendebant, ad comprimendas eas Cn. Pompeius legatus à Senatu Cos. III factus est absens, & solus, quod nemini vnquam contigit. Idem testatur Valerius VIII. Appianus addit, vt quæ monarchia indigere videbantur in melius corrigeret, L. Scipionem socerum suum residuo anni tempore (quod quinque mensium fuisse ait Plut.) conlegam sibi sumpsisse. Dio scribit, quod in suspensa ciuitate in creandis magistratibus aliqui Senatores volebant, vt Pompeius Dictator diceretur, alij vt Cæsar crearetur Cos. & quia hic populi fauore plurimum poterat, Senatum præoccupauisse Cos. Pompeium solum creare, ne Dictator nominaretur, eumq; vt inuidiam declinaret, & ne Cæsar sibi conlega daretur, effecisse, (decem TR. PL. legem ferentibus) vt, vbi appeteret tempus, liceret ipsi Cæs. absenti consulatum petere, idque egisse ne ipsum contemnere videretur. Deinde Q. Scipionem socerum, filium Asiatici, sed in familiam Metelli Pij adoptatum, conlegam sumpsisse. Quem Scipionem cum Appianus Lucium vocet, innuit, quod ait Dio. L. Asiatici filium fuisse, ac eodem prænomine, quo pater, appellatum. Asiatici autem dico, non eius, cui primo id cognominis inditum est, sed illius (vt coniicio) pronepotis, qui fuit Cos. anno Vrbis DCLXX. Verum cum adoptatus nomen, & prænomen adoptantis sumere soleret, & Appianus de hoc iam adoptato loquatur, non video qua ratione Lucius possit appellari. quanquam Asiatici fuisse filium non concedimus. quia Cic. VI ep. prima ad Att. asserit, huius proauum Cos. & Cens. fuisse. Cumque neque primus Asiaticus neque quisquam alius ex eius progenie Cens. inueniatur, fateri oportet, hunc Scipionem ex alio patre natum esse, & (vt idem Cic. innuit) ex Scipione Nasica Serapionis filio, qui Cos. fuit anno Vrbis DCXLII, auumq; habuis P. Cornelium Nasicam, qui & Corculum cognominatus est, Consulq; fuit anno Vrbis DXCI & DXCVIII. ac Cens. DXCIIII. huiusq; Metelli Scipionis proauus. quod mox Scipionum originem sexentes plane demonstrabimus. Aduerte autem quod si Pompeius hunc Scipionem conlegam sumpsit, ne Cæsar conlega sibi daretur, fieri verisimile, in prima, non in postrema anni parte, id fecisse. Idem Cic. huius Scipionis nona, ep. prima ad Att. sic meminit. Nam Scipio, vel in Syriam proficiscitur sorte, vel cum genero honeste, vel Cæsarem fugit iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Cæsaris timuissent, manerent. Appius est eodem timore. Meminit & Cæsar primo de bello ciuili. P. Clodij à T. Annio Milone consulatus candidato Appia via ad Bouillas occisi corpus, plebs in Curia cremauit. quo igne auct. Asc. Curia ipsa, Porciàque basilica ei coniuncta exusta est. ¶ At quia in sequentibus de ullo Scipione amplius non erit mentio, operæpretium fore duxi, si eam familiam ab origine eorum, quorum apud auctores aliqua extat memoria, ad hunc vsque annum, enumerarem. Inuenimus igitur Cn. Cornelium, qui neque Cos. neque Dictator fuit, Scipionis cognomentu appellatum, genuisse L. Cornelium, qui anno Vrbis CDLV fuit Cos. quiq; duos filios procreauit, Cn. Cornelium Scipionem Asinam, & Lucium Scipionem. quorum ille Cos. fuit anno Vrbis CDXCIII hic vero anno sequenti, qui duas suscepit filios, Publium & Cneum Cornelios Scipiones. ille in principio secundi belli Punici fuit Cos. hic vero cognomento Caluus appellatus, anno Vrbis DXXXI, vterque in Hispania post multas victorias cecidit. At Publius duos reliquit filios, quorum alter prænomine patris Publius, alter vero Lucius dictus est, qui anno Vrbis DLXII fuit Cos. & quia Asiam deuicit, Asiaticus cognominatus est. filium habuit, & ex eo nepotem eiusdem prænominis quo ipse. item pronepotem, qui consul habetur in A. C. anno Vrbis DCLXX ex quo iuxta opinionem. Dionis, quanquam falsam, natus est hic Metellus Scipio. At Publius primi Asiatici frater, Cos. fuit anno Vrbis DXLVIII et DLIX, ac Censor anno DLIIII Africanusq; maior appellatus est. Ex hoc, &, vt ait Val. sexto, cap. vij. ex Aemilia tertia nata est Cornelia TI. & C. Gracchorum mater, ac P. Cornelius Scipio, qui prole carens L. Aemilii Paulli Macedonici filium adoptauit, quiq; deleta Carthagine, Africaq; subiugata Africanus minor appellatus est. Filios ne susceperit parum constat. Redeamus modo ad Cn. Scipionem Caluum. hic filium habuit P. Cornelium Scipionem Nasicam, qui à Senatu vir optimus iudicatus est, apud quem Mater Deum reponeretur. Cos. fuit anno DLXII. Genuit P. Cornelium Scipionem Nasicam cognomento Corculum. Ex hoc natus est P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, Cos. anno DCXV, filiumq; eiusdem prænominis, quo ipse, procreauit, qui fuit Cos. anno Vrbis DCXLII. Ex eo genitus est hic Scipio, qui in familiam Metellorum adoptatus Q.

Cæcilius

Cæcilius Metellus Scipio appellatus est. Huius igitur pater non deest, neq; is est, quē alij perperā adijciūt, idq; coniicimus ex verbis Cic quæ ex lib. VI, ep. prima ad Att. sunt hæc. Ain tu, Scipionem hic Metellus proauū suum nescit Cens. fuisse. Atqui nihil habuit aliud inscriptum, nisi censoria statua, quæ ad Opis per te posita in excelso est. & haud ita multo post subiungit. Sed nescire proauum suum Cens. fuisse, turpe est, præsertim eum post eum Consulem nemo Cornelius illo viuo Censor fuerit. Et quia superius sic inquit. At mehercule ego eum in turmam auratarum equestrium, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putaui. nunc video Metelli ἀνιστορησίαν turpem. animaduertendum horum verborum sensum non esse eum, quem interpretes tradunt. Sed hunc. Videa non esse fabrum erratum, sed Metelli, qui historiarum inscitia in subscriptione Serapionis aui sui, Africani imaginem apponi iusserit, ac si ab hoc Serapio originem duxerit. De huius Scipionis morte vide Hirtium. Cic ad VI Idus Apr. orationem pro Milone dixit.

702 *Ser. Sulpicius, M. Claudius. Florus scribit, M. Catonem in petitione consulatus repulsam tulisse creatis his Coss. quorum alterum legum experientia, alterum vero eloquentia consulatum adeptum esse, affert Dio, aitq; bellum Parthicum anno iam quarto initum, finem his Coss. habuisse. de quibus Cic. V. ad Att. sic meminit. Venimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpicio, & Marcello Coss. pridie K. Sextil. Marcellus is est, quem Cæsar de bello ciuili scribit leniorem sententiam contra se dixisse. Meminit idem Cic. VIII ad Att. his verbis. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter, adde etiam nihil, nisi contra consilium, auctoritatemq; meam. Omitto illa vetera, quod istum in remp. ille aluit, auxit, armauit. ille legibus C. Metelli contra auspicia ferendis auctor, ille Galliæ vlterioris adiunctor, ille gener, ille in adoptando P. Clodio augur, ille restituendi mei, quàm retinendi studiosior, ille prouinciæ propagator, ille absentis in omnibus adiutor. Idem etiam tertio consulatu, postquam esse defensor reip. cœpit, contendit, vt decē TR. PL. ferrent, vt absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua. Marcoq; Marcello Cos. finienti prouincias Gallias K. Martij restitit. hactenus Cic. Hic Marcellus frater erat C. Marcelli, qui anno tertio post fuit Cos. ambo patrueles C. Marcelli L. Paulli in consulatu conlegæ. Sulpicium eum esse arbitramur, de quo, eiusq; sepulcro meminit Cic. Philip. IX vbi Quinti filium vocat, additq; Rufi cognomen. Cæsar Bellouacos cum alijs Gallorum populis domuit. Contentiones inter Coss. de successore Cæsari mittendo ortæ sunt.*

703 *L. Aemilij, & C. Claudij Coss. meminit Dio, Hirtius VIII Suet. in Cæsaris vita, & Appianus, aitq; Cæsarem nullis pollicitationibus Claudium (non Calidium) se allicere potuisse, Paullum vero mille, & quingentis talentis sibi beneuolum reddidisse, eumq; illa pecunia Basilicam sua nomine nuncupatam extruxisse. & lib. IIII. hunc Paullum M. Aemilij Triumuiri fratrem fuisse ait, idem testatur Florus, additq; in ipso triumuiratu fuisse proscriptum, cuius meminit etiam Cic II ad Q. fratrem, & VII ad Att. vbi sic inquit. Hanc ego plagam effugi per duos superiores Marcellorum consulatus, cum actum est de Cæsaris prouincia. De Censoribus huius anni intelligere videtur VI ep. vltima ad Att. vbi ipsum admonet, vt perscribat de Censoribus. quorum meminit Dio. Pisonis vero seporatim Cæsar primo de bello ciuili. Lustrum conditum esse ex eo coniicimus, quod Plut. tradit ante bellum ciuile, censa esse ciuium capita CCCXX milia. cum anno quo Cæsar ipsum egit, dimidio minus inuenta sint. De eodem bello Paterculus sic inquit. Post vrbem conditam annus DCCIII & anno LXXVIII, quàm tu M. Vinuce consulatum inires, bellum ciuile exarsit. Fuit M. Vinucius Cos. anno Vrbis DCCLXXXII. Hirtius VIII, & Cæsar eodem libro, bellum ciuile anno sequenti initum esse innuunt. Q. Hortensij mors.*

704 *C. Claudij, & L. Cornelij Coss. meminit Cic. XV. ad Att. & Hirtius VIII, item de bello Alexandrino, vbi perperam legitur M. Marcellus, Idem Cic. Lentulum P. F. vocat. Marcelli meminit etiam Cæsar de bello ciuili lib. III. quæ autem primo, & secundo eiusdem belli ab ipso commemorantur, hoc anno gesta sunt Post fugam Pompei M. Lepido PR. suadente Po. Ro. Cæsarem ad Vrbem accedentem contra morem Dictatorem creauit. quem honorem vrbem ingressus statim admisit. Item alios subinde à Senatu oblatos, qui licet penes se essent, tamen, ne remp. penitus inuasisse, iureq; legitimo eos sumere videretur, placebat vt ex Senatus decreto sibi decernerentur, de quibus plura commemorat Dio, & Suet. ita Non enim honores modo nimias recepit, vt continuum consulatum, perpetuam Dictaturam, præfecturamq; morum, insuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris patriæ, Statuam inter Reges, suggestum in Orchestra, sed ampliora, etiam humano fastigio, sibi decerni passus est. Ipse autem Cæsar secunda de bello ciuili tradit. Cum Massiliam peruenisset, ibi legem de Dictatura latam, seq; Dictatorem dictum à M. Lepido PR. cognouisse. Ascribit autem id Lepido, quia eius opera Populus, vt ait Dio, eum Dictatorem creauerat. Verisimile est*

eo tempore cum non essent in Vrbe Coss. neque aliorum magistratuum viri, qui reip. curam susciperent, populum, maxime Lepido suadente, creauisse Dict. Cæsarem, quo & ipsi cunctis omnibus viribus præstanti gratificaretur, & vt ipsam rempub. veluti parentibus orbatam, gubernaret. Idq; verum esse ex eo conijcimus, quod libro primo eiusdem belli ipsemet rogat Senatum, vt remp. suscipiat, secumq; eam administret. Propterea intra dies xi actis quibusdam rebus, quæ ad publicam vtilitatem spectare videbantur, & inter alias comitijs consularibus, Dictatura se abdicauit, vt scribit Plut. Appianus, & ipse Cæsar tertio de bello ciuili. Constat igitur cum esset absens, non comitiorum caussa Dictatorem esse creatum, sed cum iam esset Dictator, vt suspicionem regnandi tolleret, Consulum creandorum habuisse comitia. quibus ipse creatus Cos. Dictamram depusuit. Neque in sequentibus annis rei gerundæ, aut imperandi, vt quidam aiunt, sed reip. regendæ caussa, hunc honorem ei delatum esse arbitramur, &, vt ex varijs auctoribus conijcimus, primum in sex menses, iterum in annum, & tertium in decem annos, quartum vero in perpetuum. Dio tradit M. Perpernam, qui cum Philippo Censor fuerat, Lentulo, & Marcella Coss. mortuum esse, qui vixerat annos XCVIII. Natus est igitur eo anno, qua Carthago concidit, vel sequenti.

705 C. Iulius Cæsar in principio tertij libri de bello ciuili de hoc suo, & eunlegæ consulatu sic meminit. Dictatore habente comitia Cæsare, Coss. creantur Iulius Cæsar, & P. Seruilius. Is enim erat annus, quo per leges ei Cos. fieri liceret. hoc att, quia, vt diximus, Sulla ex decreto vetuerat, quenquam intra decem annos eundem magistratum iterum attingere. cumq; à primo Cæsaris consulatu ad hunc annum decem anni intercessissent, licebat Cæs. Cos. fieri. ∇ L. Domitius ab equitibus Cæsaris, & Milo à legione Q. Pedij occisus est, vt testatur Cæsar eodem libro. Paterculus tradit, Pompeium hoc anno iugulatum esse. eius verba sunt hæc. C. Cæsare. P. Seruilio Coss. Pompeius iugulatus est, post treis consulatus, & totidem triumphos, agens annum octauum & quinquagesimum, pridie natalis ipsius vitæ fuit exitus. tantum in illo viro à se discordante fortuna, vt cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam. L. Cornelius Lentulus comprehensus à Rege Ptolomæo in custodia necatus est. M. Calpurnius Bibulus hoc anno mortuus est. & quæ à Cæs. libro tertio de bello ciuili traduntur, gesta sunt.

706 Cæsar Dict. II. de hac autem Dictatura Plut. sic meminit. Exacto iam anno in quem creatus secundo Dict. fuerat, cum superiori tempore ea dignitas nunquam in anni spatium conferri soleret, Cos. designatur in posterum. De Mag. Eq. Florus sic inquit. Cum seditiones à P. Dolabella TR. PL. legem ferente de nouis tabulis excitatæ essent, & ex ea caussa plebs tumultuaretur, inductis à M. Antonio Mag. Eq. in vrbem militibus octingenti è plebe cæsi sunt. P. Vatinius, hic paucis diebus cum gessisset consulatum, Cic. in eum iocatus inquit. Magnum ostentum anno Vatinij factum est, quod illo Cos. nec ver, nec æstas, nec autumnus fuit. Q. FVFIVS, non Q. Fusius, vt apud Cæsarem primo, & tertio de bello ciuili. & apud Cic primo, ep. Verear ad Att. Fuit hic TR. PL. Messalla & Pisone Coss. (quo anno epistolam illam scripsit Cic.) & anno interiecto Aedilis creatus est.

707 C. Iulius. Plut. in vita Antonij, Cæsar, inquit, tertium Cos. factus, non Antonium, sed Lepidum elegit conlegam. Suet. tradit ipsum Cæsarem tertium, & quartum consulatum titulo tenus gessisse, contentum Dictaturæ potestate decretæ cum consulatibus simul, atque vtroque anno binos Coss. substituisse, in ternos nouissimos menses, cui quoad Dictaturam assentitur Dio. Sed in tertia consulatu falsum est quod a ũt, quia in A. C. neque Dictator nominatur, neque aliquem substituit. Idem Dio scribit, Senatum hoc anno nomen Imp. Cæsari detulisse, ac decreuisse, vt eius filij, ac nepotes eo nomine appellarentur. Cæsar hoc anno censum egit, quo censa sunt ciuium capita centum quinquaginta millia, auctor Dio. Afranius, L. Cæsar, & Cato Vticensis mortui sunt. Sed quoniam habemus fragmentum quoddam ex alia Rom. magistratuum serie, quàm ex ea, quæ in Foro Ro. reperta est, non ab re visum est illud suo in loco hic subijcere. præsertim quod maior pars horum nominum in illa desideratur.

C.IVLIVS.CAESAR.IIII.SINE.CONLEG.ABDIC		SVF.L.SESTIVS.P.F	
SVF.Q.FABIVS.MAXIM	C.TREBONIVS.C.F	M.CLAVDIVS.M.F	LAR
C.CANINIVS.C.F		L.MVNATIVS.PAVL.AEMILIVS	
VLIVS.CAESAR.DICT.IV	M.AEMILIVS.M.EQ	Q.AEMILIVS.LEPID.	M.LO
C.IVLIVS CAESAR.V.	M.ANTONIVS.M.F	M.APPVLEIVS SEX.F.	P. SI
SVF.P.CORNELIVS.P.F		C.SENTIVS.SATVRN.	Q. LV.
C.VIBIVS.C.F.PANSA	A.HIRTIVS.A.F	SVF.M.VINVCIVS.P.F	
SVF.C.IVLIVS.CAESAR	SVF.Q.PEDIVS.Q.F	P.CORNELIVS.P.F.	CN.C
C.CARRINAS.C.F	P.VENTIDIVS.P.F	C.FVRNIVS.C.F.	C. IV
MILIVS.M.ANTONIVS.	IMP.CAESAR.IIIVIR.R.P.C. CL	L.DOMITIVS.CN.F.	P. CO
			SVF.L.TA
EX.A.D.V.K.DEC.AD.PR.K.IAN.SEXT.		M.DRVSVS.L.F	L
MVNATIVS.L.F	M.AEMILIVS.M.F	M.LICINIVS.M.F	
NTONIVS.P.SVLPICIVS.CENS.LVSTR.N.F		TI.CLAVDIVS.TI.F	
ANTONIVS.	P.SERVILIVS.P.F	M.VALERIVS.M.F	
N.DOMITIVS.M.F	C.ASINIVS.CN.F	SVF.C.VALGIVS.C.F	
SVF.L.CORNELIVS.L.F	SVF.P.CANIDIVS.P.F.	C.CANINIVS	

quidam hoc fragmentum citat, aitq; ex tabula Colatij adamussim descripsisse. cuius exemplum cum animaduertissem ab hoc nostro longe distare, anceps ne ego errauissem, ad marmoreum exemplar confugi, inueniq; me omnia fideliter exscripsisse, illum vera addidisse, quæ non sunt, & quædam, quæ in ea tabula sunt, omisisse, quod si illius exemplum cum hoc nostro contuleris (ita adamussim transportauit) septem errores eum commisisse intelliges. hoc dixisse volui, vt scias quantum illius scriptis credendum sit, est enim prorsus imperitus.

708 *C. Iulius III Dict. huius, & sequentis Dictaturæ Cæsaris meminit Hirtius de bello Hispaniensi. Et cum hoc anno absens solus, (non cum Antonio, vt falsò scribit Plut.) COS. IIII. esset creatus, non gessit consulatum vsque ad anni finem, sed in vrbem regressus Q. Fabio Max. & C. Trebonio statim dedit. Vltimo vero anni die mortuo Fabio trimestri Cos. vt inquit Suet. pro reliqua diei parte Caninium substituit. de quo idem Plut. sic inquit. Cum in petendis magistratibus Cæsar adiretur, spem omnibus ingerebat, vt mortuo Cos. Maximo, quanquam vna magistratus die superesset, Caninium Rebilum designaret. De quo Cic. Vigilantissimum, inquit, habemus Cos. Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit, & tunc, vt ait Dio, contra morem antiquum, institutum fuit, ne quis per totum annum consulatum gerere posset, sed sine caussa amoueri, aliumq; substitui. huius Fabij, & Caninij meminit Cic. VII ad Att. Caninij separatim Cæsar de bello Gallico, & ciuili, cuius cognomen in Aldina impressione vbique est deprauatum, & semel prænomen. C. Trebonij in eisdem libris itidem est mentio. Is est, qui legatus in appugnatione Massiliæ à Cæsare relictus fuit. Aspri cognomen L. Trebonio inditum esse anno vrbis CCCV testatur Liuius. an ad hunc vsque annum fluxerit, dubium est. Cæsar, inquit Appianus, iam quarto functus consulatu in Iberiam contra iuniorem Pompeium profectus est, quo superato in vrbem regressus P. P. appellatus est, & Dictator perpetuus dictus, consulq; per decennium creatus. Senatus templum Libertatis extruxit. M. Marcellus mortuus est.*

709 *Cæsar cum consules in proximum biennium designasset, & eodem biennio ipse Dictator futurus esset, & alium quendam Mag. Eq. dixisset, Octauium etiam quanquam adolescentem dixit. Cumq; Antonius toto anno consul futurus esset, ac ipse Lepidum Galliæ Narbonensi & Hispaniæ citeriori præfecisset, duos alios in horum locum magisterium equitum gerere voluit, auct. Dio. quibus verbis de quatuor Mag. Eq. loqui videtur. de Antonio, Lepido, Octauio, quartum non nominat, quia forte eius nomen ignorabat. ita vt Antonio, qui tunc Mag. Eq. designatus erat, Consule creato, quia duobus magistratibus eodem anno fungi ei non licebat, Lepidus suffectus sit. cumq; hic paludatus esset exiturus Cæsar Octauium designauit, qui cum Lepidus exisset iniret. Et quia ipse Cæsar in petendis magistratibus omnibus, vt diximus, spem præbebat, præsertim ijs, quibus sa debere intelligebat, in sequentem etiam annum sibi iam in perpetuum Dictatori Mag. Eq. collegam cooptauit, quem Caluinum quidam esse tradunt. Sed cum in A.C. fiat mentio de hoc tantum designato, & qui non inijt, Cur, si Antonius prior Lepido fuit Mag. Equitum, non multo magis de eo fieri debuit, & tamen prætermissus est, ex quo apparet ipsum Dionem ab eisdem annalibus discrepare; vt etiam in eo quod*

DCCX C.VIBIVS.C.F.C.N PANSA A.HIRTIVS.A.F.
IN.MAG.MORTVVS.E.IN.E.L.FAC.E IN.PROELIO. OCCISVS. E.IN.E.L.F.E
C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR.QVI Q.PEDIVS.M.F.
POSTEA.IMP. CAESAR. AVG.APPELL IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.E.L.F.E
EST.ABD.IN.EIVS.LOC. FACTVS. EST P.VENTIDIVS.P.F. BASSVS
C.CARRINAS.C.F QVI.IDEM.PRAETOR.ERAT
M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS
M.ANTONIVS.M.F.M.N. IIIVIRI.R.P.C.EX.A.D.V.K.DEC.AD.PR.K.IAN.SEXT
IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N
L.MVNATIVS.L.F.L.N. PLANCVS M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS.II
CENS.M.ANTONINS.M.F.M. NEPOS. P.SVLPICIVS. QVIRINVS.L.N.F
L.ANTONIVS.M.F.M. NEPOS P.SERVILIVS.P.F.C.N.VATIA. ISAVRICVS.II
CN.DOMITIVS.M.F.M.N. CALVINVS.II C.ASINIVS.CN.F. POLLIO
EX.K.DECEM L.CORNELIVS.L.F. BALBVS
P.CANIDIVS.P.F. CRASSVS
L.MARCIVS.L.F.C.N. CENSORINVS C.CALVISIVS.C.F. SABINVS
AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N. PVLCHER C.NORBANVS.C.F. FLACCVS
M.AIMILIVS.M.F.Q.N. LEPIDVS
M.ANTONIVS.M.F.M. NEPOS IIIVIRI.R.P.C. II. EX.K.IAN.AD.PR.K.IAN.QVINCT
IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.
M.AGRIPPA.L.F. L.CANINIVS.L.F. GALLVS
EX [illegible] T.STATILIVS.T.F. TAVRVS
L.GELLIVS.L.F.L.N. POPLICOLA M.COCCEIVS.M.F. NERVA
[illegible] D.IN. [illegible]
L.CORNIFICIVS.L.F. SEX.POMPEIVS.SEX.F. RVFVS
L.SCRIBONIVS.L.F. LIBO M.ANTONIVS.M.F.M.N.II. ABD.IN.E.L.F.E
EX.K.IAN L.SEMPRONIVS.L.F.L.N. ATRATINVS
EX.K.IVL P.AIMILIVS.
C.MEMMIVS.
EX.K.NOVEM M.HERENNIVS.

BELLVM ILLIR
BELLVM MARSICVM

710 C. Vibius Pansa, non L. Pansa, vt apud Florum, A. HIRTIVS cum T. vt in fragmento alterius Annalis, ex quo apparet nomen esse deriuatum ad hirto, non ab hirco, vt volunt, qui cum C. scribendum esse dicunt. Horum Coss. meminit Appianus, Suet. Plut. in vita Ciceronis, & ipse Cic. ad Brutum, his verbis. Coss. duos bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno prælio ante vicisset. Nam Pansa fugerat vulneribus acceptis. quæ ferre non potuit, et Paterculus idem sic asserit. Hirtius, et Pansa Coss. alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obijt. mox subiungit. Consulatum inijt Cæsar pridie, quam viginti annos impleret, X K. Oct. cum conlega Q. Pedio, post Vrbem conditam ab hinc annis DCCVIII, ante LXXII, quam tu M. Vinuce consulatum inires. Sed librariorum incuria puto in his verbis erratum esse, legendumq; ab V.C. annis DCCX, alioquin ab hoc anno ad M. Vinucij consulatum, non LXXII, vt ipse ait, sed LXXIV anni inuenientur. Suet. etiam scribit ipsum Octauium natum IX.K.Octobris. Videndum ne sit error apud Florum, qui ait Augustum agentem annum XVIII. Cos. creatum. Nam comunis opinio est, tunc annorum XX fuisse. & Plut. sic testatur. Augustus vicesimum annum agens Cos factus est, vt ipse in suis commentarijs dixit. De natali die non conuenit cum Paterculo, et Suet.

Macrobius, qui citat S.C. quo ostendit ipsum Octauium primum consulatum iniisse mense Sextili, idq; comprobat Dio, qui tradit Augustum mortuum esse XIIII k. Sept. eodem die, quo primum consulatum ini vit & in vrbem ingressum à Po. Ro. Cos. fuisse designatum cum Q. Pedio. Consentit Appianus, dissentit Suetonius, qui Consulatum inuasisse ait. eius verba subieci. Magistratus, atque honores, & ante tempus, & quosdam noui generis, perpetuosq; cepit: Consulatum vigesimo ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad Vrbem legionibus, missisq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. secundum consulatum post nouem annos, tertium anno interiecto gessit. sequentes vsque ad vndecimum continuauit. multisq; mox cum deferrentur recusatis, duodecimum, magno, idest septemdecim annorum interuallo, & rursus tertium decimum biennio post vltro petijt, vt Caium, & Lucium filios amplissimo præditos magistratu suo quenque tyrocinio deduceret in forum. Quinque medios consulatus à sexto ad vndecimum annuos gessit, cæteros aut nouem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus. secundum vero paucissimis horis. hæc ille. In frag. superius citato legitur, Q. Pedius Q.F. in triumphis Q. Pedius M.F. si idem est, vide in vtro sit error. Ibi habemus Cæsarem Pansæ, Pedium vero Hirtio suffectum, non electum, vt Appianus ait, neque designatum, vt Dio, qui lectorem admonet se quantum ad res gestas de primis Consulibus mentionem facere, & si per ipsos nihil efficeretur, propterea scribit, Pedium potius Vicarium, quàm conlegam Cæsaris fuisse. Carrinas quidam cognomen esse tradit, eiusq; nomen Albinum, citatq; Tacitum auctorem. sed videndum an de aliquo alio intelligat. Nam in tabula Colotij Carrinas tantum nominatur, is est, quem Appianus commemorat in Iberiam à Cæsare missum, vt Sex. Pompeium debellaret. Ventidij meminit Paterculus, & Gellius XV. Octauius ex consuetudine patriæ, patris, qui eum adoptauerat, nomen sumpsit, ac deinde C. Iulius Cæsar appellatus est. M. Antonius, & qui eius sectam fuerant secuti, hostes patriæ iudicati sunt. Pedius legem tulit, qua omnibus, qui Cæsaris mortis erant conscij, aqua, igniq; damnatis interdictum erat. quæ lex Pedia dicta est. Quam legem Florus scribit latam ab ipso Cæsare Cos. sed illi ascribit, quia ipsius iussu Pedius eam tulerit. IIIVIRI.R.P.C. idest Triumuiri reip. constituendæ. In frag. quod diximus, habetur hoc exemplum EX.A D.V.K.DEC.AD.PR.K.IAN.SEXT. hoc est Ex ante diem quintum Calendarum Decembris ad pridie Calendas Ianuarias sextas. significat enim ipsos iniisse triumuiratum V.K. Decembris, ita vt post quinquennium pridie K. Ianuarij abdicarent, sextas ab eo die quo inierant. De illorum concordia Appianus sic loquitur. Cæsar, & Antonius ab odio in amicitiam simul conuenere circa Mutinensem Vrbem in paruula quadam insula Labinij fluminis. Lepidus autem ipse progressus insulam perscrutatus est, deinde chlamyde excussa vt vterque eorum accederet signum protulit. hæc inter se statuisse feruntur: deponere consulatum Cæsarem, & Ventidium in residuum anni tempus illum regere. illi per quinquennium præessent, eo modo quo Consules præesse reip. consueuerant. quibus verbis apparet Cæsarem, non sponte, vt ait Dio, sed ex conuentione consulatum deposuisse. Fluuius Lauinus appellatus, est inter Bononiam & Mutinam. De crudelitate horum Triumuirum Dio plura narrat, & Plut. qui sic inquit. Cæsar Antonio Ciceronem, Antonius Cæsari L. Cæsarem auunculum concessit necandum, à M. Lepido Paullus frater ad necem traditus. Nihil reor vnquam crudelius fuisse, aut tetrius factum: homicidia homicidijs permutantes, quos accepe- rant, quos tradebant mactantes, sed in amicos magis iniurij, quos sine vllo odio trucidabant. In vtroque fragmentu A. C. Cæsari inscriptum est, IMP. cum Dio in quinto consulatu id nomen sumpsisse affirmet. qui præterea ait Cæsare Dictatore interfecto Octauium, qui tunc Apolloniæ erat, cum se hæredem institutum intellexisset, nomen Cæsaris, quod hæreditarium sibi fuerat relictum, sumpsisse: statimq; in Vrbem regressum à populo Cos. cum Q. Pedio declaratum. Quod falsum esse ostendit Cic. in ep. ad Brutum, & Bruti ad ipsum. Nam cum Antonius Cos. concupisceret magis regnum, quàm libera ciuitas pati posset, principatum, Senatui aduersus ipsum, Octauium Proprætorem bellum gerere placuit. qui cum pro rep. optima nauasset opera, idem Senatus, Cicerone persuadente, multos ei detulit honores, quibus fretus ad consulatum (et si per ætatē non licebat) animum adiecit. hinc ipse Cic. inquit. Persuasum est enim adolescenti, & maxime per me, eius opera nos saluos esse. & certe, nisi is Antonium ab Vrbe auertisset, perijssent omnia. At de honoribus ipsi delatis Brutus ad ipsum, sic ait. Prudentiam porrò, quæ tibi superest, nulla ubi te desideratur, nisi modus in tribuendis honoribus. mox infert. itaque timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet tuis decretis, quàm inde, si Cos. factus sit, descensurum. quibus verbis apparet vna cum Hirtio, & Pansa Coss. multis diebus ante, quàm Cos. sit creatus, bellum gessisse. quod idem Cic. testatur sic. Reliquias hostium Brutus persequitur, & Cæsar. Adepto deinde consulatu insolentior factus ad regium imperium aspirare cœpit. quod animaduertiens Senatus, & priuatim Cic. Brutum, & Cassium cum exercitu in Italiam, literis clam missis, reuocare conati sunt. Idq; cum Cæsar intellexisset, ab odio in amicitiam Antonij

deuenit, & cum Lepido triumuiratum simul inierunt. excluso deinde Lepido, & postmodum inter reliquos duos orta seditione, Cæsar Senatui pollicitus est, se breui tempore remp. pacatam & liberam redditurum, idq; aiebat, quo ipsius fauore, & auxilio Antonij vires facilius deprimeret. verum eo debellato, Bruto & Cassio occisis, atque principibus ciuitatis in triumuiratu in exilium missis, aut interfectis: cum se cunctis potentiorem intelligeret, imperium aperte inuasit, magistratusq;, & honores audacius quàm antea conferre cœpit. quamobrem Senatus animaduertens remp. penitus oppressam, atque extinctam, quò eius gratiam iniret, Imperatorem appellauit. quod nomen ab exercitu iam fuerat ei delatum, vt ostendit Cic. in ep. ad ipsum Octauium, vbi sic inquit, Senatus dedit fasces, vt cum auctoritate defensorem haberet, non vt imperio se aduersum armaret. appellauit Imperatorem hostium exercitu pulso tribuens honorem, non vt sua cæde cæsus, ille fugiens, exercitus te nominaret Imperatorem. Quod nomen ab initio repudiare videbatur, vt reip. opprimendæ omnem tolleret suspicionem. Quidam ad corroborandam Dionis opinionem, inter alias coniecturas, hanc quoque referunt. Quod in numis antiquis non prius, quàm in quinto consulatu inscribitur IMP. Quod argumentum est andistrophum, nostram et marmorũ confirmans opinionem: nam in ipsos sic torquetur. Numi priusquam Cæsar quintum iniret consulatum, non eius, sed reip. nomine cudebantur, licet in eis nomina Triumuirum, vt stante rep. nomina consulum, scriberentur. Ideo Senatus, qui expectabat vt debellato Antonio reip. quemadmodum pollicitus fuerat, libertatem restitueret, quoad fuit in hac spe, nunquam voluit imperatoris nomine appellare, ex quo apparet in triumuiratu, vt diximus, ab exerc tu: in quinto consulatu ab Senatu Imperatorem nominatum. Quod non datur Antonio, neque Lepido, quia legitime eo appellari non poterant, vt poterat Cæsar, quia, vt Dio refert, Senatus Cæsari Dict. dederat nomen Imperatoris, atq; decreuerat, vt eius filij et nepotes eodem nomine appellarentur. Ideo Augustus postquã reip. dominus fuit, in omnibus suis titulis nunquã C. Iulius, neque Octauianus, sed Imp. Cæsar tantum appellatur. vt etiãm triumuiratu (licet tunc imperiũ regium non obtineret) in marmore inscripto, quæ verba tanquã falsa quidam sic inuertit. C. Iulius C. F. C. N. Cæsar Octauianus. parũ etiam animaduertens eam consuetudinem fuisse, vt qui summum aliquod imperium esset adeptus, dignitatis nomine contentus, familiæ amplius non vteretur, quod & hodie seruatur, cum dicitur, Pont. Max. Rex Gallorum, Dux Mediolani, familiæ nomine omisso. Imperatoris autem nomen cum esset hæreditarium, non possumus dicere, vt quidam, Cæs. id vsurpasse, neque ex rebus gestis acquisiuisse. quia illud regiam potestatem non ostendit. Florus, & Gellius XV tradunt, Ciceronem tres & sexaginta annos vixisse, ex quorum supputatione conijcimus hoc anno fuisse occisum: & epistolam, quæ omnium vltima existimatur, ad Octauium scripsisse.

711 *Cæsar ante, quàm interficeretur, superioris anni Hirtium, & Pansam, huius vero D. Brutum, & L. Plancum Consules designauerat, Verum Bruto occiso in eius locum Lepidus Cos. creatus est, auct. Dio. Suet. ait his Coss. XVI. K. Decembris natum Tiberium imperatorem post bellum Philippicum, tamen, inquit, non desunt qui partim antecedente anno Hirtij, ac Pansæ: partim in sequente Seruilij Isaurici, Antonijq; consulatu genitum esse scribunt. Plancum eum esse censemus, cui PR. Cicero duas illas ep. quæ libro XVI inter illas, quæ ad Att. exaratæ sunt, insertas habemus, quiq; ædem Saturni in monte prope Caietam sitam extruxit. in cuius fronte inscriptus est titulus huiusmodi.*

L.MVNATIVS.L.F.L.N.L.PRON
PLANCVS.COS.CENS.IMP.ITER.VII.VIR
EPVLON.TRIVMP.EX.RAETIS.AEDEM.SATVRNI
FECIT.DE.MANVBIS.AGROS.DIVISIT.IN.ITALIA
BENEVENTI.IN.GALLIA.COLONIAS.DEDVXIT
LVGDVNVM.ET.RAVRICAM

Plancæ, inquit Sex. Pom. tabulæ planæ, ob quam caussam Planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt. ¶ Censores huius anni habentur in fragmento alterius Annalis Consulum, hoc modo ..ANTONIVS.P.SVLPICIVS.CENS.LVSTR.N.F. *idest, lustrum non fecerunt. Licet dubium sit de quo Antonio intelligere debeamus, quidam tamen Lucium esse dicunt. quia Caius à Bruto occisus fuerat, et Marcus in Macedonia hoc anno bellum gerebat. quæ opinio verisimilis videtur. Sed cum censura esset annua, & semestris, vt diximus, potuit interim Marcus superiori anno creatus Censor in Macedoniam proficisci, & in eadem tempore condendi lustrum adhuc esse, eiusq; absentia factum, ne conderetur. ¶ Cum ea pars marmoris, quæ hos Censores complectebatur, desideretur, dicere non possumus, vt quidam, ab auctoribus capitolinis studiose præteritos esse, neque à Cæsare sumpta censoria potestate, nullam amplius fuisse censuram, cum ipse anno DCCXXXII Paullum, Plancumq; Censores creauerit, vt testatur Suet. & annalium Con-*

sulum fragmentum, quod eodem anno citamus, quodq; ad ipsos Consules perperam referunt. L. Antonium *Triumuiri fratrem, eiusq; vitiorum consortem fuisse, ait* Paterculus. *quanquam à* Dione *vocatur* Pietas, *propter magnum in fratrem amorem.* Hoc anno mortuus est Cassius, Brutus, et Porcia eius vxor. Curia Iulia *quæ erat in Foro, extructa est, quo in loco repertus est titulus huiusmodi.*

GABINIVS.VETTIVS
PROBIANVS.V.C.PRAEF.VRBI
STATVAM.QVAE.BASILI
CAE.IVLIAE.A.SE.NOVITER
REPARATAE.ORNAMENTO
ESSET.ADIECIT

712 Cos. *huius anni meminit* Cassiodorus, *&* Dio. Seruilius *filius est eius, qui Isaurici cognomen adeptus est, quiq; biennio ante mortuus est, vt auctor est idem* Dio. Cæsar *cum animaduertisset* Q. Salnidienum Rufum, *quem ad consulatum vsque prouexerat, contra se parare insidias, interfecit, quod cum factum sit, vt ait idem* Dio, *anno sequenti, oportuit eum prius* Cos. *fuisse, & nisi in parte anni tantum fuerit, locus ei hoc tempore non relinquitur.* Imperite *igitur quidam* L. Censorino *eum substituit.* Crediderim *autem singulis ferè annis aliquos in eorũ parte, suffectos esse. & quia nomine tantum eo honore fungebantur (nam ad nutum* Imperatoris *omnia agebant) de illis auctores rarissime mentionem facere.* Et *certe illorum nomina scias, an nescias, ad temporis, vel historiæ cognitionem parum expedire inuenies. quinimmo ordinem annorum valde impedire, atque perturbare.* Ideo *in illis perquirendis non magnopere laborandum esse arbitramur, præsertim vbi sola coniectura locum habere videtur.*

713 CN. Domitius.M.F. C. Asinius.CN.F. *sic habetur in frag: supra descripto. vtriusque extat triumphus.* Domitij *separatim meminit* Cæsar III *de bello ciuili, &* Dio, *atq; hos* Coss. *circa finem anni abdicasse. vocatq;* Cornelium *suffectum* Gaditanum *: de quo mentio est etiam apud* Plin. VII. *& apud* Cor. Nepotem *in vita* Pomponij Attici: Caluisij *vero anni sequentis* Cos. *apud eundem* Cæsarem *eodem libro, eiusq; & conlegæ apud* Dionem. Censorini *triumphus, &* Norbani, *qui sequitur* Cos. *in marmore extat descriptus.*

716 M. Aemilius, M. Antonius, Imp. Cæsar. *hi circunactis quinque annis triumuiratus in alterum quinquennium se met triumuiros iterum renunciarunt; & licet in marmore duabus lineis claudantur, tanquam hoc anno nulli fuerint* Consules, *tamen cum inferior abrasa videatur, apparet ipsos vnà cum* Coss. *reip. præfuisse.* Miror *autem quosdam in dubium vocare annum quo alterum quinquennium triumuiratus inierunt, cum ex numero annorum, & ex linea quæ ipsos à superioribus* Coss *separat, facile intelligamus* Agrippa, *&* Caninio Coss. *inijsse.* Aduertendum *autem quod in titulis non fit mentio de nomine gentilicio* Agrippæ, *quia ignobile erat, vt scribit* Tacitus, *à* Dione *autem vocatur,* M. Vipsanius Agrippa L. F. *& eius conlega* L. Caninius L.F. Ex *spatio inani vnius versus inter* Agrippam, *&* Gellium Coss. *apparet alterum* Cos. Caninio *esse suffectum. quem aliqui* T. Statilium Taurum *fuisse suspicantur, ea ratione quod biennio post* Procos. *triumpharit, & anno* DCCXXVII *fuit* Cos. II. *auctore* Suetonio *in* Nerone, *sed triumphus facit rem verisimilem, non autem probat.* Nam *idem dicere possemus de ijs qui consules non fuerunt, & tamen triumpharunt.* Vereor *enim ne hoc cum sequenti anno inter primos consules, & suffectos aliquis error sit apud auctores, idq; ex eo, quod* Cocceium *cum* Vibio Cos. *prodit titulus in fronte* Carceris Tulliani *incisus huiusmodi.*

C.VIBIVS.C.FILIVS.RVFINVS M.COCCEIVS M.F.NERVA.COS.EX S C

hi enim per hos annos Consules *fuere, vt conijcio* Sed *videat lector.* Nam *solis coniecturis standum non est.*

717 Dio *tradit* Gellium *huius anni* Cos. *fratrem esse* M. Valerij Messallæ. *ideo datus in adoptionem cognomen suæ familiæ, quod est* Poplicola, *retinuit.* Subiacet *in marmore huic* Gellio D. IN. *quid significet, nescimus. quidam sic interpretantur* ABD. IN.EIVS.LOCVM.F.E L.MVNATIVS.L.F.L.N.PLANCVS.II *& conlegam adijciunt* P. Sulpicium P.F. Quirinum, *illum quod* Plin. XIII. *cap. ij. tradat* Cos. II. *&* Censorem *fuisse, hunc quod ex* Tacito *intelligitur per hæc tempora consulem extitisse. has coniecturas considerabit lector, & an hoc anno fuerint* Cos. *Sed sciendum quod* D.IN *esse circa medium versus, non in principio, vt ipsi tradunt. quid ante fuerit, incertum est.* Coccei, Cornificij, *&* Libonis *meminit* Cic. XII. *ad* Atticũ. *P* L. Cornificio, *qui sequitur,* Consule, Sex. Pom. Magni *filius occisus est.* M. Lepidus *victus in bello à* Cæsare *triumuiratu se abdicare coactus est, supplexq; ad ipsum* Cæsarem *venit, & ab eo vitam impetrauit.* De *quo* Suet. *sic inquit,* Post *Pompei fugam conlegarum alterum* M. Lepidum, *quem ex* Africa *in auxilium reuocauerat, superbientem* XX *legionum fiducia, summasq; sibi partes terrore, ac minis vindicantem* Cæsar *spoliauit exercitu, supplicemq; concessa vita* Circeijs *in perpetuum relegauit.*

719 *Fragmentum autem sequens in libris antiquorum titulorum impressum, quia septem annorum consules vnà cum suffectis complectitur, & ad rem nostram plurimum spectat, illud subijcere volui. In quo animaduertendum Antonium omissum, quia in principio huius anni se abdicauit.*

P.PAETINVS
P.PVBLILIVS.AED
L.SEMPRONIVS.L.SCRIBONIVS
K.IVL.P.AEMILIVS
C.MEMMIVS
K.NOVEM.M.HERENNIVS
BELLVM.ILLIR
EX.K.IVL.AD.K.IVL
Q.LAERTIVS.C.CVMEIVS.II.VIR
BELLVM.MARSIC
C.ANNIVS.SEX.VETTIVS.AED
EX.K.IVL.AD.K.IVL
L.SCVTARIVS. M.CALPVRNIVS.Q
IMP.CAESAR.II.L.VOLCATIVS
K.IAN.P.ANTONIVS
K.MAI.L.FLAVIVS
K.IVL.M.ATILIVS.C.FONTEIVS
K.SEP.L.VINVCIVS
K.OCT.L.LAENONIVS
EX.K.IVL.AD.K.IVL
C.AEMILIVS. Q.PONTINIVS.II.VIR
C.VALERIVS.C.TVRPILIVS.AED
L.LIVIVS.LIGVS.L.CORNELIVS.Q
CN.DOMITIVS.C.SOSIVS
K.IVL.L.CORNELIVS
K.NOV.N.VALERIVS
EX.K.IVL.AD.K.IVL
PRAEFECTI
T.LICINIVS.L.CORNELIVS
EX.K.IVL.AD.K.FEBR
C.PLOTIVS.C.ANNAEVS.II.VIR

EX.K.IVL.AD.K.FEBR
SEX.TITIVS.L.GEMINIVS.II.VIR
P.SEXTILIVS
EX.K.IVL.AD.K.IAN
L.SCVTARIVS.T.SEPTIMIVS.II.VIR
T.ANTONIVS.M.VALERIVS.Q
IMP.CAESAR.III.M.VALERIVS
K.MAI.M.TITIVS
K.OCT.CN.POMPEIVS
EX.K.FEBR.AD.K.IVL
M.METILIVS.L.ANNAEVS.AED
HOC.ANNO.QVAESTORES.CREATI
EX.K.IVL.AD.K.IVL
C.SVLPICIVS
C.SALVIVS.RVBVLCVS.Q
IMP.CAESAR.IIII.M.LICINIVS
K.IVL.C.ANTISTIVS
BELLVM.ALEXANDR
EID.SEPT.M.TVLLIVS
K.NOV.L.SAENIVS
EX.K.IAN.AD K.IAN
L.CORNELIVS.Q.VETTIVS.II.VIR
C.CASSIVS. C.GEMINIVS.NIGER.Q
IMP.CAESAR.V.SEX.APPVLLEIVS
L.OPPIVS.L.LIVIVS.II.VIR
M.NERVIVS.C.MESTRIVS.AED
Q.PLESTINIVS.SEX.FAB.Q
IMP.CAESAR.VI.M.AGRIPPA
EX.K.IAN.AD.K.IAN
L.GENIVS.C.GEMINIVS.MAG
C.CETRONIVS.C.CLODIVS.AED

In hoc fragmento P. Aemilius, qui subijcitur Antonio, & Liboni, à Dione Paullus Aemilius vocatur. Eum fuisse arbitramur, qui deinde fuit Censor cum Planco, filiumq; eius, qui anno DCCIII. fuit Cos. nam in censura L.F.M.N. vocatur.

DCCXX	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.II.ABD.IN.E-L.F.E.		L.VOLCATIVS.L.F.	TVLLVS
	L.AVTRONIVS.P.F.L.N		PAETVS	
	EX.K.MAI		L.FLAVIVS	
	EX.K.IVL		M.ATILIVS. C.FONTEIVS	
	EX.K.SEPT		L.VINVCIVS	
	EX.K.OCT		L.LAENONIVS	
	CN.DOMITIVS.CN.F.CN.N.AHENOBARB		C.SOSIVS.C.F.T	NEPOS
	EX.K.IXL		L.CORNELIVS	
	EX.KAL.NOV		N.VALERIVS	
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N	III	M.VALERIVS.M.F.M.N.MESSALL.CORVIN	
	EX.K.MAI		M.TITIVS	
	EX.K.OCT		CN.POMPEIVS.	RVFVS
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.	IV	M.LICINIVS.M.F.M.N.	CRASSVS
	EX.K.IVL		C.ANTISTIVS	VETVS
	BELLVM ALEXANDR			
	EX.EID.SEPT		M.TVLLIVS.M.F.M.N.	CICERO
	EX.K.NOV		L.SAENIVS	
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.	V	SEX.APPVLEIVS.SEX.F.SEX.	NEPOS
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N	VI	M.AGRIPPA.L.F.	II
	CENS.IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.		M.AGRIPPA.L.F.	L.F.LXXII
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.	VII.QVI.IN	M.AGRIPPA.L.F	III
	HOC.HONORE.AVGVSTVS.APPEL.E			
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.AVGVSTVS.	VIII	T.STATILIVS.T.F.	TAVRVS.II
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.AVGVSTVS.	IX	M.IVNIVS.	SILANVS
	IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.AVGVSTVS.	X	C.NORBANVS.C.F.	FLACCVS

720 *Imp.Cæsar. hic primo die, id est K. Ianuarij, vt superiore anno Antonius se abdicauit. Volcatii eius conlegæ meminit Dio, eumq; L.F. vocat. Quidam putant P. Antonium suffectum, esse nomen deprauatum, & pro eo legendum L. Autronius, vt sit is, qui anno DCCXXIIII triumphauit. Quorum opinionem non improbamus. Quanquam hi vocantes hunc Lucij filium alterum ab eo, qui triumphauit, fuisse significant. is enim P.F. L. N. in marmore dicitur. sed forte in prænomine patris errant. qui autem legunt P. Antonium putant esse triumuiri filium, de quo nullus est auctor. C. Fonteius pater est, vt opinor, eius, qui anno DCCLXIIII fuit Cos. cognomento Capito. Huius anni finis, secundi quinquennij triumuiratus finis extitit. de quo Appianus in bello Illurico meminit, hoc modo. Eamet die Antonio administratione probibita, ipse Dalmatas iterum procurrit triumuiratum adhuc obtinens. Iam enim secundi quinquennij tempus effluxerat, quem à se ipsis à principio inuaserant, populus; non subinde confirmauerat. Agrippa ductus aquarum Appiæ. Anienis, & Marciæ penè dilapsos restituit, & singulari cura cumpluribus salientibus aquis instruxit Vrbem.*

721 CN. Domitius.CN.F.CN.N. C. Sosius, C.F.C.N. *sic Dio. Sed Sosium T.N fuisse testatur eius triumphus in marmore inscriptus. horum Coss. meminit Suet. Appianus quinto, & Cornelius Nepos in vita Pomponij Attici. quem his Coss. mortem obijsse tradit. Sed aduerte quod apud Suet. perperam legitur, T. Domitius. Nam, vt diximus, hæc familia nullo alio prænomine vsa est, quàm Cnei, & Lucij. hic autem Domitius fuit auus Neronis, vt dictum est supra, filius eius, qui in Cæsarem coniurauit. Dio commemorat Paullum Aemilium triumuiri fratrem in partem huius anni Consulem fuisse. Sed in fragmento supra citato non est inscriptus, ideo nos in A. C. illum non inseruimus. Quidam edunt N. Valerium fratrem M. Valerij qui sequitur. sed auctorem quæro. Cognomen autem Paulli, & quædam alia, item nomina loco prænominum, quæ*

quæ ignorantur perperam poni sæpe animaduertimus: hancq; errorem emanasse ex varietate qua in homi-num appellatione Historici, cæteriq; auctores frequenter vtuntur. Hi enim breuitatis caussa, vbi ex argumen-to rei, de qua loquuntur, persona intelligi potest, eam solo prænomine aliquando demonstrant, vt Cic. septimo ep. Philitimi ad Att. Non dubito, inquit, quin Cneus in fuga sit. Et superiori libro ep. Dionysius. Quo Cneus noster? Vbi ex re tantum, de qua agitur, Pompeium significare intelligis. Nomine vel cognomine tantum vti inuenies, vbi de viro insigni sermonem faciunt. Idem secundo ep. Multu. Pompeius, inquit, significat studium erga me non mediocre. & supra. Cæsar cum venisset mortuo plausu Curio filius est insecutus. Illum solo no-mine, hunc vero solo cognomine ostendit. Aliæ autem personæ ex tempore interdum demonstrantur, solo cogno-mento. Idem quinto, ep. vltima. At ille, ait, profert S.C. Lentulo, Philippoq; Coss. ex additione Coss. facile intelligimus qui fuerint. Cæsar autem tertio de bello ciuili duobus cognominibus solis vtitur. sic enim ait. Iam de sacerdotio Cæsaris Domitius, Scipio, Spintherq; Lentulus quotidianis contentionibus ad grauissimas verbo-rum contumelias palàm descenderant. Nam cum plures essent cognomine Lentuli, non modo eo, sed ne tri-bus quidem nominibus hominem demonstrare poterat, quem duobus cognominibus clare ostendit. Iidem autem scriptores prænomini nomen, vel cognomen sæpe addunt, horum alterum omittentes, vt Cn. Pompeius, C. Cæsar, & cognomen nomini quandoque anteponunt, vt idem Cic. secundo ep cuius initium est, Tuas. Non me, inquit, nominauit, sed dixit consularem desertum vicinum Cos. sibi dixisse, Abalam Seruilium aliquem, aut etiam Brutum opus esse reperiri. Sunt & alia huiusmodi infinita exempla, sed his singulis nunc contenti erimus. quorum rectum, & integrum ordinem adiecimus. Cn. Pompeius Magnus. C. Iulius Cæsar. Cn. Cor-nelius Lentulus Marcellinus. L. Marcius Philippus. P. Cornelius Lentulus Spinther. C. Seruilius Abula. Quod si mentem adhibueris ad ea, quæ nos de Prænomine, Nomine, & Cognomine tradidimus, in illorum differentia nunquam hæsitare tibi continget. Præsertim si faceris memor, nullum cognomen finiri in ius. Quod vt probaremus, non frustra, vt quidam tradit, sed necessario, illius omnes, vt ita dicam, desinentias, quæ in priscorum monimentis inueniuntur posuimus, iam acquisitas, non acquirendas, quod non fuit necesse, cum hodie cognomina non sint in vsu. Sed esto quod essent, non tamen multæ aliæ. vt ipse ait, sed vna tantum in ur desinere inueniretur: cæteræ vero omnes in aliquam illarum, quas diximus, nisi velis addere Corculum, quod tamen est singulare, & tertium cognomen Scipionis Nasicæ. ¶ Agrippa aquam Iuliam deduxit. Cæ-sar quo tempore pacem cum Sex. Pompeio fecit, se cum M. Antonio in annos octo sequentes Cos. designaue-rat. Sed Antonius interim hostis patriæ indicatus, III consulatum non iniit, in eius locum factus est Messalla Coruinus. Sed vide Dionem & Appianum.

722 Imp. Cæsar III, M. Valerius. *horum Coss. meminit Paterculus, quibus Coss. debellatum esse apud Actium scribit (debellatum est enim IIII Non. Septembris) in quo prælio Antonius & Cleopatra victi sunt. qui mox sibi ipsis mortem consciuere. Quare Cæsar, qui primum cum ipso Antonio, & M. Lepido, deinde hoc excluso, cum solo Antonio per xij ferè annos imperium tenuerat, hoc anno solus eo potitus est, & finis belli ciuilis impositus, vt testatur Macrobius, his verbis. Cum Imp. Cæsar Augustus mense Sextili & primum consulatum inierit, & triumphos tres in vrbem tulerit, & ex Ianiculo legiones deductæ, secutæq; sint eius auspicia, ac fidem, & Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit, finisq; hoc mense bellis ciuilibus impositus sit, atque ob has caussas hic mensis huic imperio felicissimus sit, ac fuerit, placere Senatui vt hic mensis Augustus appelletur. Valerij autem Coruini mentio est apud Cic. ad Brutum. quem Messallini patrem fuisse tradit Paterculus, & Appianus illum missum contra Salassos à Cæsare, eosq; fame domuisse. M. Agrippa Aed. publica ædificia, ac vias sua pecunia instaurauit, & cloacas purgauit.*

723 M. Licinius. *huius triumphus in marmore est descriptus, Imp. Cæsar IIII. Cæsar, inquit Plut. cum debellasset Antonium Consul factus sibi Ciceronis filium conlegam delegit, atque sortitus est. in cuius magistratu Sena-tus statuas Antonij deiecit, ac nonnulla ipsius ornamenta aboleuit. Præterea publico edidit edicto ex Anto-niorum gente neminem Marcum appellari. Quapropter in A C. apparet nomen Antonij, cuius prænomen est Marcus, vbique abrasum, à quo deinde fuerit restitutum, & cur non item in eius triumpho sit abrasum, non constat. Appianus scribit, Cæsarem quo se à traditione Ciceronis excusaret, eius filium Pontificem, dein-de Consulem declarauisse, & Dio, eo Cos. nuncium de morte Antonij Romam venisse. Statiliumq; Tau-rum Theatrum fecisse.*

724 Imp. Cæsar V. SEX. Appuleius. SEX. F. sic meminit horum Coss. Dio, Sex. Appulei extat triumphus. Quinti autem Consulatus Cæsaris mentio est in titulo, qui eius statuæ subscriptus fuerat. is huiusmodi est.

SENATVS.POPVLVSQVE.ROMANVS
IMP.CAESARI.DIVI.IVLI.F.COS.QVINCT
COS.DESIGN.SEXT IMP.SEPT
REPVBLICA.CONSERVATA

Dio commemorat, Cæsari Cos. V per omnem vitam TR. POTEST. ex Senatus decreto oblatam esse. item nomen Imperatoris, de quo Appianus sic loquitur. Cæsar, superatis Romanis, imperioq; suscepto, formam quandam politiæ, nomenq; seruauit, re autem principem se cunctis præstitit. estq; in hanc vsque ætatem sub vno potestas principe, quos neutiquam Romani reges appellant, vetus iusiurandum, vt ego arbitror, veriti. Imperatores eos dici maluere, quod priscorum ducum nomen fuit. Sunt autem re ipsa vere Reges. Sed Tribuniciam potestatem hoc anno aut renuit, aut admissa non est vsus. Nam ex varijs titulis, & ex A.C. conijcimus anno DCCXXXI eam cum omni reip. potestate delatam, & suscepisse, & frui ea cœpisse. de qua suo loco plura dicenda erunt. hunc autem consulatum Cæsar, vt ait Suet. in Samo inijt, & vsque ad anni finem continuauit. Dio prodit Appuleio suffectum esse Potitum Valerium. sed in superiori fragmento suffectus nemo est. idem scribit Cæsarem cum Agrippa hoc anno fuisse Censorem, qui, vt inquit Eusebius, anno sequenti Lustrum fecere. Quod autem Suetonius ait, Cæsarem Censores longo interuallo creari desitos creasse, non de se, & conlega intelligit, sed de ijs, qui sequuntur Censores. Nam cum Cæsar seipsum Censorem renunciaret, aliter fuisset locutus: eo modo scilicet, quo tertio de bello ciuili loquitur, cum se Consulem declarat. Idem Dio refert ab his Cens. Senatum lectum, & multos, qui per bella ciuilia, tanquam Senatores in Senatum veniebant, motos. Cæsarem ter censum egisse auct. est Suetonius.

725 Imp. Cæsar VI, sic est in superiori fragmento. Agrippa II, non III, vt apud Dionem. Hoc anno Augustus Mausolæum extruxit, auc. Suet. qui sic scribit: Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati, & discincti, pedibus nudis, ac in Mausolæo condiderunt. id opus inter Flaminiam viam, & ripam Tiberis extruxerat sexto suo consulatu. Extruxit etiam Apollinis templum, & Bibliothecam in Palatio. Anno sequenti Agrippa Pantheum fecit, vt testatur titulus in fronte porticus inscriptus huiusmodi.

M. AGRIPPA.L.F. TERT,COS. FECIT Dio tradit biennio postquam Cos. fuit cum Cæsare VII, completum esse. Cæsar Ianum clausit.

727 Imp. Cæsar VIII, hunc consulatum Tarracone iniisse refert Suet. et Taurum bis consulem fuisse ait, his verbis. Nero duxit vxorem Statiliam Messallinam Tauri bis Consulis, ac triumphalis abneptem. Agrippa Septa, quæ instaurauerat, sacrauit, qui locus erat in campo Martio. Lepidus IIIviri frater quoquouersus porticibus extructis varijs marmoribus, atque picturis exornauerat, & in gratiam Augusti Porticum Iuliam appellauerat. Anno sequenti idem Agrippa Thermas extruxit, Agrippinas ab ipso denominatas.

IMP.

DCCXXX IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.AVGVSTVS.XI A.TERENTIVS.M.F.VARRO.MVRENA
ABD.IN.EIVS.LOC.FACT.EST IN.MAG.MORTVVS.EST.IN.E.L.F.E
L.SESTIVS.P.F. PANSA CN.CALPVRNIVS.CN.F.CN.N.PISO
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVG.POSTQVAM.DICT.APPELLATVS.E.ABDICAVIT.TR.POT
M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELL.AESERNIN. L.ARRVNTIVS.L.F.L.N.
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. II
CENS.L.MVNATIVS.L.F.L.N.PLANCVS.PAVL.AIMILIVS.L.F.M.N.LEPID
Q.AIMILIVS.M.F.M.N.LEPIDVS. M.LOLLIVS.M.F
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. III
M.APPVLEIVS.SEX.F.SEX.N. P.SILIVS.P.F.NERVA
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. IIII
C.SENTIVS.C.F.C.N.SATVRNINVS. Q.LVCRETIVS.Q.F.
VISPILLO
EX.K.IVL.M.VINVCIVS.P.F.
M.AGRIPPA.L.F.IIII
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. V
P.CORNELIVS.P.F.LENTVLVS. CN.CORNELIVS.L.F.
MARCELLINVS LENTVLVS
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. VI
C.FVRNIVS.C.F. C.IVNIVS.C.F.SILANVS
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. VII
L.DOMITIVS.CN.F.CN.N. P.CORNELIVS.P.F.P.N
AHENOBARB. SCIPIO
EX.K.IVL.L.TARIVS.RVFVS
L.VDI.SAECVLARES.QVINCT
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. VIII
M.LIVIVS.L.F.DRVSVS.LIBO L.CALPVRNIVS.L.F.PISO
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.TRIBVNIC.POTEST. IX
M.LICINIVS.M.F.CRASSVS. CN.CORNELIVS.CN.F.LENTVLVS

730 *Imp.Cæsar Cos.XI. Paterculus scribit, quod Cæsar quanquam obnitens, non potuit impetrare, quin consulatum vsq; ad XI continuaret, sed Dictaturam, quam pertinaciter deferebat populus, repulisse. idem refert Suet. Sed quo monarchiæ suspicionem à se moueret, honores à S. P. Q. R. delatos sæpe admittebat. At consulatu, quo plures eo participes essent, multoties abstinuit, aut abdicauit, vt hoc anno: cui suffectus est L. Sestius, qui in omnibus bellis Bruti socius fuerat. Crediderim hunc ex familia eius L. Sestij, qui à Cic. ad Q. fratrem Pansa cognominatur. Dio scribit Cæsarem hoc anno conlegam Calpurnium Pisonem habuisse. Sed cum in A. C. post prænomen A. sequatur T et ante MVRENA sit O, arbitramur legendum, vt in ijs annalibus scripsimus: et Dionem Terentium præterijsse, quia cum in magistratu mortuus esset, fortasse non inijt. hic, vt conijcimus, filius erat L. Licinij Murenæ in Terentianam familiam iure adoptionis insertus. Apud Var. legitur μυραίνα cum diph. In iisdem annalibus sequitur frag. tale: LATVS.E.ABDICAVIT. TR.... quod quidam compleuit eo modo, quo descriptum est in dictis annalibus, idq; ab ipso sic etiam interpretatur. Imperatorem Cæsarem, postq; Dict. appellatus est, abdicasse, & Tribuniciam Pot. primum sibi sumpsisse. Quæ expositio cum fieri debuisset per præteritum tempus, facta est per infinitum, et quem ipse intelligit sensum, non quem exempli verba declarant, addens coniunctionem, quæ non est in marmore, et verba quibus ibidem non est locus. Sed videat lector an rectius possit interpretari. Nam si illius frag. verba tantum spectes, in aliam partem sensum accipies, scilicet, postq; Dictator appellatus est, tribunicia potestate abdicasse. Sed ordo is videtur. Cæsar Imp. TR. POT. et reliqua, Quidam alter, cũ sensũ nõ intelligat, post TR. POT. superflue addit, SVMPTA, præsertim*

quod in marmore post TR. est spatiũ triũ literarũ tm. Tribuniciã omnino potestatem nõ semel, auct. Dione, ei oblatam, ea verba accepisse significans, quam per annos sex & triginta obtinuisse ostendunt A.C. in quibus anno priore, quàm mortis diem obiret, inscribitur sic. TR.POT.XXXV. *quod si ab anno sequenti* Claudio, & Arruntio Coss. *eam auspicatus fueris, primus numerus cum postremo optime conuenire inuenies.* Cornelius *autem* Tacitus *prodit ipsum* Augustum Tribuniciam *potestatem continuasse vsque ad* XXXVII, *ex quo videtur exordiri ab hoc anno,* Dio *etiam in* XI. *cõsulatu eam cepisse innuit, cum sic ait. Senatus motus Augusti humanitate, quod L. Sestium Bruti amicum in locum sui substituisset, vt ipse in perpetuum Tribunus PL. esset, decreuit. Sed de hac, & Dictatura ei delata, q̃plurima ab ipso discere poteris.* ¶ *Aduerte animum, quod hic est initium alterius partis fragmenti citati anno* DCCVII. *Marcellus Augusti sororis filius hoc anno mortuus est.* ¶ Dio. M. Claudio *sequentis anni* Cos. *Aeserninum alterum cognomen addit, forte ob Aeserma loco haud procul à* Capua, *vt innuit* Cic. VIII *ad Att. denominatum.* Augustus *ædem* Iouis Tonantis *eodem anno, qui fuit vrbis* DCCXXXI *dedicauit.*

732 In A.C. *post fragmentum* ... NIC. POTEST... *subsequitur* ... MILIVS. L.F M.N. LEPID... *quem Aemilium Censorem fuisse cum L. Planco alterius annalis fragmentum aperte ostendit. Nomina autem Coss. qui sequebantur in dictis annalibus comminuto marmore penitus exciderunt. Errant igitur qui hunc Censorem Lollij Consulis conlegam edunt, parum animaduertentes hunc in ijsdem annalibus. L.F. vocari, Lollij vero conlegam M.F. in titulo pontis Fabricij, quem imperfectum citant. Dio errare mihi videtur, qui hunc Aemilium triumuiri fratrem tradit, quod si ita esset, M.F. non L.F. vocaretur. quod autem hi Censores Consules præcedant, ratio videri potest, quia cum S.P.Q.R. vellent Augustum perpetuum Censorem creare, ipsa statim hos ellegit, de quibus Suet. sic inquit. Censores creari desitos longo interuallo creauit. & de Diuo Claudio, Gessit, inquit, & Censuram diu intermissam post Paullum, Plancumq; Cens. & alibi tradit Augustum L. Paulli Censoris filio Iuliam neptem ex Agrippa conlocasse. Hi Censores lustrum non fecerunt, vt innuit Dio, & Paterculus his verbis: Planci & Lepidi Censura inter discordiam acta, neque ipsis honori, neque reipub. vsui fuit, cum alteri vis Censoris, alteri vita deesset. Paullum autem filium eius arbitramur, qui anno* DCCIII *fuit Cos. et Lepidum Lolij conlegam, eius patruelem: filium scilicet M. Lepidi triumuiri, idq; conijcimus ex titulo pontis Fabricij huiusmodi.* Q.AEMILIVS M.F.M.LOLLIVS.M.F.COS.EX,S.C.PROBAVERVNT. *horum Coss. Dio ita meminit. Cum alter consulatus locus Augusto seruaretur, Lollius in principio anni solus consulatum inijt, Augusto deinde ipsum renuente, de eo Q. Lepidus, & Silanus contendere cœpere, quare Augustus ex Sicilia à prudentioribus reuocatus Lepidum Cos. elegit. De eisdem Coss. Horatius primo ep. ita meminit.*

Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres
Conlegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Augustus Iuliam filiam M. Agrippæ conlocauit. ℭ *Sequenti anno natus est Caius Agrippæ & Iuliæ filius. Augustus ædem Martis Vltoris perfecit, & Millarium aureum posuit.*

734 C.Sentius. *hunc vnum ex XV uiris, qui ludis sæcularibus præerant, fuisse apparet, quem patrem consulis anno* DCCLVI *esse crediderim.* Q·LVCRETIVS, *non Sp. Lucretius, vt apud Cassiodorum & Front. qui scribit, his Coss. Agrippam aquam Virginem deduxisse. Dio ait, Augusto cum C. Sentio Cos. electo, ac consulatum renuente, contentionem de altero Cos. creando ortam esse, nuntiosq; ad ipsum in Samum missos, vt ab eo intelligerent, quem in locum sui vellet Cos. creari, ipsumq; Q. Lucretium ex nuncijs vnum (quanquam in numero proscriptorum esset) Consulem declarauisse. Apud Ser. grãmaticum pro Q. Lucretio substitutus est,* CN. Plancius. *Is ait hoc anno Virgilium poetam mortem obijsse. & Paterculus Augustum euexisse Agrippam vsq; ad tertium consulatum. Quod si suffectorum consulatus, vt par est, connumerandi sunt, legendum erit, vsque ad quartum consulatum, cum hoc anno Vinucij conlegam Agrippam sic tradat. Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa, & M. Vinucio auo suo Coss. magnum, atroxq;, & perq̃ vicinum imminebat Italiæ, per Neronem gestum est. Quanquam in altera annali solus Vinucius suff. ctus est.*

737 L.D *mitius.* CN.F.CN.N.P.Cornelius.P.F.P.N. *sic est apud Dionem. Domitium Paterculus etiam* CN. F. *vocat. In altero annali* P. Cornelio *subiacet hoc frag.* SVF.L. TA... *cuius integrum erat,* L.TARIVS. RVFVS. *de quo Plin.* XVIII *sic meminit. L. Tarius Rufus infimo natalium humilitate consulatum militari industria meritus, antiquæ alias parsimoniæ circiter millies sextert. liberalitate diui Augusti congestum, vsque ad destructionem hæredis, exhausit, agros in Piceno coemendo, colendoq;.* ¶ *Ludi sæculares hoc anno facti, quos Dio anno superiori celebratos esse prodit. quo anno Agrippæ alter filius prænomine Lucius natus est: qui cum Caio fratre postea ab Augusto adoptatus est. ideo apud Suet. & in duobus Cippis ad pontem Palatinum repertis, eius filij appellantur. exemplum vtriusque subieci.*

C.CAESARI.AVGVSTI.F
PONTIFICI.COS
DESIGNATO
PRINCIPI.IVVENTVTIS

L.CAESARI.AVGVSTI.F
AVGVRI.COS
DESIGNATO
PRINCIPI.IVVENTVTIS

Sequentium duorum annorum Consulum meminit Dio, & Cassiodorus.

DCCXL IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. X

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO. P.QVINCTILIVS.SEX.F.VARVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XI

M.VALERIVS.M.F.M.N.MESSAL.AIMILIAN.IN.MAG.P.SVLPICIVS
MORTVVS.EST.IN.EIVS.L.F.E P.F.QVIRINVS
C.VALGIVS.C.F.RVF.ABDIC.IN.EIVS.L.F.E
C.CANINIVS.C.F.C.N.REBIL.IN.MAG.M.E

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XII

Q.AILIVS.Q.F.TVBERO. Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAX.PAVLLVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XIII

IVLIVS.ANTONIVS.AFRICAN. Q.FABIVS.Q.F.MAXIMVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XIIII

NERO.CLAVDIVS.TI.F.DRVSVS.IN.M.M.E. T.QVINCTIVS.T.F
CRISPINVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XV

C.MARCIVS.L.F.L.N.CENSORIN.C.ASINIVS.C.F.CN.N.GALLVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XVI

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.II. CN.CALPVRNIVS.CN.F.CN.N.
PISO.II

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XVII

D.LAELIVS.D.F.D.N.BALBVS. C.ANTISTIVS.C.F.VETVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XVIII

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.XII. L.CORNELIVS.SVLLA
ABD.IN.EIVS.LOCVM.FACTVS.EST

. . . .

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XIX

C.CALVISIVS.C.F.C.N.SABINVS. L.PASSIENVS

740 *TI. Claudius, non T. Claudius, vt apud Cornelium Nepotem in vita Pom. Att. vbi ait, hunc Claudium Drusilla natum Augusti priuignũ fuisse. Cum idem Augustus discederet ex Vrbe, qui mox in Sicambros exercitum duxit, Aedes Iuuentutis exarsit: quamobrem pro reditu ipsius multi vota fecere, & inter alios hi Cos. vt tituli in area Diui Apollinaris me præsente reperti, testantur, quos subieci.*

P.Quinctilius. SEX.F.VARVS
COS
Ludos votiuo pr O REDITV
Imp Cæs.Diui F.AVGVSTI
Ioui optimo MAXIMO.FECIT
*TI.ClaudioNer*ONE.CONLEGA
EX.S.C

hic dimidiatus, Claudij vero integer repertus est

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO
PONTIFEX COS.ITERVM
IMP.ITERVM
LVDOS VOTIVO PROREDITV
IMP.CAESARIS DIVI.F.AVGVSTI
PONTIFICIS MAXIMI
IOVI OPTIMO.MAXIMO FECIT
EX.S.C

Quinctilius hoc anno suos ludos fecit. Nero vero secundo suo consulatu, vt titulus innuit. hunc Varum filium eius opinor, de quo meminit Cæsar primo de bello ciuili. Tiberius paucis diebus hunc primum consulatum gessit, vt asserit Suet. qui de Augusti pontificatu sic inquit. Pontificatũ Maximũ, quem neque viuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demũ suscepit. Propterea in omnibus suis titulis deinceps PONT.MAX. *inscribitur. Decimæ Tribuniciæ Pot. Augusti mentio est in titulo in multis columnis in Hispania, qui est huiuis*

IMP.CAESAR·DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.COS.XI
TRIB.POT.X.IMP.VIIII.ORBE.MARI.ET.TERRA.PAGATO
TEMPLO.IANI.CLAVSO.ET.REP.POPVLI.ROMANI.OPTIMIS
LEGIBVS.ET.SANCTISSIMIS.INSTITVTIS.REFORMATA
VIAM.SVPERIOR.COS.TEMPORE.INCHOATAM.ET.MVLTIS
LOCIS.INTERMISSAM.PRO.DIGNITATE.IMPERI.P.R
LATIOREM.LONGIOREMQ.GADES.VSQVE.PROMOVIT

Quidam citat hunc titulũ, et pro pacato perperam edit, pacatis, ex quo apparet, neq; sensum, neq; ordinem intellexisse.

741 *M. Valerius M.F. Messalla Barbatus. P. Sulpicius. P. F. Quirinus. Sic habetur apud Dionem, Nos vero, cum sequens frag. cuius locus incertus ferebatur, in hunc restituendum esse animaduerterimus, huius sensum secuti necessario, cũ Dione planè conuenire non videbimur. Sed forte ipse ignorauit, hunc Valerium ex familia Aemilia in Valeriã per adoptionem transiuisse, propriæ familiæ nomine etiã retento, quod est Aemilianus. Idea marmoris inscriptioni, licet sit trunca, potius, q̃ sibi, fidem adhibendam esse censemus, ea hmôi est.*

... MILIAN. IN...
... L.F.E. ...
... RVF ABDIC.IN.E.L F.E
... C.N.REBIL.IN.MAG.M.E

Ex quo etiam apparet Valgium, non Saturnin um, vt quidam edunt, sed Rufum appellatum esse. horum triũ in tabula Colotij fit mentio. Barbati etiam apud Suet. in vita Claudij. Quirini vera apud Tacitum lib. III. vbi sic inquit, Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinus pertinuit ortus apud municipium Lanuuium. Agrippa diem obijt suum.

742 *Paullus Fabius. Q.F. Maximus. Q. Aelius. Q.F. Tubera. sic est apud Dionem. Sed cum Paullus cognomen sit Aemiliæ familiæ apparet hunc à Fabio adoptatum esse: ex quo intelligimus Paullum non esse prænomen, vt quidam putant, licet idem Dio anno DCCXXXI de Censoribus loquens Paullum Aemilium vocet, Suet. tamen, vt anno DCCXXXII diximus, L. Paullum nominat. Solent enim auctores differentiæ, vel alia caussa, cognomen ante nomen transferre. Plin. VIII. scribit Theatrum Marcelli hoc anno dedicatum fuisse y Anni sequentis Coss. nominantur à Dione, hi, Iulius Antonius Africanus, Q. Fabius. Q. F. Maximus. Sed vide legendum ne sit L. Antonius Iulus, ea ratione, quam modo diximus, quo prænomine eius patruus (fuit hic, vt reor, triumuiri filius) est appellatus. Non enim credendum est Augusti tempore nomina, quibus homines appellorentur, adeo inuersa fuisse, vt nominibus, & cognominibus loco prænominum vterentur. Ad hunc Iulum scribit Horatius odam illam quæ incipit, Pindarum quisquis studet æmulari. Suet. ait his Coss. natum esse Claudium Imperatorem K. Augusti Lugduni. excessisseq; III Idus Octobris ætatis suæ anno LXIII. imperij vero XIIII.*

744 *Nero Claudius. TI.F. Drusus. T. Quinctius T.F. Crispinus, horum meminit Dio cum patrum prænominibus. mentio est etiam in titulo reperto ad ædem Diui Hadriani in Foro Romano, cuius exemplum subieci.*

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP.XIII COS.XI.TRIB.POTEST.XV
EX.STIPE.QVAM.POPVLVS.ROMANVS
ANNO.NOVO.APSENTI.CONTVLIT
NERONE.CLAVDIO.DRVSO COS
T.QVINCTIO.CRISPINO
VOLCANO

Cum Drusus esset in Germania, ab ea Senatus Germanicum eum appellauit. In eaq; agentem annos XXX mortuum esse ait Paterculus. de qua morte vide L. Florum.

Ex dicto autem titulo & sequenti constat Augustum TRIB. POTEST. cepisse anno DCCXXX, non sequenti, conuenitq; cum Taciti opinione. discrepat autem ab A.G. Per annum nouum significat initium decennij, quo imperium quodammodo renouari dicebatur, quo tempore populus stipem quandam illi conferre solebat, qua in Vrbem reuersus templum, vel Statuam Vulcano posuit, vt eum placaret, incendijq; ædis Iuuentutis omen auerruncaret. aut certe K. Ianuarij intelligit, quo die omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius iaciebant stipem. auct. Suet. Octauia Augusti soror mortua est.

745 *C. Martius C. Asinius, Dio Asinium C. F. vocat. In fragmento marmoris reperto inter arcum Septimij, & ædem Diuæ Martiuæ vtriusque fit mentio, cuius exemplum apposui.*

COS

EX.STIPE.QVAM.PO

CALENDIS.IANVAR

C.MARCIO.CENSORIN.C.ASINIO.GALLO.COS

Quod fragmentum nos ita expleuimus.

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS

PONTIFEX MAXIMVS

IMP XIIII.COS.XI.TRIB.POTEST.XVI

EX.STIPE.QVAM.POPVLVS.ROMANVS.CONTVLIT

CALEND.IANVAR

C.MARCIO CENSORINO.C.ASINIO.GALLO.COS

In libru etiam titulorum vtriusque Coss. mentio huiusmodi extat

C.ASINIVS.C.F.GALLVS.C.MARCIVS.L.F.L.N.CENSORINVS.COS

EX.S.C

In circumferentia numi ex ære corinthio legimus hunc titulum L.ASINIVS.GALLVS.C.F.III VIR.A.A.A.F.F. *hoc est, vt ego interpretor, Auro, argento, ære fusa, feriundo. in medio erat* S.C. *parte auersa corona quercea, in cuius summitate* OB. *in medio* CIVIS. *in imo* SERVATOS. *hunc consulis fratrem fuisse puto. Marcium autem filium opinor eius, qui fuit Cos. anno* DCCXIIII. *Augustum in alios annos decem imperium accepisse scribit Dio.*

746 TI.Claudius.TI.F Nero II. CN.Calpurnius CN.F. *sic est apud Dionem, horum meminit etiam Diony. primo, aitq; hunc esse Vrbis annum* DCCXLV. *Suetonius narrat Claudium tribus mensibus tantum consulatum secundum gessisse. & Paterculus in locum Drusi fratris demortui curam Pannonici, Dalmaticiq; belli ei demãdatam fuisse, et idem Dio, postq̃ ab Augusto adoptatus fuit, nomen Claudij in Claudianum mutauisse.*

747 *De Cæsaris* TR POTEST. XVII *extat sequens titulus*

IMP.CAESAR.DIVI.F

AVGVSTVS

PONTIFEX.MAXIMVS

TRIBVNIC.POTEST.XVII

EX.S.C. TERMINAVIT

R.R.PROX.CIPP.PED.CLXVI.S.

Dio significat C.Cæsarẽ Augusti filium adoptiuũ fuisse designatum Cos. in annum sequentem, sed non iniisse. cuius rei mentio est in eius titulo, quem citauimus supra anno Vrbis DCCXXXVII. *&* D.Lælius D.F D.N *sic est in titulo Ludorum Secularium.* C. Antistius.C.F. *horum Coss. meminit Dio. Tres Antistij fuere eadem fermè ætate diuersis cognominibus. Antistius legatus Cæsaris in Gallia, quem libru VI & VII Com. Reginum vocat. Antistius Seuerus de quo meminit Cic. ad Q. fratrem, & Antistius Vetus, de quo ad Brutum, quem huius patrem fuisse crediderim. Quidam in parte anni ex K. Iulis subijciunt L.Maniliũ & Q. Nonium Asperuntem. Idq; probant titulu huiusmodi*

L.MANILIO.Q.TORQVATO.COS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS

PONT.MAX.TRIB.POT.XVI

IMP XIIII

Voluntq; Torquatum esse Q. Nonij alterum cognomen. quod Suet. tradat Q. Nonium Aspernatem lapsu debilitatum aureo torque Augustum donauisse, possumq; esse ipsum, posterosq; eius Torquati cognomento vti. Si verus est titulus (nam vbi repertus sit mentionem non faciunt) horum opinionem non reicimus.

748 Imp. Cæsar Cos. XII.L. Cornelius. *horum meminit Cassiodorus, & Plin. lib.* VII. *huius consulatus Cæsaris mentio est etiam in ductu aquæ Marciæ, qua parte portæ Exquilinæ adiacet. cuius exemplum subieci*

IMP.CAESAR.DIVI.IVLI.F.AVGVSTVS

PONTIFEX MAXIMVS.COS.XII

TRIBVNIC.POTEST.XIX.IMP. XIIII

RIVOS.AQVARVM OMNIVM.REFECIT

¶ *Caluisium, qui sequitur, filium esse opinor eius, qui anno* DCCXIIII *fuit Cos. quiq; à Cæsare in Aetoliam missus fuit legatus ad eam prouinciam tuendam, vt scribit idem Cæsar de bello ciuili libro tertio Passienus à quibusdam Crispus, ab alijs Rufus cognominatur.*

DCCL IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX. TR. POTEST. XX

CN.CORNELIVS.L.F.LENTVLVS. M.VALERIVS.M.F.M.N
MESSALLINVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT. MAX.TR. POTEST. XXI

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.XIII M.PLAVTIVS M.F.
ABD.IN.EIVS.LOCVM.FACTVS.EST SILLANVS

. . . .
EX.K.IVN.C.CANINIVS.GALLVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST. XXII

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.TRIBVNIC.POT.PRIMVM

CN.CORNELIVS.CN.F.LENTVLVS. L.CALPVRNIVS.CN.F.
COSSVS PISO
QVI.POSTEA.GETVLICVS.APPELL.E

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR. POTEST.XXIII

TI.CLAVDIVS. TI.F.NERO.TRIBVNIC.POTEST. II

C.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.L.AIMILIVS.L.F.L.N.
PAVLLVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT,MAX.TR.POTEST.XXIIII

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.TRIBVNIC.POTEST. III

P.VINVCIVS.M.F.P.N. P.ALFINIVS.P.F.VARVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR. POTEST. XXV

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.TRIBVNIC.POTEST. IIII

L.AELIVS.L.F.LAMIA. M.SERVILIVS.M.F

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST.XXVI

TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. V

SEX.AILIVS.Q.F.CATVS. C.SENTIVS.C.F.C.N
SATVRNINVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST.XXVII

TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. VI

CN.CORNELIVS.L.F.CINNA. L.VALERIVS.POTIT.F
MAGNVS MESSALLA.VOLVSVS

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POTEST.XXVIII

TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. VII

M.AIMILIVS.L.F.LEPIDVS. L.ARRVNTIVS.L.F

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX. TR. POTEST.XXIX

TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. VIII

Q.CAECILIVS METELLVS A.LICINIVS.NERVA
CRETICVS SILANVS
EX K.IVL. C.ATTEIVS.CAPITO.
C.VIBIVS.C.F.POSTVMVS

750 *CN. Lentulus, M. Valerius, horum Coss. meminit Dio, & Cassiodorus, item Suet. qui ait his Coss. Sergium Galbam Imp. natum esse IX. k. Ian. ac perijsse LXXIII ætatis anno, imperij vero mense septimo. sed cum decesserit anno DCCCXX. apparet tres annos apud Suet. superuacaneos esse, cum annos LXX natus in*

medio foro à M. Othone iugulatus sit. Valerium autem M. Valerij Messallæ Coruini Cos. anno DCCXXI filium esse tradit Paterculus, ub eoq; Messallinus cognominatus est, quod cognomen eum à nomine patris deductum sit, differentiæ caussa illi inditum esse videtur. Dio tradit Cn. Cornelium Pompei Magni ex filia nepotem, insidiasq; in Augustum parauisse, sed Liuiæ consilio veniam et datum, & Cos. cum Messalla factum. Hoc autem anno, vel, vt alij volunt sequenti, IESVM Christum seruatorem nostrum natum esse, quidam tradunt, ac Tiberij Imp. anno duodeuigesimo cruci affixum, qui fuit Vrbis annus DCCLXXXIII, C. Rubellio, & C. Fusio Geminis Coss.

751 Imp. Cæsar XIII, M. Plautius. horum mentio est apud Dionem. Paterculus ait, C. Caninium Cos. fuisse cum Cæsare XXX annis ante M. Vinicij consulatum, quibus verbis coniicimus Plautium fuisse suffectum. Vide an hic Plautius is sit, in cuius laudem titulus ille, qui est ad Pontem Lucanum, positus est, quem opposui.

M. PLAVTIVS. M F. A. N
SILVANVS
COS. VIIVIR. EPVLON
HVIC SENATVS. TRIVMP ALIA
ORNAMENTA DECREVIT
OB. RES. IN. ILLYRICO
BENE. GESTAS.

752 Cossum Cornelium. Cn. F. Lentulum, L. Calpurnium. CN. F. Pisonem Coss. prodit Dio. quidam putant Cossum, quod in A C. cognomen est, hic esse prænomen, sed errant, vt puto. Cornelium enim Tacitus Cneum vocat, qui libro IIII sic inquit. Cn. Lentulo super consulatũ et triumphalia de Getulis, gloriæ fuit bene tolerata paupertas. quod autem à Dione filius eius, Cossi filius dicatur, non propterea significat Cossum esse prænomen, sed potius cognomen: eoq; vtitur, quia alijs tribus nominibus certum hominem ostendere non poterat, quem solo cognomine ostendit. vt si dicas, P. Cornelius Africani filius, vel vt Liuius, Tre Fabij Ambusti filia. Eodem est ratio, quam diximus supra anno DCCXXI. Florus Getulici cognomen illi addit. Paterculus locutus de bello Dalmatico Neroni post mortem fratris demandato, subiungit. Breui interiecto spatio, TI. Nero duobus consulatibus, totidemq; triumphis actis tribunitiæ potestatis consortione æquatus Augusto est. Et haud ita multo post. Augustus, inquit, quod post Lucij mortem adhuc Caio viuo facere voluerat, post vtriusque adulescentium obitum facere perseuerauit, vt & TR. POT. consortionem Neroni constitueret, & cum Aelio Cato Sentioq; Coss. K. Iul. post vrbem conditam Anno DCCLVI, abhinc annis XXVII, adoptaret. quibus verbis innuit hoc anno Tribunitium potestatem ei delatam. Sed certiores erimus secuti ordinem & numerum annalium Consulum, in quibus anno DCCLX inscribitur TRIBVN. POTEST. IX. à quo regrediendo inuenies hoc anno primum eum cepisse, non in secundo consulatu, vt Suet. sic testatur. Tiberius tempore interposito Cos. II tribuniciam potestatem in quinquennium accepit, cui assentiri videtur Dio, qui vult Lucio & Caio adhuc viuentibus ab Augusto ei delatam esse, ita vt hoc anno finito quinquennio, in decennium eam rursus accepisse videatur. Sed nobis, qui fragmenta illa supplendi curam suscepimus, ab illorum sensu, & ordine discedere non conuenit. Neque vllum auctorem tam idoneum esse puto, vt illorum auctoritati et doctrinæ præferendũ esse censeam, quod etiã supra diximus.

753 C. Cæsar Augusti filius. L. Aemilius. L. F. Paullus, sic à Dione nominantur. Est autem hic Cæsar Agrippæ filius ab Augusto adoptatus, vt testatur Suet. his verbis. Augustus nepotes ex Agrippa, & Iulia tres habuit, Caium, Lucium, & Agrippam. Caium, & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa, tenerosq; adhuc ad curam reip. admouit, & Consules designatos circum prouincias exercitusq; dimisit. & Tacitus de eisdem sic inquit. Augustus genitos Agrippa Caium, & Lucium in familiam Cæsarum induxit, necdum posita puerili prætexta principes iuuentutis appellari, destinare Consules specie recusantis ardentissime concupiuit. Cos. designatos esse testantur tituli anno DCCXXXVII citati. Quod autem postea alter fuerit Cos. testis est fragmentum eius tituli in Foro Romano repertum, huiusmodi

* * * * * * * *
. . . RINC . . . IVVENTVTIS
QVEM. COS. POPVLVS. CREAVIT
ANN NAT XIIII
. . NATVS ET. POPVLVS ROMANVS

Hoc fragmentum ex marmore à nobis descriptum, à quibusdam deprauatum citatur. Aemilium Cens. filium opinor eius, qui anno DCCIII fuit Cos.

754 P. Viaicius.M.F. P. Alfinius P.F. sic habetur apud Dionem. Sed legendum, P. VINVCIVS. vt in altero anni. His Coss. Paterculus tradit, TI. Neraaem Rhodo Romam reuersum esse. Viaacius, vt opinor, eius est filius, qui anaa DCCXXXV fuit Cos. ¶ Sequentis aaai Coss. apud Diaaem sunt L. Aelius L.F. Lamia, M. Seruilius.M.F. Quoram meminit Valerius primo, cuius verba citauimus anna DCXLII. Qui cum Aelio tantum cognomen Lamiæ adyciat, vt etiam Dio, satis innuit, eius conlegam nullum habaisse. Nam licet familia patricia Seruiliorum multis cognomiaibus floruerit, plebeia tamen nullum habuisse significant A. C. anna DL. Erraat igitur qai hunc Geminum vocaut, param discernentes patricios à plebeis.

756 SEX. Aelius. Q F. Catus, C. Sentius, C.F. Saturainus. horam meminit Dio. Sentij mentio est in titulo Ludorum Sæcularium. Tiberius, qui seqaitur, hoc anno ab Augusto adoptatus est, auct. Paterculus, cuius verba supra citauimus, vbi Coss. huius anni aamiaat, quo fuit adoptatus, non quo TR. POT. in decennium accepit, alioqaiu fateri oportet, antea bis in quiaquennium, aat primum ia decenniam, hocq; anno in alterum deccaaium ei delatam esse, contra omnium auctoram opinionem. TI. Claudius sumpsit cognomen, & honoris aomen patris adaptiai, relicta aamine familiæ, cœpitq; appellari TI. Cæsar Augasti F. Diai N. vt est ia marmore. Quidam TI. Iulium Augusti F. Diai. N. Cæsarem Claudianum edit, sed insulse, ea ratione, quam diximus aano DCCX. ¶ Seqaeatis aani Coss. meatia est apud eundem Dionem, eo modo, quo nos eos descripsimus. Augustus Pater Patriæ appellatas est.

758 M. Aemilius. L.F. Lepidus, L. Arruntius L.F. sic nominatur à Diane, qui scribit bis Coss. Cossum Cornelium ex Getulia cognomen, triumphaliaq; ornamenta retulisse. M. Aemilium L. Aemilij saperioris fratrem, opinor, ambasq; filios L. Aemilij, qui annis DCCXXXII fuit Ceusor.

759 A. Licinius, fait hic P. Silij filius, vt tradit Paterculus, adoptatus ab A. Liciaio: igitur more adoptati suæ familiæ nomen retinet, sed mutatum. Duos suffectos subycimus, quod in quodam titulo legimus his Coss. Cæsarem Imp. TR. POT. XVIII fuisse. is talis est

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTO
PONT.MAX.TRIB.POTEST.XVIII
COS.XIII.P.P.IMP.XV
::: SPETVS.MAG.C.D
::::: OMNIA.SCRIPTA.SVNT.QVAE.IN.HOC
::: C.ATTEIO.CAPITONE.C.VIBIO.C.F.POSTVMO.COS

Qui aatem volunt hunc esse annum Vrbis DCCLIX, transferaat hos suffectos in annum saperiorem, hocq; alios duos substituunt sic

EX.K.IVLIS.P. Cornelius Cn. F. Lentulus, Scipia
T. Quinctius T. F. Crispinus, Valerianus

Citantq; suæ opinionis testem titulum, qai sequitur.

IMP.DIVI.F.AVGVSTVS
PONT.MAX.TRIB.POT.XXX
IMP.XV.COS.XIII.PATER.PATR
P.LENTVLVS.CN.F. SCIPIO
T.QVINCTIVS.CRISPINVS.VALERIANVS
EX.S.C.FACIVNDVM.COERAVER
EIDEMQVE.PROBAVER

Sed cum in A.C, TR.POT. Augusti XXX sit anaa sequenti M. Furio, SEX. Nonio Coss. qaibus alij in parte anni suffecti sunt, non videntur, hi eodem anno potuisse substitui. Verum hæc differentia inde oritur, quod, vt diximus, tituli auspicaatur. TR.POT. Augusti ab anno DCCXXX. Annales vera ab anno sequenti, vtra opinio melior sit, quis, iudicare audeat? tamen cum is, qai hos magistratus in ordinem digessit, omnes titulas Augusti, qai erant in vrbe, viderit, apparet ex priscorum annalium opinione, vnius anai errore depreheuso, ab ipsis probe discrepare. Coss. autem annorum sex qui sequuntur in marmore habentur:

DCCLX IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXX
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIBVN.POTEST.IX
M.FVRIVS.P.F.P.N.CAMILL.SEX.NONIVS.L.F.L.N
QVINCTILIAN
EX.K.IVL.L.APRONIVS.C.F.C.N
A.VIBIVS.C.F.C.N.HABITVS
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXI
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. X
C.POPPAEVS.Q.F.Q.N.SABINVS.Q.SVLPICIVS.Q.F.Q.N
CAMERINVS
EX.K.IVL.M.PAPIVS.M.F.N.N.MVTILVS
Q.POPPAEVS.Q.F.Q.N.SECVND
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXII
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. XI
P.CORNELIVS.P.F.P.N.DOLABELLA.C.IVNIVS.C.F.M.N
SILANVS.FLAM.MART
EX.K.IVL.SER.CORNELIVS.CN.F.CN.N
LENTVL.MALVG.FLAM.DIAL
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXIII
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. XII
M.AIMILIVS.Q.F. T.STATILIVS.T.F.T.N
M.N.LEPIDVS TAVRVS
EX.K.IVL.L.CASSIVS.L.F
. . N.LONGINVS
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXIV
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. XIII
GERMANICVS CAESAR.TI.F. C.FONTEIVS.C.F.C.N
AVGVSTI.N CAPITO
EX.K.IVLIS
C.VISELLIVS.C.F.C.N.VARRO
IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXV
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TRIB.POTEST. XIIII
C.SILIVS.P.F.P.N. L.MVNATIVS.L.F.L.N
PLANCVS
LVDI.SAECVLARES.QVINCT
IMP.CAESARE.DIVI.F. AVGVSTO
C.SENTIO.C.F.C.N.SATVRNINO
C.CLAVDIO.M.F.M.N.MARCELLO MAG.XV.VIR
M.FVFIO.M.F.STRIGONE
D.LAELIO.D.F.D.N.BALBO
A.P.R.C.DCCCXLI
. . . .
. . . .
. . . .
EX.S.C.LVDI.SAECVLARES.FACTI

IMP.CAESAR.DIVI.F.AVGVSTVS.PONT.MAX.TR.POT.XXXVI
TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.TR.POT.XV
SEX.POMPEIVS.SEX.F. SEX.APPVLEIVS.SEX.F
RVFVS SEX.NEPOS

763 M. Papius, Q. Poppæus. *Lex Papia, & Poppæa, inquit Dio, lata est à M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo, qui in parte anni Coss. erant. Quibus verbis conijcimus, falsum esse, quod quidam scribunt. Papium legem contra adulteros, & de frequentandis matrimonijs tulisse, eamq; postea à Poppæo additis grauioribus pœnis retractatam. Nam cum in consulatu essent conlegæ (quod hi ignorasse videntur) quid erat cur, alter alterius legem retractaret, & non potius vno consensu eam statuerent. Et quia apud Suet. in Claudij vita Papiam poppæam iunctim legendum esse contendunt, videndum ne itidem falsum dicant. Sed duæ sint leges, quarum alteram contra adulteros Papius, alteram de frequentandis matrimonijs Poppæus tulerit. Propterea quod idem Suet. ait, Neronem præmia delatorum ad quartas reduxisse, vbi de ea quæ erat contra adulteros intelligere videtur, Cœlibes enim absque delatoribus cogniti erant. Fuit & altera lex Papia quæ peregrinos à iure ciuitatis Romanæ repellebat. de qua meminit Cic. de officijs, & Valerius III. cap. iiij. Vide an eadem sit de qua loquitur Cic. IIII. ad Att. Legis vero Papiæ alterius rei, Gell. primo mentionem facit. ¶ Vespasianus; inquit idem Suet. natus est XV. K. Dec. vesperi Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppæo Sabino Coss. quinquennio ante, quàm Augustus excederet. Q. Varus mortem obijt. ¶ Sequentis anni vrbis DCCLXII Coss. mentio est apud Dionem, & in arcu latericio in Cælio monte sub ductu aquæ Claudiæ posito, vbi sic legitur.*

P.COR.P.F.DOLABELLA.COS
C.IVNIVS.C.F.SILANVS.FLAMEN.MARTIAL.EX.S.C
FACIVNDVM.CVRAVERVNT.IDEMQVE.PROBAVERVNT

764 *Germanicus Drusi filius toto anno consulatum gessit, ideo Varro solus Capitoni substitutus est per alios sex menses. In A.C. est hoc frag.* GERMANICVS.CA . . . . . I.F.AVGVSTI.N. *idest, Germanicus Cæsar Tiberij filius Augusti nepos. Tiberij filium intellige iure adoptionis. Nam, vt diximus, Caio, & Lucio defunctis intra triennium Tiberius ab Augusto priuigno adoptatus est, cum Agrippa illorum fratre, coactus tamen prius ipse Germanicum fratris filium adoptare, auct. Suet. qui à Dione dissentit. Is enim tradit vtrunque ab ipso Augusto adoptatum esse: sed frag. modo citatum Dionis opinionem redarguit. C. Cæsar Caligula natus est pridie K. Sept. patre suo, & C. Fonteio Coss. eodem Suet. auctore. In quodam marmore legimus sic.* GERMANICO.CAESARE.ET.C.FONTEIO.CAPITONE.COS. *& in altero* DONATVS.TI.GERMANICI.TONSOR. *Porticus Liuia extructa est.*

765 L. Munatius, L. F. Plancus C. Silius C. F. bis Coss. *Augustus* TR.POT. *Tiberio rursus dedit. Censum tertiũ egit, & Lustrum condidit, & sequenti anno xiiij k. Sept. Nolæ decessit. Annum agens* LXXV *menses* X *dies* XXVI.

De Numeris antiquis.



Voniam in dicto titula ludorum Sæcularium habemus D. L. & X. literas numerum significantes, de quibus, ac nonnullis alijs notis quidam scribunt Priscianum imperite tractauisse, pium erit ipsum ab huiusmodi calumnia vindicare. In eo igitur quod dicunt ipsum posuisse X pro mille, falsum esse ex ipsius verbis facile apparet, cum ait, hanc literam decem idea significare, quod sit caesona decima apud Græcos. Ridiculum enim est existimare Priscianum ignorauisse X decem significare. Addunt deinde, se nescire quid comminiscatur de litera D. Quod si reddere rationem cur quingenta significet, est comminisci, idem erit dicendum de litera V, nam eandem rationem ponit. Quanquam ipsi volunt D esse literam vitio librariorum corruptam, & pro hac nota IↃ perperam poni, vt L pro I longiori, sicuti & notam hanc ∞ pro hac CIↃ mille significante. Quæ omnia falsa esse, neq; quicquam librariorum incuria deprauatum appareat, cum eos literas, atq; notas in vsu apud priscos fuisse testentur lapides (vt illarum testibus vtamur) in Foro Romano superioribus annis effossi, D. L. & X literas inscriptas habentes. Alijq; lapides in area Diui Apollinaris deinde eruti, quorum exempla hæc sunt.

∞DCLXIII.L ४ ∞ DLXIII.L ४ CCXIIX. Est etiam in pariete ædis Diuæ Luciæ ad apothecas Obscuras appellatas hoc exemplum.

QVINTIAE

CAMIMARCIAE.N.L.F

AN.VI

ATTICVS.AMANVS.SPONSVS

L∞ C.D EX.DD

Non eo tamen inficias, quin nota hæc IↃ idem significet quod litera D, vt est in quodam epit. in monte Citatorum posito huiusmodi.

TREBONIA.OL

::SA::AL::VIA::

AI::BIR.MARCIAE::IA::AE

IN.FRO.P.XII.IN.AG.P.XIIX

COST.CVM.LOCO.HS ∞IↃ

Quamobrem existimandum est varijs, vel etiam iisdem temporibus, antiquos variis notis, atq; literis numeros significantibus vsos esse. quod & hodie fieri videmus. idq; innuit idem Priscianus, qui postquam locutus est de notis, quæ erant in frequentiori vsu, ostendit quosdam numeros aliis figuris scribi posse, videlicet cum X.q. & M. clausis lateribus apostropho, Vbi librariorum incuria quidam errores deprehenduntur, qui locum obscurum faciunt. Sed videtur Priscianus velle ita dicere. CCIↃↃ, vel sic CXↃ.IↃↃↃ, vel sic CqↃ CCCIↃↃↃ, vel sic CMↃ. Neque verisimile fit, ipsum quicquam de his literis, & notis temere, vel imperite locutum esse. Sciendum est autem etiam eos errare, qui putant lineam ductam super literis numerum significantibus addere illi numero mille. Exempli gratia, A. MILLIARIO $\overline{XXXXV}$, vt est in ductu aquæ Claudiæ, significet millia quinque & quadraginta. Quod si ita esset, oportuit aquam illam ab ortu solis esse deriuatam. Lineam autem illam prisci deducebant, vt ostenderent singulas literas vim nominis habere, non solum quæ numerum, sed etiam quæ vocabulum significabant, vt constat hoc exemplo $\overline{D}$.$\overline{N}$.$\overline{M}$.$\overline{Q}$. hoc est, Dedicatissimus Numini MaiestatiQue. Scimus tamen id non omni tempore obseruatum, & in A. C: deduci super iis numeris, qui aduerbialiter ponuntur, vt Cos. $\overline{II}$. Cur autem in triumphis non item deducatur me nescire, ingenue fateor. differentiæ caussa (vt quidam putant) non est verisimile, quia nullum est dubium, quin triumphus à consulatu dignoscatur. Sed admonendus est lector, quod alibi interpretati sumus D pro Diuino, moti auctoritate viri doctissimi, & quod vocabulum ab rei argumento non erat alienum, magisq; latinum, quàm Deuoti. Postea animaduertimus ex titulo arcus Gallieni poni pro Dedicatissimo. Quanquam huius literæ variæ sint interpretationes. Numeri autem quibus antiqui vtebantur, hi sunt.

I	1	*Vnus*
V	5	*Quinque*
X	10	*Decem*
L	50	*Quinquaginta*
C	100	*Centum*
IↃ *vel ſic* D	500	*Quingenta*
CIↃ *vel ſic* M. *vel* ∞	1000	*Mille*
IↃↃ	5000	*Quinque millia*
CCIↃↃ *vel ſic* CXↃ	10000	*Decem millia*
IↃↃↃ *vel ſic* CqↃ	50000	*Quinquaginta millia*
CCCIↃↃↃ *vel ſic* CMↃ	100000	*Centum millia*
IↃↃↃↃ	500000	*Quingenta millia*
CCCCIↃↃↃↃ	1000000	*Decies centena millia*

ROMAE
Tipys Antonii Bladi M D LX.

ROMANORVM VIRORVM TRIVMPHI
CVM COMMENTARIO.

Eodém B. Marliano auctore.





Tipys Antonii Bladi

REVERENDISSIMO ET Illustrissimo Ioanni Cardinali MORONO

Marlianus Patricius Mediolanensis S. P. D.



CVM adolescens Patauij legibus operam dares, ego uero literis græcis, mirabar admodum non modo ingenium tuum in omnibus percipiendis disciplinis singulare, uerum etiam mansuetudinem, morumq; grauitatem. ita enim te gerebas, ut communis infimis, par principibus uidereris. quo fiebat, ut generosi condiscipuli, non modo te amarent, sed tanquam aliquem hominem è cœlo delapsum, intuerentur, atque obseruarent. uidentes etiam in ea ætote, quæ ad uoluptatem prona est, te omni uitio carere, ab omniq; ambitione alienum esse, atque plurimis alys animi bonis ornatum. Quas uirtutes, postquam in hanc urbem Romam commigrasti, mirandum in modum auxisti, ut ob tuam prudentiam, animiq; moderationem in rebus agendis, ac gratiam in negocijs publicis pertractandis à Pontificibus Max. dignus habitus sis, qui legotiones, aliaq; munera, ad ecclesiæ Romanæ honorem, & utilitatem spectantia, obires. In quibus ita sapienter, et utiliter omnia egisti, ut ob fructum tuorum laborum, in ordinem Senatorum, quem uulgo Cardinalium appellant, merito ascitus fueris, non amicitia, non offinitate, non pecunia, quinimmo absens, non petens, sed ad eum honorem uocatus quemadmodum Aaron. Cur autem fortuna aduersa tuam Amplitudinem mox exagitauerit, nequeo satis mirari, nisi sit, quod tamen nescio, quia forte, ut decet uirum bonum, iustum, & sanctum, aliquid dixeris in illius ordinis principem, qui non recte ad doctrinam euangelij ambulare uideretur, imitatus Paullum Apostolum, qui in faciem restitit Petro, quia reprehensibilis erat: qui tamen in bonam partem accepit. Sed nostris temporibus fuere principes tantam sapientiam sibi uindicantes, ut nemini liceret, uel iuste, illis contradicere. idq; etiam maximum nefas esse, iudicarent. quasi et ipsi homines non essent, quorum proprium est errare. Quod si in illo consensu tot uirorum amplissimorum multa timere, nihil decernere, omnia uni soli assentiri oportebat. quid necesse erat. ordinem illum frustra conuocare? Vtcunque sit, considerandum quod persæpe sapientissimis uiris ea accidunt, ut quemadmodum gubernatores optimi uim tempestatis, sic illi fortunæ impetum declinare non possunt. Verum illud fuit indicium maximum integerrimi & fortissimi uiri, quod tuum animum in maximis rebus agendis et sustinendis exercitatum frangi, aut debilitari ullis procellis nunquam es passus. quoad ille omnium rerum auctor te è tenebris & certamine summa cum uictorio, insigniq; triumpho eduxit, De quo cum uirorū Romanorum illustriū triumphis, quos tibi etiam dedicamus, hic meminisse placuit, ut sit testis fidelis & sempiternus tuæ innocentiæ, tuæq; probitatis.



RIVMPHI *auctor fuit Liber pater, quem eundem ac Martem esse, testator Macrobius Sat. primo. Hinc Var. Triumphare inquit, appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per Vrbem in Capitolium eunti, io triumphe io, idq; à* Θρίαμβω *græco Liberi patris cognomento potest dictum esse. Hunc enim india deuicta huiusmodi honoris auctorem extitisse ferunt. Differt autem triumphus ab ouatione: quia ouans pedes ingreditur, nec in curru, vt triumphator, non picta, neque aurei claui veste induitur, nec ornatur trabea, quæ peculiaris est Consolum, Ducomq; amictus. Corona autem ei imponitur laureæ inferior vero est altero gestatione serperi, alia hobens omnia, auct. Diony. Gellius autem V. cap. vi. scribit oualem coronam myrteam fuisse, & ouandi, ac non triumphandi caossam esse, cum aut bella non rite indicta, neque cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, & non idoneum est, vt seruorum piratarumq; aut deditione repente facta incruenta victoria obuenit. Subiongit mox. Prætereundum non est, quod ad ouationes attinet, super quo dissensisse veteres scriptores scio. partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo vehente. & Massurius Sabinus pedibus ingredi ouanteis dicit, sequentibus eos, non militibus, sed vniuerso Senatu. In triumpho autem milites laureati, & donis, quibus donati erant, ornati, laudes canentes per Vrbem incedebant, vt M. Seruilius in oratione quam pro L. Aemilij Paulli triumpho habuit, commemorat, sed vt triumphantes Ioui tauro, sic ouantes autem mactabant, à qua ouationem dictam esse vult Plut. Triumphus, vel Ouatio concedebatur Dictatori Consoli, Proconsoli, Prætori, Proprætori, ac Triumuiris, et hiis omnibus si suis auspicijs bellum gessissent. Propterea Scipioni ob recuperatas Hispanias, & Marcello ob captas Syracusas triumphus non fuit decretus, tum quod ad eas res gerendas sine vllo missi erant magistratu, tum etiam quod non pro recuperatis, quæ Populi Romani fuissent, sed pro aucto imperio, triumphus vt decerneretur, lege cautum fuerat. Ils etiam qui præclaros res, maximeq; vtiles reip. ciuili bello gessissent, Imperatores tamen eo nomine non appellabantur, neque vllæ supplicationes decernebantur, neque ouantes Vrbem introire, aut curru triumphare poterant, quia vt necessariæ istæ ita lugubres semper existimatæ victoriæ sunt, vt pote non externo, sed domestico partæ cruore. Alia etiam lege cauebatur, ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium vna acie occidisset. Quæ alterius legis adiutorio fulta erat, quam L. Marcius, & M. Cato TR. PL. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minabatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre: iubebatq; eos, cum primum Vrbem intrassent, apud Quæstores vrbanos iurare de vtroque numero vere ab ipsis Senatui esse scriptum, auct. Valerius. Eam consuetudinem tangit Cic. lib. tertio ad Q. fratrem, his verbis. Cum Gabinius quacunque veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitoq; bonus imperator noctu Vrbem hostium planè inuasisset, in Senatum se non committebat. interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostium numerum, & militum renonciare, in re hæsit. Sed apud Liuium animaduertimus nonnullos Imperatores longe maiorem hostium numerum, quàm Valerius tradat, occidisse, & tamen triumphum illis non esse decretũ. Cuius rei ratio videri potest, quod tunc nondum lege lata Senatus iudicio decerni solebat, vt idem Liuius libro tertio innuit. Petenti autem triumphum vrbem ingredi non licebat. Senatus ei dabatur extra Vrbem in Bellonæ templo ad differendas res quas gessisset, postulandosq; honores meritos, vt Dijs immortalibus haberetur honos. Plut. in vita Cæsaris, Mos inquit, erat, vt qui triumphum ducturi essent, extra Vrbem aliquandiu moram protraherent. qui vero Consulatum peterent, necessario in Vrbe præsentes adessent. In hoc autem templo ideo Imperatoribus Senatus dabatur, quia Bellona dea est belli, cuius ratio ab ijs, qui triumphum postulabant, reddenda erat. Quanquam & in æde Apollinis eisdem interdum dabatur, vt Liuius XXXIX testatur. De ordine autem & pompa triumphantium multa à diuersis auctoribus traduntur, quæ hic referre necesse non est, præsertim quod vno exemplo complecti nequaquam possunt. Quia, vt triumphi varijs temporibus, sic vario modo, variaq; pompa acti sunt. Nam cum resp. Romana angustos fines adhuc teneret, non eo apparatu, eaq; diuitiarum pompa agebantur, qua deinde acti sunt, postquam imperium ad exteras nationes vsque propagatum est: Quanquam etiam tunc P. Cornelium Cethegum, & M. Bæbium Pro coss. nullo bello gesto, & tantum hostibus ante currum ductis triumphasse scribit Liuius, vt Appianus L. Cæcilium Metellum nulla ex caussa. Orosius etiam*

tradit Ap. Claudiũ pulchrum ambitione quadã priuatis sumptibus triumphum egisse. his exẽplis intelligi potest, non semper eodem apparatu, vt diximus, triumphatũ esse. Quod idem Liuius etiam ostendit, Aemilij, & Anicij triumphos describens, cuius verba infra anno Vrbis DLXXXVI citantur. Ideo lector ex historicis, qui rationem temporis habent, quæ ad singulos triumphos pertinere videntur, rectius, faciliusq́; discere poteris, quàm ex iis, quæ generatim collecta referuntur. Propterea nos quæ vtiliora, magisq́; necessaria videbantur, ea solum, & paucis quidem verbis, commemorauimus. Aduertendum aũt quod plurimæ fuere caussæ, quibus præclaris viris etiam bello feliciter confecto, ac multis hostium millibus cæsis, tamen eis triumphus negabatur. ideo nos nullum triumphum, nisi certo auctore, inferendum esse existimauimus, et sola coniectura quisque in errorem facillime labi possit. etsi Florus per verba feliciter pugnauit, domuit, subiugauit, quosdam triumphasse significet, exempli caussa. A. Postumius Dictator prospere pugnauit apud lacum Regillum, vbi Liuius triumphum egisse commemorat. Sed nonne Florus vnico verbo, triumphauit, vtrunque indicasset? cum triumphus non aliter, quàm ex bello feliciter confecto decerni soleret. Insuper quid sibi vult cum ait. Res præterea aduersus Volscos, & Aequos, & Veienteis, & seditiones inter plebem & patres continet, vel cum scribit capita ciuium CCL millia esse censa, & alia huiusmodi plura, nempe nihil prorsus dicere apparet. Nam quis nescit Romanos non solũ in Italos, sed in omneis fermè totius orbis terræ populos bella gessisse, ac seditiones inter ipsos sæpe ortas & censum quinto quoque anno actum? Propterea narrandum fuit, quæ caussa belli, quo duce gestum, & quæ sors eius fuerit subsecuta. Item ex qua re orta seditio, quis auctor, & finis, similiter quo anno, quibúsue Censoribus capita ciuium censa sint. Quod homo mediocris ingenij breuiter, ac dilucide efficere poterat. At hic ex alieno labore gloriam affectans, voluit videri suis verbis ea narrauisse, & iudicio carens, quæ nullius ferè sunt vtilitatis transportauit, quæq́; ad historiæ cognitionem maxime erant necessaria omisit. Hæc dico, vt animaduertas quàm ab arroganti homine Liuij historia improbe truncata, & lacerata sit.

Regum, Dictatorum, Consulum, Procos. Prætorum,

PRO PR. TRIVMVIRVM. ROMANORVM. TRIVMPHI A. COND. VRBE. VSQVE. AD. TI. CAESAREM

Variæ opiniones de anno raptarum Sabinarum faciũt vt incertum etiam sit, quo Romulus primũ triumphum egerit, quia eodem Ceninenses victos esse oportuit. quem Eusebius tertium Diony. vero quartum fuisse prodit. Liuius autem vult Romulum duplici victoria, vna de Ceninensibus, altera de Antemnatibus ouantem Vrbem ingressum. At Dyonisius tradit ipsum triumphasse de Ceninensibus, & Antemnatibus, & iterum de Camerineis, ac tertio de Fidenatibus, & Veientibus, quem triumphum egit Idib. Octob. vt scribit Plut. Solinus refert primum fuisse de Ceninensibus, secundum de Antemnatibus, & tertium de Veientibus. ¶ Spolia opima, magnifica, & ampla, inquit Sex. Pom. quæ, vt ait Var. ab opibus, sed potius ab opere rei gestæ dicta videntur. Duobus autem tantum post Romulum ducibus opima parta sunt spolia, Cornelio Cosso, qui Etruscum Tolomniũ interemit. Postea Claudio Marcello rege Gallorum Virdumaro oppressu. Cossus igitur, et Marcellus ipsa opima spolia ferentes quadriiugo curru inuecti sunt. Romulum non recte Diony. ait curru esse usum: Tarquiniũ enim Priscum in eiusmodi formam, & magnificentiam triumphos statuisse perhibent. & si alij affirment Poplicolam primum in curru triumphasse. Extant etiam Romæ in promptu quæ sint omnibus, Romuli pedestres statuæ spolia ferentes, auctore Plut. Seruius interpretans Virgilij hunc versum, Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino. ait prima Ioui, secunda Marti, Tertia Quirino dedicata fuisse, sed caussam non addit. Idem Plutarchus tradit annis ferè X VII à condita Vrbe capta Cameria Romulum dimidiã partẽ ciuium Romam traduxisse, et duplici numero multitudinem Roma Cameriam habitatum deduxisse K. Sextil. ¶ Sciendum est quod lineolæ in fine primi versus adiectæ significãt numerũ annorũ totũ, vel partem desiderari, quæ vero in secundo vel tertio apponuntur, mensem, et diem, vel ipsorũ alterũ.

ROMVLVS.MAR.F.ALTELLVS.REX.PRIMVS.ANN.VRBIS.IV
DE.CENINESIB.ET.ANTEMNATIB ::
ISQ.SPOLIA.OPIMA.RETTVLIT.DVCE
HOSTIVM.ACRONE.IN.AGRO.ROM.INTERFECTO

ROMVLVS.MAR.F.ALTELLVS.REX.II. AN.XVI
DE.CAMERINEIS. K.SEXTIL

ROMVLVS.MART.F.ALTELLVS.REX.III. AN::
DE.VEIENTIBVS.FIDENATIBVSQ. ID.OCT

TVLLIVS.HOSTILIVS.HOSTI.F.HOSTI.N.REX. AN::
DE.ALBANEIS ::

TVLLIVS.HOSTILIVS.HOSTI.F.HOSTI.N.REX. AN:
II.DE.FIDENATIBVS ::

TVLLIVS.HOSTILIVS.HOSTI.F.HOSTI.N.REX. AN:
III.DE.SABINEIS ::

ANCVS.MARCIVS.NVMAE.F.M.N. AN::
REX.DE.VEIENTIBVS.ET.SABINEIS ::

L.TARQVINIVS.DAMARATI.F. AN::
PRISCVS.REX.DE.LATINEIS ::

L.TARQVINIVS.DAMARATI.F. AN::
PRISCVS.REX.II.DE.ETRVSCEIS ::

L.TARQVINIVS.DAMARATI.F. ANN.CXX:
PRISCVS.REX.III.DE.SABINEIS. IDIB.SEXT

SER.TVLLIVS.REX.DE.ETRVSCIS.VI.K.DEC. A.CXXCII

SER.TVLLIVS.REX.II.DE.ETRVSC.VIII.K.IVN. A.CXXCVI

SER.TVLLIVS.REX.III ANN.CXXC::
DE.ETRVSCEIS. IIII. NON.::

De Tullij Hostilij triumphis Liuius ne verbum quidem facit. Dionysius eius triumphos tres ponit. Primum de Albaneis, secundum de Fidenatibus, tertium de Sabineis. De quibus bis triumphasse non recte scribit Macrobius.

Supra primum triumphum Tarquinij in marmore extat NEIS, quæ syllaba ad Hostilij triumphum referendam existimarem ni Diony. traderet Ancum de Veientibus triumphasse, ideo ex ea cogimur fateri alterum egisse triumphum, vel certe ad vnicum est referenda, sic, DE. VEIENTIBVS. ET. SABINEIS. præsertim quod nullus est auctor ipsum Ancum bis triumphasse, & ante NEIS est spatium quod vtranque dictionem facile capiat.

L. Tarquinij treis triumphos, ac populos de quibus triumphauit cõmemorat Diony. libro tertio, conueniūq; cum triumphis, in marmore inscriptis. Liuius de vnico Sabinorum triumpho tantum meminit, et de eodem Macrobius primo Sat. cap. iiij. Nepos de Illustribus viris de Sabineis, & Latineis solum triumphasse ait.

Ser. Tullium treis triumphos egisse ait Diony. sed in eo quod vult primum fuisse de Veientibus, secundum de Caretaneis, & Tarquineis à marmoreis triumphis dissentire videtur, quanquam hosce Etruriæ populos fuisse, innuit Liuius. Valerius, Ser. Tullio inquit, quater lustrum condere, ter triumphare contigit. Idem Liuius tantum tradit, bellum esse gestum cum Veientibus, alijsq; Etrusceis absque vllius triumphi mentione. Prænomen patris Ser. Tullij ideo non adijcitur, quòd ex serua natus, incerto patre natus videretur.

Tarquinij Superbi in marmore duo extant triumphi: Cum tamen nullus sit auctor qui tradat ipsum triumphasse. Liuius scribit bellum gestum contra Volscos, ac Gabios. sed de triumphis non meminit. Videndum est autem an secundus triumphus fuerit de Gabineis potius, quàm de Sabineis, vel de vtrisque populis.

L.TARQVINIVS.L.F. AN.::
DAMARATI.N.SVPERBVS.REX.DE.VOLSCEIS::
L.TARQVINIVS.L.F.DAMARATI.N. AN.CC::
SVPERBVS.REX.II.DE.SABINEIS::
P. VALERIVS.VOLVSI.F.POPLICOLA.PRIMVS. AN.CCXLIV
COS.DE.VEIENTIB.ET.TARQVINIENSIB.K.MART
M.VALERIVS.VOLVSI.F.VOLVSVS. AN.CCXLVII
COS.DE.SABINEIS::
P.POSTVMIVS.Q.F. TVBERTVS. AN.CCXLVIII
COS.DE.SABINEIS::
P.VALERIVS.VOLVSI.F.II.COS.IV AN.CCXLIX
POPLICOLA.DE.SABINEIS
ET.VEIENTIBVS ::NONAS.MAI
P.POSTVMIVS.Q.F. TVBERTVS. AN.CCL
COS.II.PRIMVS.OVANS.DE.SABINEIS.III. NON.APR
AGRIPPA.MENENIVS.C.F. LANATVS. ANN.CCL
COS.DE.SABINEIS.PRIDIE.NON.APR
SP.CASSIVS. VISCELLINVS ANN.CCLI
COS.DE.SABINEIS::
A.POSTVMIVS.P.F.ALBVS.DICT.PRIMVS. AN.CCLIIII
REGILLENLIS.DE.LATINEIS ::
M'.VALERIVS.VOL.F.MAXIMVS AN.CCLIX
DICT.DE.SABINEIS ::

P. Valerij triumphi meminit Liuius, et Diony. qui ait ipsũ Valerium triumphum egisse postridie, quàm pugnatum erat. quæ pugna commissa est, auct. Plut. prid. k. Mart. ex quo suspicor sequenti die triumphasse.

M. Valerij triumphi meminit Plut. eiusdem, & Postumij, Liuius, & Diony.

De hoc secundo P. Valerij triumpho meminit Plut. Liuius et Diony. sed nemo horum ait de Veiẽtibus triumphasse. Cornelius Nepos de illustribus viris scribit, hunc primum de Veiẽtibus, iterum de Sabineis, tertio de vtrisque gentibus triumphum egisse. Sed coniicimus bis tantum triumphasse. Et de vtrisque gentibus, non hunc, sed eius filium, anno Vrbis CCLXXVIII. Liuius vult et T. Lucretium eius conlegam triomphasse. Qui triumphus in marmore non est inscriptus, neque Diony. de eo quicquam tradit.

P. Postumij ouationis, et Lanati triumphi meminit Diony. Liuius. & hoc anno, inquit, Romæ triumphatum. Vbi intelligendum vtrunque Cos de Auninceis, quorum bellum refert, triumphum egisse. Cum tamen idem Diony. hoc, & sequenti anno, Sabinorum bella commemoret. Propterea Cornelius Nepos de illustribus viris scribit, ipsum Agrippam cognomento Lanatum decem electum esse aduersum Sabinos, & de ijs triumphasse.

Sp. Casij triumphus in marmore habetur, non Virginij eius conlegæ. Liuius tamen, vtrunque triumphasse testatur, vbi item de Aurunceis est intelligendum.

A. Postumij Dict. triumphus commemoratur à Diony. item à Liuio, qui falsò addit, etiam Mag. Eq. triumphasse. Nam nemo alienis auspicijs bellum gerens, ius triumphandi habebat, vt diximus. Triumphus P. Seruilij, de quo meminit idem Diony. in A.C. non est relatus, nec de eo meminit Liuius, quia propria auctoritate, non ex decreto Senatus, quinimmo etiam Appio intercedente triumphauit, plebe tantum prosequente.

M'. Valerij triumphi in marmore habetur hoc frag. M'. VAL:: à quo supra vsque ad primum Tarquinij Prisci omniũ, qui inscripti in triumpharunt, integer, aut mutilus extat triumphus. Huius autem meminit Liuius, & Diony.

T. Siccij, & C. Aquilij triumphi meminit Diony. Liuius neque de horum Coss. neque sequentium Casij, & Valerij triumphis mentionem facit, paucissimisq; verbis, quæ gesta sunt, commemorat. Sp. Cassium bis triumphasse testatur Valerius VI. cap. iij.

P. Valerij triumphi non meminit Liuius, & Diony. aitq; de Sabineis, & Etrusceis triumphasse, non de Veientibus. Sed sub nomine Sabinorum eos comprehendere videtur. huius triumphi extat frag.

A. Manlij triumphi extat in marmore annus, quo triumphauit, hoc exemplo. ANN.CCLXXIX.IBVS.MART. Diony. etiam ait Manlio permissum, vt ouans Vrbem ingrederetur. Liuius vero tradit, C. Manlio Cos. (tu lege A. Manlio) non esse bellatum, sed inducias in annos XL. Veientibus datas. Nunquid ex ea pace triumphatum est? non puto.

T. Quinctij triumphi meminit Diony. non Liuius, qui tamen commemorat aduersus Antiateis feliciter bellatum esse. In fragmenta supra citata extat huius anni imperfectus numerus A.CCXX, qui annus ad ipsius Quinctij triumphum omnino est referendus.

T.SICCIVS.COS.DE VOLSCEIS. :: AN.CCLXVI::
C.AQVILLIVS.TVSCVS.COS.OVANS. A.CCLX
DE.HERNICEIS. ::
SP.CASSIVS. VISCELLINVS.II ANN.CCLXVII::
COS.III.DE.VOLSCEIS.HERNICEISQ. ::IVN
P.VALERIVS.P.F.VOL.N. POPLICOLA AN.CCLXXIIX
COS.DE.VEIENTIB.SABINEISQVE. K.MAI
A.MANLIVS. VVLSO.COS. ANN.CCLXXIX
OVANS.DE.VEIENTIBVS. IDIBVS.MART
T.QVINCTIVS. CAPITOLINVS. A.CCXXCV
COS.II.DE.ANTIATIBVS ::
L.LVCRETIVS.T.F.T.N.TRICIPITINVS AN.CCXCI
COS.DE.VOLSCEIS.AEQVEISQVE ::
T.VETVRIVS.T.F.P.N.GEMINVS.CICVRIN. AN.CCXCI
COS.III.OVANS.DE.VOLSCEIS.ET.AEQVEIS ::
Q.FABIVS.M.F.K.N. VIBVLANVS.COS.III. AN.CCXCIV
DE.AEQVEIS ::MAI
L.CORNELIVS.SER.F.L.N.MALVGINENSIS. AN.CCXCIV
COSSVS.COS.DE.VOLSCEIS.ANTIATIB.IV.ID.MAI
L.QVINCTIVS.L.F.L.N. CINCINNATVS. AN.CCXCV
DICT.DE.AEQVEIS. IDIBVS.SEPTEMBR
L.VALERIVS.P.F.P.N.POPLICOLA.POTIT. AN.CCCIV
COS.DE.AEQVEIS. IDIB.SEXTIL.
M.HORATIVS.M.F.M.N.BARBATVS. AN.CCCIV
COS.II.DE.VOLSCEIS. VII.K.SEPTEMBR
M.GEGANIVS.M.F. MACERINVS. ANN.CCCX
COS.II.DE.VOLSCEIS NONIS.SEPTEMR
MAM.AIMILIVS.M.F. MAMERCINVS. A.CCCXVI
DICT.DE.FALISCEIS.VEIENTIB.FIDENATIBVSQ.IDIB.SEPT
PAOSTVMIVS. TVBERTVS AN.CCCXXII
DICT.DE.AEQVEIS.VOLSCEISQ. ::
MAM.AIMILIVS.M.F.L.N.MAMERCINVS.II. AN.CCCXXII
DICT.III.DE.VEIENTIB.FIDENATIBVSQ. ::

Lucretium de Aequeis, Veturium vero de Volsceis triumphasse scribit Diony. Liuius vero ait Lucretium de Volsceis, Aequeisq; triumphantem legiones secutas esse, & alteri Consulum datum, vt ouans sine militibus Vrbem iniret. Quam opinionem confirmat fragmentum hoc ::EMI::

::EIS.E:::

cuius integrum est. Geminus de Volsceis & Aqueis. Nam hæ imperfectæ dictiones alibi posse conlocari non inuenies. Igitur Diony. nō recte, qui hostis separat cū vterque Cos. de vtrisq; hostibus triumpharit.

Q. Fabij. L. Cornelij L. Quinctij Dict. triumphi mentionem facit Diony. et Liuius libro tertio. Cincinnatus is est, qui ex agro ad dictaturā vocatus est, cum tamen nundū Cos. fuisset, auct. idem Liuius Cic. tamen in Catone id factū esse prodit an CCCXIIII quo fuit Dict. II. sed errat.

L. Valerius, & M. Horatius omnium primi, sine auctoritate Senatus iussu populi triumpharunt, auct. Liuius. horū triumphorū mentio est in mar.

M. Geganij, & sequentium quinque triumphorum meminit Liuius lib. IIII. et sequentium, qui postea sequuntur. Aduerte autem A. Postumium Dict. cū Aequeis, et Volsceis pugnam cōmisisse, non cum Fidenatibus, vt scribit Gel. M. Geganij triumphi extat frag.

Magnificos Camilli Veientanus triumphus, inquit Val. IIII. cap. I. & Nepos de Illustribus viris sic ait, Camillus Veios decennij obsidione domuit, de'q; ijs triumphauit. Plut. tradit hunc Dictatura quinquies, triumpho vero quater potitum esse. Sed consulatum nunquam attigisse.

L. Valerio, inquit Liuius, quòd perseuerantior cædendis in fuga fuit, triumphus: Manlio, vt ouans ingrederetur Vrbem decretum est.

Cum Plut. tradat Gallos Idib. Feb. Vrbe expulsos, mox'q; via Gabina cæsos, conijcimus haud ita multo post non tamen eodem die Camillum triumphasse.

N.FABIVS.Q.F.M.N. VIBVLANVS. AN.CCCXXXII
COS.OVANS.DE.AEQVEIS ::

C.VALERIVS.L.F.VOL.N.POTITVS.VOLVSVS AN.CCCXLIII
COS.OVANS.DE.AEQVEIS. ::

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS AN.CCCLVII
DICT.DE.VEIENTIBVS. ::

L. VALERIVS.L.F.L.N. POTITVS. AN.CCCLXI
COS.DE.AEQVEIS ::

M.MANLIVS. CAPITOLINVS. A.CCCLXI
COS.OVANS.DE.AEQVEIS. ::

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS.II. ANN.CCCLXIII
DICT.II.DE.GALLEIS.SENONIBVS. K.MART

M.FVRIVS L.F. CAMILLVS.III.DICT.III. A.CCCLXIV
DE.VOLSCEIS.AEQVEIS.ET.ETRVSCEIS ::

A.CORNELIVS. COSSVS. ANN.CCCLXIIX
DICT.DE.VOLSCEIS ::

T.QVINCTIVS. CINCINNATVS. A.CCCLXXIII
DICT.DE.PRAENESTINEIS ::

M.FVRIVS.L.F. CAMILLVS.IV. ANN.CCCLXXXVI
DICT.V.DE.GALLEIS.SENONIB ::NOV

C.SVPLICIVS.M.F.Q.N. PETICVS. ANNO.CCCXCII
COS.II.DE.HERNICEIS QVIRINALIBVS

T.QVINCTIVS.PENNVS.CAPITOLIN.CRISPIN.AN.CCCXCII
DICT.DE.GALLEIS. ::MART

Camillus Dict. III. hactenus treis egit triumphos, ut ipse lib. VI. apud Liuium testatur, his verbis. Quæ tristia milites hæc, quæ insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? hostis quid est aliud, quàm perpetua materia virtutis, gloriæq; vestræ. Vos contra, me duce (vt Falerios, Veiosq; captos, et in capta patria Gallorũ legiones cæsas taceã) modo tergeminæ victoriæ, triplicẽ triomphũ ex his ipsis Volsceis, & Aequeis & ex Etruria egistis. An me, quõ Dictator vobis, sed tribunus signum dedi, non cognoscitis ducem?

A. Cornelij Dictatoris triumphi, qui sequitur, meminit Liuius, Quinctij vero etiã Eutropius.

Camillus Dict. V. huius triomphi meminit Appianus in eo libro, qui Celticus inscribitur. vbi sic inquit, Celtæ primi Romanis insurrexisse dicuntur: Vrbem quoque Capitolio excepto, vi captam incendisse, quos Camillus vicit, & expulit, & post tempus iterum regressos denuo deuicit, triumphum'q; ob id egit, cum iam octuagesimum ætatis attigisset annum.

Ex fragmento quod apponitur, apparet anno priori, quàm Poetelius, C. Sulpicium Cos. II & C. Licinium Stolonem triumphasse. Quos Liuius tradit in Hernicos exercitum duxisse, illis'q; in agro non inuentis Ferentium illorum vrbem vi cepisse. Sed de triumphis non meminit. Constat tamen ex inferiori exemplo Peticum bis triumphasse. De Stolone dubium videri potest, ipse nẽ Cos. an T. Quinctius Dict. de Galleis triumpharit, quæ opinio, vt conijcimus, est probabilior. Ex eodem fragmento constat Peticũ triumphasse. Quirinalibus, hoc est eo die, quo Quirini feriæ celebrabantur, de quibus Var. sic inquit. Quirinalia à Quirino, quod hei dea feriæ, & eorum hominum, qui fornicalibus suis non fuerunt feriati. Sex. Pomp. ait esse diem mense Februario quo Quirini fiebant sacra. De quo meminit Cic. II. ad Q. fratrem sic, Clodius in Quirinalia prodixit diem. Quidã anno superiori inserit Ap. Claudij Dict. triomphũ, motus quod in fine frag. sit NOVEM. ANN. CCCXCI, qui numerus non est in dicto frag. & NOV. non NOVEM, vt ipse deprauauit, ad Camilli triomphum refertur, qui est superior, non ad Claudij. Quem triomphasse auctorem inuenio neminem. Neque enim, si Liuio credimus, ita prospere pugnauit, vt victoria triumpho digna videretur.

::::NOV
::NO.CCCXCII
::NALIBVS
::AN.CCCXCII
::RT
::AN.CCCXCIII

C.POETELIVS.C.F.Q.N.LIBO.VISOLVS. AN.CCCXCIII
COS.DE GALLEIS.ET.TIBVRTIBVS ::MART

M.FABIVS.N.F.M.N.AMBVSTVS. COS. AN.CCCXCIII
OVANS.DE.HERNICEIS. NONIS.SEPT

C.SVLPICIVS.M.F.Q.N.PETICVS.II. ANN.CCCXCV
DICT.DE.GALLEIS NONIS.MAI

C.PLAVTIVS.P.F.P.N.PROCVLVS.COS. ANN.CCCXCV
DE.HERNICEIS. IDIBVS.MAI

C.MARCIVS.L.F.C.N.RVTILVS.COS. ANN.CCCXCVI
DE.PRIVERNATIBVS K.IVN

C.MARCIVS.L.F.C.N.RVTILVS.II.DICT. AN.CCCXCVII
DE.TVSCEIS. PRIDIE.NON.MAI

M.FABIVS.N.F.M.N.AMBVSTVS.II. ANN.CCCXCIX
COS.II.DE.TIBVRTIBVS. III.NON.IVN

M.POPILLIVS.M.F.C.N. LAENAS.COS.III. AN.CDIII
DE.GALLEIS QVIRINALIBVS

M.VALERIVS.M.F.M.N.CORVVS.COS.II. ANN.CDVII
DE ANTIATIBVS,VOLSCEIS.SATRICANEISQ. K.FEBR

M.VALERIVS.M.F.M.N.CORVVS.II. ANN.CDX
COS.III.DE.SAMNITIBVS X.K.OCT

A.CORNELIVS.P.F.A.N.COSSVS.ARVINA. AN.CDX
COS.DE.SAMNITIBVS. VIIII.K.OCT

T.MANLIVS.L.F.A.N.IMPERIOSSVS.TORQVAT. A.CDXIII
COS.III.DE.LATINEIS.CAMPANEIS.SIDICINEIS
AVRVNCEIS .XV.K.IVNIAS

Q.PVBLILIVS.Q.F.Q.N.PHILO.COS. ANNO.CDXIV
DE.LATINEIS. IDIBVS.IANVAR

L.FVRIVS.SP.F.M.N.CAMILLVS.COS. ANN.CDXV
DE.PEDANEIS.ET.TIBVRTIBVS. IIII.K.OCT

C.MAENIVS.P.F.P.N.COS.DE.ANTIATIBVS. AN.CDXV
LAVINIEIS.VELITERNEIS.PRIDIE.K.OCT

M.VALERIVS.M.F.M.N.CORVVS.III.COS.IV. AN.CDXIIX
DE.CALENEIS. IDIBVS.MART

L.AIMILIVS.L.F.L.N.MAMERCIN. ANN.CDXXIV
PRIVERNAS.COS.II.DE.PRIVERNATIB. K.MART

C.PLAVTIVS.P.F.P.N.DECIANVS.COS. AN.CDXXIV
DE.PRIVERNATIBVS. K.MART

Q.PVBLILIVSQ.F.Q.N.PHILO.II. ANN.CDXXVII
PRIMVS.PRO.COS.DE.SAMNITIBVS
PALAEOPOLITANEIS K.MAI

Poetelius, inquit Liuius de Galleis, Tiburtibusq; geminũ triumphum egit. Fabiu satis visum, vt ouans Vrbem iniret.

Eodem anno, inquit Liuius, & à Coss. vario euentu bellatum. Nam Hernici à C. Plauto deuicti, subactiq; sunt. De triumpho autem eius non meminit, sed de Suplicij tantum. Vtriusq; habetur in marmore item cæterorum qui sequuntur vsque ad annum DXXXI.

C. Marcij Dict. triumphi meminit Liuius, atq; ipsum triumphasse iterum iussu populi, sine auctoritate patrum. Sed in marmore ante Dict. omissum est II.

Liuius scribit hoc anno triumphatum esse de Tiburtibus. & quia ait se inuenire M. Popilliũ Cos. pro T. Quinctio, ideo ex Coss. neutrum nominat. triumphaturem autẽ Fabium fuisse, triumphorum marmorea series testatur.

De triumpho Corui, et Cossi Liuius sic meminit. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt. Idem commemorat P. Decij castrensem triumphũ hoc est in castris actum.

T. Manlij triumphi non meminit Liuius. tantum ait, Seniores illi Romam redeunti obuiam exijsse. Orosius ait ipsum Manlium triumphasse, idq; etiam testatur series triũphorum marmorea.

Q. Publilij, L. Furij, & M. Valerij triumphi meminit Liuius libro VIII. Plin. ait, C. Manium, qui sequitur, Consulem fuisse anno Vrbis CDXVI. Eius triumphi, & conlegæ meminit etiam Eutropius.

L. Aemilij triumphus à Liuio omissus est, Plautium solum de Priuernatibus triumphum egisse commemorat.

Q. Publilij triumphi meminit Liuius his verbis, Duo singularia hæc ei uiro primũ contigere, prorogatio imperij, non ante in vllo facta, et acto honore triumphus. prorogatio imperij quia post consulatum Pro cos. factus est, et primus Pro cos. triumphauit. Pro cos. is dicebatur, qui extra Vrbem in aliquam prouinciam regendam, vel ad exercitum cum potestate consulari mittebatur. Palæopolis, inquit idem Liuius, fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est. Sed apud ipsum perperã legitur Palæpolis. Papirij sequentis triumphi meminit Liuius, et Nepos de viris illust.

Ex serie triumphorum constat Fuluium, & Fabium Coss. nō, vt ait Liuius, A. Cornelium Aruinam Dictatorem, triumphasse. Quanquam mox addit. Hoc bellum à Coss. bellatum quidam auctores sunt, eosq. de Samnitibus triumphasse.

L.PAPIRIVS.SP.F.L.N.CVRSOR.DICT. ANN.CDXXIX
DE.SAMNITIBVS.III.NON.MART

L.FVLVIVS L.F.L.N.CVRVVS.COS. ANN.CDXXXI
DE.SAMNITIBVS QVIRINALIBVS

Q.FABIVS.M.F.N.N.MAXIMVS.RVLLIAN. AN.CDXXXI
COS.DE.SAMNITIBVS.ET.APVLEIS. XII.K.MART

L PAPIRIVS.SP.F.L.N.CVRSOR.II.COS.III. AN.CDXXXIV
DE.SAMNITIBVS. X.K.SEPTEMBR

C.SVLPICIVS SER.F.Q.N.LONGVS. ANNO.CDXXXIX
COS.III.DE.SAMNITIBVS. K.QVINT

M.VALERIVS.M.F.M.N.MAXIMVS. ANN.CDXXXXI
COS.DE.SAMNITIBVS.SORANEISQ.IDIB.SEXT

C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS. AN.CDXLII
COS.III.DE.SAMNITIBVS. NONIS.SEXT

Q.AEMILIVS.Q.F.L.N.BARBVLA ANN.CDXLII
COS.II.DE.ETRVSCEIS. IDIBVS.SEXT

L.PAPIRIVS.SP.F.L.N.CVRSOR.III. ANN.CDXLIV
DICT.II.DE.SAMNITIBVS. IDIBVS.OCT

Q FABIVS.M.F.N.N.MAXIMVS.RVLLIAN. AN.CDXLIV
II.PRO.COS.DE.ETRVSCEIS. IDIBVS.NOV

Q.MARCIVS.Q.F.Q.N.TREMVLVS.COS. AN.CDXLVII
DE.ANAGNINEIS.HERNICEISQ. PRID.K.QVINT

M.FVLVIVS.L.F.L.N.CVRVVS.PAETIN. ANN.CDXLIIX
COS.DE.SAMNITIBVS. III.NON.OCT

P.SEMPRONIVS.P.F.C.N.SOPHVS. ANN.CDXLIIX
COS.I.DE.AEQVEIS. VII.K.OCT

P.SVLPICIVS.SER.F.P.N.SAVERRIO. AN.CDXLIX
COS.DE.SAMNITIBVS IIII.K.NOV

Fabium etiam in Apuliam processisse, atque inde magnas prædas egisse. Propterea Nepos de illustrib. viris scribit ipsum primū de Apuleis, et Lucerineis, iterū de Samnitibus, tertio de Galleis, Vmbreis, Marseis, atque Tusceis triumphasse.

C. Sulpicij victoriam commemorat Liuius. De triumpho autem non meminit. Est autē in serie triumphorum marmorea descriptus.

M. Valerij triumphi non meminit Liuius, tantum ait, ipsum in Samnio relictum ad reliquias belli persequendum. Nepos de illustrib. viris scribit, etiam Decium triumphasse, quem in hoc bello ægrotasse prodit idem Liuius.

C. Iunij & Q. Aemilij triumphi, licet parti sint insigni bello, Liuius tamen de ijs ne verbum quidem fecit.

L. Papirij Cursoris Dict. triumphum commemorat Liuius lib IX. Fuit enim hic annus sine Coss. Vide quæ dicimus in com. A. C.

Ex hoc triumpho Fabij Pro. Cos. constat non anno CDXLIII ipsum Cos II. de Etrusceis triumphasse, vt tradit Liuius, sed Pro. Cos. anno sequenti, quo L. Papirius Cursor fuit Dict. sine Consulibus, idq; cum ignorauerit, putauit hunc, Dict. fuisse eodem anno, quo Fabius Cos. eodemq; utrunque triumphasse. ex quo errore in alterum incidit, affirmans honorem Fabio continuatum esse.

Q Marcij triumphi de Herniceis meminit Liuius, addidiq; ipsi Marcio Statuam equestrem in foro decretam esse, eamq. ante templū Castoris positam de hac meminit Plin. cuius verba citantur in Vrbis nostra topographia. Cic. etiā Philip. VI. de eadē sic inqt. In foro L. Antonij statuā videmus, sicut illā Q Tremuli, q Hernicos deuicit. ante Castoris

M. Fuluij triumphi, qui Cos. suffectus est Minucio, non meminit Liuius, sed ipsius Minucij, & Postumij secut, q̄ in marmorea triumphorum serie inscribitur. Quanq̄ mox dicit, esse auctores qui velint, Minucium Cos. cum vulnere graui relatum in castra, mortuumq;, & M Fuluium in eius locum suffectum ad exercitum Minucij missum, ab eoq; Bouianum coptum. Videtur autem eam opinionem, quæ falsa est, magis probare.

Liuius non exprimit vtrunque Cos. triumphasse, sed tantum inquit de Aequeis triumphatum, quod ad Sempronium est referendum. Nam Sulpicium de Samnitibus triumphum egisse, ex serie triumphorum satis intelligimus. Ex quo apparet ab ea dissentire. qui ait, hoc anno Samnitibus petentibus fœdus antiquum redditum esse.

C. Iunius primo congressu Aequos subegit, ac die octauo triumphans in Vrbem cum redysset ædem Salutis, quam Cos. vouerat, Cens. locauerat, Dict. dedicauit.

Liuius hunc Valerium, Maximum vocat, qui cum semel tantum triumpharit, de Valerio Coruo, qui iam treis egit triumphos oportet vt intelligamus, cum hic IV. et adycitur. Vide in Commentario annalium Consulum, quæ hoc anno commemorantur.

M.VALERIVS.M.F.M.N.CORVVS. ANNO.CBLII
IV.DICT.II.DE.ETRVSCEIS
X.::.K. DECEMBR

M.FVLVIVS.CN.F.CN.N. ANN.CBLIV
PAETINVS.COS.DE.SAMNITIBVS
NEQVINATIBVSQVE. VII.K.OCT

CN.FVLVIVS.CN.F.CN.N. MAX. AN.CBLV
CENTVMALVS.COS.DE.SAMNITIBVS
ETRVSCEISQVE. IDIBVS.NOV

Q.FABIVS.M.F.M.N.MAXIMVS. AN.CBLIIX
RVLLIANVS.III.COS.V.DE.SAMNITIBVS
ET.ETRVSCEIS.GALLEIS. PR.ID.NON.SEPT

L.POSTVMIVS.L.F.SP.N.MEGELL. AN.CBLIX
COS.II.DE.SAMNITIB.ET.ETRVSCEIS. VI.K.APR

M.ATILIVS.M.F.M.N.REGVLVS.COS. A.CBLIX
DE.VOLSONIBVS.ET.SAMNITIB. V.K.APR

SP.CARVILIVS.C.F.C.N.MAXIMVS. A.CBLX
COS.DE.SAMNITIBVS. IDIBVS.IAN

L.PAPIRIVS.L.F.SP.N.CVRSOR AN.CBLX
COS.DE.SAMNITIBVS. IDIBVS.FEBR

Q.FABIVS.Q.F.M.N.MAXIMVS. AN.CBLXII
GVRGES.PRO.COS DE.SAMNITIBVS. K.SEXT

M'.CVRIVS.M'.F.M'.N DENTATVS ANN.CBLXIII
COS.DE.SAMNITIBVS ::

M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.DENTATVS.II. AN.CBLXIII
COS.DE.SABINEIS ::

M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.DENTATVS.III. AN.CBLX::
:::: OVANS.DE.LVCANEIS. ::

M. Fuluij triumphi nō meminit Liuius. Nequinum in deditionem Po. Ro. venisse refert, & exercitum cum magna præda Romam reductum, ac Picentium fama putres intellexiss. Samnites arma, & rebellionem spectare, ob idq; bellum ab Etruria in eos versum. Quibus verbis innuit ipsos Samnites ab illo fœdere ad hunc vsque annum quieuisse.

Ex rebus gestis à Scipione quæ commemorantur à Liuio, triumphus ei deberi uidebatur et tamē solū CN. Fuluiū triumphasse ait, vt etiam in marmoreis triumphens habetur, sed, vt hic de Samnitibus, cur non itidem de Etrusceis ille? contra quos feliciter pugnauit, si Liuius vera commemorat.

Liuius Claudia auctore scribit, in Apulia Postumium fugatum, atque saucium Luceriam cumpulsum, & ab Atilio in Etruria res gestas, cúmque triumphasse. Sed Fabium tradere, ambos Coss. in Samnio, & ad Luceriam cum Volsonibus res gessisse, traductumq; in Etruriam exercitum, sed ab vtro Cos. non adijcere. In marmore vtriusque triumphus habetur; quorum alter Claudium arguit, quia Postumius, non Atilius, de Etrusceis triumphum egit, & vterque de Samnitibus. Ex quo apparet Postumium in Samnio, & in Etruria, Atilium vero in Samnio, & in Apulia ad Luceriam bellasse.

Liuius præter ordinem triumphorum, qui in marmore inscripti habentur, non tam rebus gestis, quàm tempore, præponit etiam triumphum L. Papirij, triumpho Sp. Caruilij, innuitq; hunc etiam de Etrusceis triumphum egisse. sic enim inquit. His rebus actis ad triumphum decessit, vt minus clarum de Samnitibus, quàm collegæ triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli æquatum.

Q. Fabij triumphi meminit Valerius lib. V. cap. vij. & Florus, qui scribit ipsum Fabium Cos. triumphasse, cum in marmore Pro. cos. habeatur. Nam triumphum egit anno sequenti post consulatum.

Plut. in Catonis vita scribit M'. Curium ter triumphasse, & Florus bis eodem magistratu. Tertium vera triumphum de rege Pyrrho fuisse plures auctores testantur, cui tamen in A. C. adycitur IV. ex quo appares antea treis egisse triumphos. Sunt qui velint eodem anno, quo de Samnitibus, & Sabineis triumphasse dictum est. ouasse de Lucaneis. Quod si ante bellum Lucanorum anno Vrbis CDLXVII Hortensius fuit Dict. & bellum Vulsiniense, vt ex verbis Flori coniicimus, secutum est, non potuit eodem anno, quo primum & secundum, tertium triumphum deduxisse,

cum ab Hortenſio Dict. ad initium belli Lucanorum anni tres ſaltem interceſſerint. Quamobrem oportuit ipſum Curium Pro Cos. vel Præt. alioq; anno ouaſſe. Cuius rei tamen nos certum auctorem non habemus, niſi quod Nepos de illuſtribus viris tradit, ipſum Curium primo de Samnitibus, iterum de Sabineis triumphaſſe, & tertio de Lucaneis ouantem Vrbem introyſſe, nulla facta mentione triumphi de rege Pyrrho acto anno Vrbis CDLXXIIX. de quo meminit Eutropius, & Cic. in Cat.

C.FABRICIVS.C.F.C.N.LVSCINVS. AN.CDLXXI
COS.DE.ETRVSCEIS.GALLEISQVE. III.NONAS.MART
Q.MARCIVS.Q.F.Q.N. PHILIPPVS. AN.CDLXXII
COS.DE.ETRVSCEIS. K.APRIL
TI.CORVNCANIVS.TI.F.TI.N. COS. AN.CDLXXIII
DE.VVLSINIENSIBVS.ET.VVLCIETIB. K.FEBR
L.AIMILIVS.Q.F.Q.N. BARBVLA AN.CDLXXIII
PRO.COS. DE.TARENTINEIS.SAMNITIBVS
ET.SALLENTINEIS. VI.IDVS.QVINT
C. FABRICIVS.C.F.C.N.LVSCINVS.II. AN.CDLXXV
COS.II.DE.LVCANEIS.BRVTTIEIS.TARENTIN
SAMNITIBVS IDIBVS.DECEMBR
C.IVNIVS.C.F.C.N.BRVTVS.BVBVLC. AN.CDLXXVI
COS.II. DE.LVCANEIS.ET.BRVTTIEIS NON.IAN
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIMVS AN.CDLXXVII
GVRGES.II.COS.II.DE.SAMNITIBVS
LVCANEIS.BRVTTIEIS. QVIRINALIB
M'.CVRIVS.M'.F.M'.N.DENTAT.IV. A.CDLXXIIX
COS.II.DE.SAMNITIB. ET.REGE.PYRRHO
⸗ ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ ⸗⸗⸗FEBR
L.CORNELIVS.TI.F.SER.N.LENTVL. A.CDLXXIIX
COS.DE.SAMNITIBVS.ET
LVCANEIS. K.MART
C.CLAVDIVS.AP.F.C.N.CANINA AN.CDXXC
COS.II.DE.LVCANEIS.SAMNITIBVS
BRVTTIEISQ. QVIRINALIBVS
SP.CARVILIVS.C.F.C.N.MAXIMVS.II. AN.CDXXCI
COS.DE.TARENTINEIS.LVCANEIS.BRVTTEISQ⸗
L.PAPIRIVS.L.F.SP.N.CVRSOR.II. ANN.CDXXCI
COS.II.DE.TARENTINEIS.LVCANEIS.ET
BRVTTIEIS ⸗⸗⸗
CN.CORNELIVS.L.F.CN.N.BLASIO A.CDXXCIII
COS.DE.SASSINATIBVS ⸗⸗⸗
P.SEMPRONIVS.P.F.P.N.SOPHVS. ANN.CDXXCV
COS. DE. PEICENTIBVS ⸗⸗⸗
AP.CLAVDIVS.AP.F.C.N.CRASSIN. AN.CDXXCV
COS.DE.PEICENTIBVS. ⸗⸗

C. Fabricij triumphi reliquiæ quædam, ad menſem, quo triumphauit, pertinentes, in marmore extant. præterea cũ in eodem ſecundus eius triumphus inſcriptus ſit anno Vrbis DCLXXV. ſatis apparet, hoc anno primum triumphum egiſſe. De quibus populis triumpharit plane nõ cõſtat. Florus commemorat à pluribus ducibus proſpere pugnatum eſſe aduerſus Samnites, Lucanos, Bruttios atque Etruſcos, exiſtimandum ex aliquibus horum Fabricium triumphum egiſſe. De Etruſceis, & Galleis triumphaſſe innuit Poly.

C. Claudij Caninæ triumphi nemo eſt, qui mentionem faciat. Suet. tamen Plebeiam Claudiorum familiam triumphos ſex, ouationes duas adeptam eſſe, teſtatur.

Saſſinates victi à Blaſione Vmbriæ ſunt populi, de ijs meminit Poly.

P. Sempronij, & Claudij triumphi meminit Eutropius. Sempronius is eſt, de quo Paterculus ſic inquit. Ariminum & Beneuentum coloni miſſi, & ſuffragij ferendi ius datum Sabinis Sempronio Sopho, & Appio Cæci filio Coss.

M.ATILIVS.M.F.L.N.REGVLVS A.CDXXCVI
COS.DE.SALLENTINEIS. VIII.K.FEBR

L.IVLIVS.L.F.L.N.LIBO.COS ANN.CDXXCVI
DE.SALLENTINEIS VII. K.FEBR

D.IVNIVS.D.F.D.N.PERA.COS. AN.CDXXCVII
DE.SASSINATIBVS V. K. OCTOBR

N.FABIVS.C.F.M.N.PICTOR.COS. AN.CDXXCVII
DE.SASSINATIBVS. III.NON.OCT

N.FABIVS.C.F.M.N.PICTOR.II.COS. AN.CDXXCVII
DE SALLENTINEIS.MESSAPEISQVE.K.FEBR

D.IVNIVS.D.F.D.N.PERA.II.COS. AN.CDXXCVII
DE.SALLENTINE S.MESSAPEISQ. NON.FEBR

M.FVLVIVS.Q.F.M.N.FLACCVS AN CDXXCIX
COS.DE.VVLSINIENSIBVS K.NOV

M'.VALERIVS.M.F.M.N.MAXIM. AN.CDXC
MESSALLA.COS.DE.POENEIS.ET.REGE.SICVLOR
HIEROE. XVI. K. APRIL

C.DVILIVS.M.F.M.N.COS.PRIMVS AN.CDXCIII
NAVALEM.DE.SICVL.ET.CLASSE.POENICA.EGIT
K.INTERCALAR

L.CORNELIVS.L.F.CN.N.SCIPIO.COS. AN.CDXCIV
DE.POENEIS.ET.SARDIN.CORSICA. V.ID.MART

C.AQVILLIVS.M.F.C.N. FLORVS AN.CDXCV
PRO.COS.DE.POENEIS. IIII.NON.OCT

C.SVLPICIVS.Q.F.Q.N.PATERCVLVS. AN.CDXCV
COS.DE.POENEIS.ET.SARDEIS .III.NON.OCT

A.ATILIVS.A.F.C.N.CALATINVS.PR. AN.CDXCVI
EX.SICILIA.DE.POENEIS. XIIII.K.FEBR

C.ATILIVS.M.F.M.N.REGVLVS.COS. AN.CDXCVI
DE.POENEIS.NAVALEM.EGIT VIII ...

L.MANLIVS.A.F.P.N.VVLSO.LONG. AN.CDXCVII
COS.DE.POENEIS.NAVALEM.EGIT.VII...

SER.FVLVIVS.M.F.M.N.PAETINVS A.CDXCIX
NOBILIOR.PRO.COS.DE.COSSVRENSIBVS
ET.POENEIS.NAVALEM.EGIT. XIII. K.FEBR

Eutropius scribit, M. Atili Regulo, et L. Iulio Libone Coss. bellum indictum Sallentinis, captosq; esse cũ ciuitate, simulq; Brundusinos, & de his triumphatum esse. Reguli triumphi meminit et Nepos de illustrib. viris.

Ex triumphorum serie satis constat, Peram, & Pictorem eodem anno vtrunq; duos triũphos egisse. de quibus praeterea neminem meminisse inuenio. Florus tantum ait, Vmbras & Sallentinos victos in deditionem acceptos esse.

M. Flacci, & L. Papirij triumphi meminit Sex. Pom. his verbis. Picta, quae nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est. eius rei argumentum est pictura in aede Vortumni, & Consi, quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera L. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.

Licet Macrobius, Valeriusq; Max. tradat Messallam à Messana vrbe Siciliae à se deuicta cognominatum, & Plin. eundem omnium primum tabulam picturae praelij, quo Carthaginenses, & Hieronem in Sicilia deuicerat, proposuisse in latere Curiae Hostiliae, anno vrbis CDXC, neuter tamen de triumpho mentionẽ facit.

C. Duilij triumphi meminit Tacitus, Plin. XXXIIII. Valerius III, cap. vi. aitq; hunc Duilium omnium primum triumphũ naualem de Poeneis retulisse. Sed apud ipsum perperam legitur C. Duellius, & Floru n, Cn. Duilius qui etiam ipse de hoc triumpho meminit.

Scipionis victoriae multi auctores, triumphi nemo, nisi marmora, & Eutropius.

A. Atilij triumphi meminit Nepos de illustribus viris. hic cum superiore anno fuerit Cos. hoc non Pro Cos. sed PR. creatus est, in quo honore triumphum egisse apparet, vel in marmore PR. pro PROCOS. ponitur.

Ser. Fuluius triumphauit de Cossurensibus, qui cum Poeneis contra Romanos bellum susceperant. Est autem Cossura insula in mari Africo.

M. Aemilio columnam rostratam in Capitolio positam fuisse tradit Liuius lib. XLII. Sed ibi mutilus est. Nam post Cos. addendum, M. Aemilio Paullo posita. Legendumq; Pro Cos. vt hic & mox. Cui, inquit, conlega in consulatu Ser. Fuluius fuit.

M.AIMILIVS.M.F.L.N.PAVLLVS. AN.CDXCIX
PRO.COS.DE.COSSVRENSIBVS.ET.POENEIS
NAVALEM.EGIT. XII. K.FEBR

CN.CORNELIVS.L.F.CN.N.SCIPIO.ASINA. AN.D
PRO.COS.DE.POENEIS. X.K.APRIL

C.SEMPRONIVS.TI.F.TI.N.BLAESVS.COS. AN.D
DE.POENEIS K. APRIL

C.AVRELIVS.L.F.C.N.COTTA.COS. AN.DI
DE.POENEIS.ET.SICVLEIS.IDIBVS.APRIL

L.CAECILIVS.L.F.C.N.METELLVS.PRO.COS. A.DII
DE.POENEIS. VII.IDVS. SEPTEMB

C.LVTATIVS.C.F.C.N.CATVLVS.PRO A.DXII
COS.DE.POENEIS.EX.SICILIA.NAVALEM
EGIT. IIII. NONAS.OCTOBR

Q.VALERIVS.Q.F.P.N.FALTO.PRO.PR. A.DXII
EX.SICILIA.NAVALEM.EGIT.PRID.NON.OC

Q.LVTATIVS.C.F.C.N.CERCO.COS. AN.DXII
DE.FALISCEIS K. MART

A.MANLIVS.T.F.T.N.TORQVATVS. ANN.DXII
ATTICVS.COS.II.DE.FALISCEIS.IV.NON.MART

P.CORNELIVS.L.F.TI.N.LENTVLVS AN.DXVIII
CAVDINVS.COS.DE.LIGVRIBVS.IDIBVS.INTER

SP.CARVILIVS.SP.F.C.N.MAXIMVS. AN.DXIX
COS.DE.SARDEIS. K. APRIL

Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIMVS. ANNO DXX
VERRVCOSSVS.COS.DE.LIGVRIBVS.K.FEBR

M'.POMPONIVS.M'.F.M'.N.MATHO ANN.DXX
COS.DE.SARDEIS.IDIBVS.MART

Si nihil memoria dignũ Coss. gessere, vt tradit Poly. qui potuit Sempronius triumphare? An dicendum ipsum Liuium, cæterosq; historicos alios, atque alios, & inter se contrarios annales secutos esse?

Metelli triumphi meminit Plin. VIII. Eutropius, Florus, & Diony. aitq; ex Sicilia de Carthaginiensibus triumphasse.

C. Lutatius Cos et Q. Valerius PR. circa Siciliam insignẽ Pœnorum classem deleuerant, quo nomine Lutatio triumphum Senatus decreuit. Cũ autem Valerius sibi quoque eum decerni desiderasset, negauit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor potestas maiori æquaretur, super hac re Atilius Calatinus iudex constitutus secundum Lutatium sententiam protulit, auct. Valerius lib. II. cap. iij. qui in fine ait, Valeriũ & fortis & prosperæ pugnæ premium, vt non legitimum, ita se dignum petijsse. Assecutus ne id fuerit, non exprimit. cum tamen in marmore eius triumphus inscriptus sit. sed fuit Pro. PR. non PR. & Lutatius Pro Cos. non Cos. vt idem ait; Qui etiam vtriusque cognomen omittit, vt ex eius verbis de quo Catulo, Valerioq; sit intelligendum nescias. Florus etiam tradit ipsum Lutatium Cos. classe Pœnorum ad Aegates insulam victa, finem belli imposuisse.

P. Cornelius, vt habetur in marmore, non L. Cornelius, vt apud Eutropium: qui ait interfecta esse Ligurũ XXIIII millia & quinque capta, de ijsq; triumphatum.

T. Manlij triumphi meminit Eutropius. victoriæ vero Orosius, & Liuius XXIII.

Fabius Max. inquit Nepos de illustrib. viris, vt Verrucossus à verruca in labris, ita Ouicula à clementia morũ appellatus Cos. de Liguribus triumphauit. Plut. triumphos quinque egisse tradit, & tamen de hoc tantum, mentionem facit. Sed numerus consulatus ad triumphos perperam translatus est. Legendum igitur, consulatus quinque egit, sed primo scilicet Consulatu, de Liguribus triumphauit. puto aliquem imperitum propter verbum triumphauit, locum deprauasse, & primo ad triumphum referre voluisse. Nam quinquies Cos. fuit, bis Dict. & Censor. Primus omnium à Senatu petijt, vt equo vti sibi Dictatori liceret. Non enim antea Dictatori equitare fas erat, sed per quandam veterem legem prohibitum, siue quod maiores vires inesse pedestribus copijs arbitrarentur, & propter hoc imperatorem in phalange permanere oportere, nec locum deserere, siue quod eum ad alia omnia tyrannica magnaq; sit eius principatus potentia, in hoc voluerint Dictatorem populo inferiorem videri.

Nonnulli quibus triumphus iustus aliqua ex causa negatus fuerat, ambitione quadam, propria auctoritate in monte Albano triumphare solebant, quorum primus fuit hic Papirius, auct. Liuius, & Valerius, qui sic ait. Papirius Maso cum bene gesta rep. triumphum à Senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi, & ipse initium fecit, & cæteris postea exemplũ præbuit: proq; laurea corona cum alicui spectaculo interesset, myrtea usus est. In hunc sensum loquitur Plin. XV.

C.PAPIRIVS.C.F.L.N.MASO.COS. ANN.DXXII
DE.CORSEIS.PRIMVS.IN.MONTE.ALBANO
III. NONAS. MART

CN.FVLVIVS.CN.F.CN.N.CENTVMALVS. A.DXXV
PRO.COS.EX.ILLVRIEIS.NAVAL.EGIT.X.K.QVINT

L.AIMILIVS.Q.F.CN.N.PAPVS.COS. AN.DXXIIX
DE.GALLEIS III. NONAS.MART

C.FLAMINIVS.C.F.L.N.COS. ANNO.DXXX
DE.GALLEIS VI.IDVS.MART

P.FVRIVS.SP.F.M.N.PHILVS.COS. ANNO.DXXX
DE.GALLEIS.ET.LIGVRIBVS.IIII.IDVS.MART

M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS. AN.DXXXI
COS.DE.GALLEIS.INSVBRIBVS.ET.GERMAN
K.MART.ISQVE.SPOLIA.OPIMA.RETTVLIT
DVCE.HOSTIVM.VIRDVMARO.AD.CLASTIDIVM
INTERFECTO

L.AIMILIVS.M.F.M.N.PAVLLVS ANN.DXXXIIII
COS.DE.ILLVRIEIS

M.LIVIVS.M.F.M.N.SALINATOR. AN.DXXXIV
COS.DE.ILLVRIEIS

M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.II.PRO. AN.DXLII
COS.DE.SYRACVSANEIS.IN.MONTE.ALBANO

M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.III.PRO. ANN.DXLII
COS.OVANS.EX.SICILIA.DE.SYRACVSANEIS

Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAX.VERRVCOSSVS.II. AN.DXLIIII
COS.DE.TARENTINEIS

M.LIVIVS.M.F.M.N.SALINATOR.II.COS.II. A.DXLVI
DE.POENEIS.ET.ASDRVBALE.

C.CLAVDIVS.TI.F.TI.N. NERO.COS. ANN.DXLVI
OVANS.DE.POENEIS.ET.ASDRVBALE

P.CORNELIVS.P.F.L.N.SCIPIO.AFRICAN. A.DLII
PRO.COS.DE.POENEIS.ANNIBALE. ET
SYPHACE.REGE.EX.AFRICA

CN. Fuluij triumphum Eutropius, victoriam Poly. commemorat uti Aemilij sequentẽ triũphũ.

C. Flaminij triumphi meminit Liuius lib. XXI. & Plut. his verbis. Flaminius, ac Furius Coss. malis auspicijs creati, cum Senatus eos per literas reuocasset. Flaminius literas non prius aperuit, quàm conflata pugna, Gallisq; in fugam versis. Redeunti, ac multa spolia referenti populus non obuiam processit. quia reuocatus mandatis nõ obediuerat. Quapp vt eius triumphus denegaretur, parum absuit, quem tamen priuatum egisse constat.

De triumpho Marcelli vide Plut. in eius vita, Eutropiũ. Sex. Pompeium lib. XIII. Virg. VI. & Valerium III. cap. ij. qui sic inquit, Nec M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis separare debemus, in quo tãtus animi vigor fuit, vt apud Padũ Gallorũ regem ingenti exercitu stipatum, cũ paucis eqtibus inuaderet, quẽ protinus obtruncatũ, armis exuit, eaq; Ioui Feretrio dicauit.

L. Aemilij triumphi meminit Poly. vtriusq; vero Liuij, qui sequuntur, Nepos de illust. viris.

Marcellus, inquit Nepos de viris illustrib. Syracusas per treis annos expugnauit, & cũ per calumniam triumphus ei à Senatu negaretur, de sua sententia in Albano monte triumphauit. Liuius etiam lib. XXVI. tradit pridie quàm Vrbẽ ingrederetur, in eodem monte triumphasse. vide Plut.

Q. Fabij triumphi non meminit Liuius, tantum ait, licet Tarentum captum astu magis, quàm virtute, gloriæ tamen illi fuisse. Sed triumphasse ostendit titulus, quem anno DXXXVI citauimus.

M. Liuij, et C. Claudij triumphi meminit T. Liuius, atq; illum, qui in prouincia sua rem gesserat, quadrigis inuectum esse, hũc vero, qui in conlegæ prouinciã, vt victoriã eius adiuuaret, venerat, equo secutũ. Meminit etiam Valerius. IIII. cap. i. Liuius, inquit Nepos de illustribus viris, triumphans, Nero ouans vrbem introierunt. Familia autem Liuiorum tribus triumphis floruisse scribit Suet. in Tiberij vita.

P. Cornelij triumphi mẽtionem facit Poly. Liuius lib. xxx. & xxxviij. Plut. et. Appianus in eo libro, qui Lybicus inscribitur. ibiq; omnia in eodem triumpho deducta commemorantur.

Cn. Manlius non videtur primo anno, quo Pro.cos.erat, triumphum egisse, sed sequenti, iam nouis Coss. creatis: de quo triumpho Plin. lib. XXXIII. sic meminit. Cn.Manlius Asia deuicta triumphum duxit anno DLVII.

CN.MANLIVS.CN.F.L.N.VVLSO.PRO.COS. DE.GALLOGRAECEIS. III.NONAS.MART — AN.DLXVI

L.MANLIVS.L.F.L.N.ACIDINVS.FVLVIAN.PRO. OVANS.EX.HISPANIA.CITERIOR ... — AN.DLXVIII

C.CALPVRNIVS.C.F.C.N. PISO.PR. DE.CELTIBEREIS.LVSITANEISQ — ANNO.DLXIX

L.QVINCTIVS. CRISPINVS.PR. DE.CELTIBEREIS.ET.LVSITANEIS — AN.DLXIX

A.TERENTIVS VARRO.PRO.PR OVANS.EX.HISPANIA.CITERIOR — ANN.DLXXI

L.AIMILIVS.L.F.M.N.PAVLLVS.PRO.COS DE.LIGVRIBVS.INGAVNEIS — AN.DLXXII

P.CORNELIVS.L.F.P.N.CETHEGVS.PRO.COS. DE.LIGVRIBVS. — AN.DLXXIII

M.BAEBIVS.Q.F.CN.N.TAMPHILVS.PRO.COS. DE.LIGVRIBVS — AN.DLXXIII

Q.FVLVIVS.Q.F.M.N.FLACCVS.PRO.PR. EX HISPANIA.CITERIOR — ANN.DLXXIII

Q.FVLVIVS.Q.F.M.N. FLACCVS.II. COS.DE.LIGVRIBVS — ANN.DLXXIV

TI.SEMPRONIVS.P.F.TI.N.GRACCHVS. PRO.PR.DE.CELTIBEREIS. — A.DLXXV

L.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBINVS.PRO.PR DE.LVSITANEIS.ET.VACCAEEIS — A.DLXXV

L. Manlius, inquit Liuius, Pro.cos.ex Hispania redierat, cui postulanti ab Senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat, exemplum obstabat, quod ita comparatum more maiorum erat, ne quis, qui exercitum non deportasset, triumpharet, nisi perdomitam, pacatamque prouinciam tradidisset successori: medius tamen honos Manlio habitus, vt ouans Vrbem iniret. Sed apud Liuium Pro. Prætor est legendum. Nam Saluatore, & Messalla Coss. creatus fuerat Prætor.

Veteres, inquit Liuius, Prætores C. Calpurnius Piso, & L. Quinctius Romam redierũt, vtrique magno Patrum consensu triumphus est decretus. Veteres autem appellat, quia duobus annis ante creati fuerunt Prætores.

A. Terentium Pro. Prætorem fuisse commemorat Liuius circa finem libri XXXIX. & sequenti libro triumphum, siue ouationem.

L. Aemilium prorogato ex consulatu imperio principio veris in Ligures ingaunos exercitum introduxisse, & mox Pro. cos. de ijs triumphasse ait Liuius. Huius & sequentis Aemilij triumphi meminit etiam Nepos de illustribus viris.

Cornelius, & Bæbius omnium primi nullo bello gesto triumpharunt, tantum hostes ducti ante currum, quia nec quid ferreretur, neque quid duceretur, neque quid militibus daretur quicquam in triumphis eorum fuerat. Liuius lib. XL.

Q. Fuluius creatus fuerat Prætor anno DLXXI. ideo Liuius hoc anno Pro. Prætorem appellat; quanquam supra Prætorem etiam eum vocat: item infra de secundo eius triumpho mentionem faciens, vide autem ne sit error. Paterculus tradit hunc Fuluium fuisse virum triumphalem.

Alter Cos. inquit Liuius, Q. Fuluius ex Liguribus triumphauit, quem triumphum magis gratiæ, quàm rerum gestarum magnitudini datum constabat, mox addit. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quàm quod forte euenit, vt eodem die triumpharet, quo priore anno ex prætura triumphauerat.

De hoc, & sequenti triumpho Gracchi meminit Plut. Florus scribit, à L. Postumio Pro. cos. de Vaccæis, & Lusitaneis triumphum actum. & quia Gracchus pridie triumphauerat, quidam arbitrantur etiam ipsum Pro. cos. fuisse. sed ex verbis Liuij vtrunque Pro. PR. triumphasse conijcimus. Nam cum anno DLXXIII creati essent Prætores, & in insequentem prorogatum ipsis esset imperium Pro. Præt. dicebantur, quo nomine idem Liuius appellat, bis verbis. L. Postumius, & Ti. Sempronius Proprætor comparauerunt ita inter se, vt in Vaccæos per Lusitaniam iret Albinus, inde in Celtiberiam reuerteretur. Gracchus, quòd maius ibi bellum esset, in vltima Celtiberiæ penetrauit. Deinde vtriusque gesta commemorans, & sequenti anno triumphum, interim nusquam hos Pro. Cos. vocat.

De Claudij Pulchri, & Centhonis triumphis mentio est apud Liuium libro XLI.

Ti. Sempronius Cos. vt auctor est Liuius, in Sardos prospere res gessit, cumq; eos perdomuisset, non tamen eum Romam redire Senatus voluit, sed ipsum Pro. Cos. in prouincia manere, cumq; ibi historia sit trunca, triumphus excidit. Sed ex titulo quem in finem libri XLI citat, apparet ipsum Cos. triumphasse, ni forte ibi Pro cos. sit legendum. De hoc Graccho meminit Cic. lib.IIII. ad Att. quo in loco si Cic. dixit, Crassum et equalem, quod in prouinciam vterq; iteram Cos. profectus erat, falsum est quod scribit interpres, ipsum Gracchū ad Hispanienm bellum profectum esse, quia in primo, non in secundo consulatu, id bellū Pro. prætor confecit; non Cos aut Pro. Cos. vt diximus.

C. Valerium, & P. Mucium de Liguribus triumphasse ex Liuio quanquam mutilo, & ex fragmentis triumphorum clarè conijcimus.

Ap. Claudium ouantem in Vrbem ingressum esse tradit Liuius. sed ipsum Pro. cos. nō Pro prætorem vocat, nisi forte Pro. cos. pro Pro prætore posuerit, vt alibi fecisse videtur. Inter Appij ouationem et Cicerei triumphum extat in A.C. hoc fragmentum

::RO. A::

::LTIBERIA

ex quo apparet, alterum Pro. Cos. de eadem prouincia, qua Appius, triumphasse. Quis fuerit nemo tradit, & ex verbis Liuij intelligi non potest.

C.CLAVDIVS.AP.F.P.N. PVLCHER.COS. ANN.DLXXVI
EX.ISTRIA.ET.DE.LIGVRIBVS ::

TI.SEMPRONIVS.P.F.TI.N. GRACCHVS.II. A.DLXXVIII
PRO.COS.DE.SARDEIS ::

C.VALERIVS.M.F.P.N. LAEVINVS ANN.DLXXVIII
PRO.COS.DE.LIGVRIBVS ::

P.MVCIVS.Q.F.P.N. SCAEVVLA AN.DLXXVIII
COS.DE.LIGVRIBVS

AP.CLAVDIVS.C.F.AP.N. CENTHO.PRO A.DLXXIX
COS.OVANS.EX.CELTIBERIA ::

C.CICEREIVS. :: T.PRO AN.DLXXXI
PR.EX.CORSICA.IN.MONTE.ALBANO K.OCT

L.AIMILIVS.L.F.M.N. PAVLLVS.II.PRO.COS. A.DXXCVI
EX.MACEDON.ET.REGE.PERSE.PER.TRIDVVM
IIII.III.PRIDIE.K.DECEM

CN.OCTAVIVS.CN.F.CN.N.PRO.PR. AN.DXXCVI
EX.MACEDON.ET.REGE.PERSE.NAVAL.EGIT. K.DEC

L.ANICIVS.L.F.M.N.GALLVS.PRO.PR.DE.REGE. A.DXXCVI
GENTIO.ET.ILLVRIEIS QVIRINALIBVS

C. Cicereio, inquit Liuius, PR. prioris anni ad ædem Bellonæ Senatus datus est. Is, expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoq; frustra triumpho, in monte Albano, quod iam in morem venerat, vt sine publica auctoritate fieret, triumphauit.

L. Aemilij triumphum, & quæ in eo lata sunt, commemorat Plut. in eius vita, vbi perperam habetur, Cos. II. nam & si Cos. Perseo deuicit, tamen prouinciam pacatam tunc non restituit, sed nouis Coss. iam creatis Proconsul. Liuius enim ait, Patres censuisse Macedoniam, Illuricumq; L. Paullum & Anicium obtinere, donec de sententia legatorum, & res bello turbatas, & statum alium eius regni formando composuissent. Quanquam infra, ostendens Aemilij triumphum fuisse Anicij longe superiorem, affirmat, illum Cos. hunc vero PR. fuisse. sic enim inquit L. Anicius Quirinalibus triumphauit de Rege Gentio, Illurijsq;. Similia omnia magis visa hominibus, quàm paria, minor ipse Imperator & nobilitate Anicius cum Aemilio, & iure imperij, Prætor cum Consule conlatus, non Gentius Perseo, non Illurij Macedonibu, non spolia spolijs, non pecunia Macedonicæ, non dona donis comparari poterant. Paterculus PR. & Cos. triumphasse prodit. sic enim ait S P.Q R. L. Aemilium Paullum, qui PR. & Cos. triumphauerat. Cos. creauit, filium eius, qui ad Canas interierat. Isq; regem maximum, nobilissimumq; Persem in triumpho duxit. Quo anno & Octauij PR. naualis, & Anicij regem Illuricorum Gentium ante currum suum agentium triumphi fuere celebres. sed hos redarguunt marmorei eorum triumphi, in quibus Aemilius Pro. cos. & Anicius, atq; Octauius PRO. PR. inscripti sunt. Aemilij triumphorum mentio est in lapide tiburtino in Foro reperto hmōi.

L.AEMILIVS.L.F.PAVLLVS
COS.CENS.AVGVR
TRIVMPHAVIT.TER

Octauij triumphi meminit etiam Plin. lib.XXXIIII. & Sex. Pom. aitq; fuisse AED.PR.COS.& X VIR.S.F.

M Clau Iins Marcellus alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus Ligures subegit, auct. Flarus. qui mox addit. Res praeterea aduersus Ligures, Corsas, & Lusitanos varia euenta gestas continet. Et quia in fragmentis marmoreis extat VS vltima syllaba populorum, quos deuicit, coniicimus ex Liguribus II triumphasse.

M.CLAVDIVS.M.F. M.N.MARCELLVS.COS A.DXXCVII
DE.GALLEIS. CONTRVBEIS.ET.LIGVRIBVS
VELEATIBVSQVE .INTERK
C. SVLPICIVS.C.F.C.N.GALLVS.COS. ANN. DLXXXVII
DE.LIGVRIBVS.TA:::RNEIS. X.K.MART
M.FVLVIVS.M.F.M.N.NOBILIOR.PRO.COS. A.DXCV
DE.LIGVRIBVS.VELEATIBVS. XII.K.SEPT
M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.II.COS.II. A.DXCVIII
DE . . . . .VS.ET. . . . . . .
P.CORNELIVS.P.F.CN.N.SCIPIO.NASICA AN.DXCVIII
COS.II.DE.DALMATEIS ::
Q.OPIMIVS.Q.F.Q.N.COS.DE.LIGVRIBVS :: AN.DXCIX
L.MVMMIVS PR.DE.LVSITANEIS. :: A.DC::
M.CLAVDIVS.M.F.M.N.MARCELLVS.III AN.DCII
PRO.COS.DE.CELTIBEREIS ::
Q.CAECILIVS.Q.F.L.N.METELLVS.PRO.PR. AN.DCVII
EX.MACEDONIA.DE.ANDRISCO. ::
P.CORNELIVS.P.F.P.N.SCIPIO.AFRICAN.AIMILIAN.A.DCVII
PRO.COS.DE.POENEIS.ET.ASDRVBALE.EX.AFRICA::
L.MVMMIVS. ACHAICVS.II.PRO.COS ANN.DCVIII
DE.ACHAEIS.ET.CORINTHIEIS. . . .
AP.CLAVDIVS.AP.F.AP.N.PVLCHER.COS. AN.DCX
DE.SALASSEIS.EX.ALPIBVS . . .
D.IVNIVS.M.F.M.N. BRVTVS.PRO.COS. A.DCXVII
DE.LVSITANEIS.ET.GALLECEIS.EX.HISPAN.VLTER::
P.CORNELIVS.P.F.P.N.SCIPIO.AFRICAN.AIMIL. A.DCXXI
II.PRO.COS.II.DE.NVMANTINEIS.EX.HISPANIA.CITER:

M. Fuluium de Liguribus Veleatibus triumphum egisse constat ex marmoreo fragmento Plin. inter populos Ligurum Valeates commemorat.

Scipionis triumphi meminit Nepos de illustribus viris. Quanquam ipsum triumphum à Senatu oblatum recusasse ait.

L. Mummij triumphi meminit Obsequens, Appianus, & Nepos de illustribus viris.

Q. Caecilius Metellus de Andrisca triumphauit. P. Cornelius Africanus Aemilianus de Carthagine, & Asdrubale, L. vero Mummius de Achaeis. Ap. autem Claudius Cos. Salassos gentem alpinam domuit. auct. Florus. Metelli triumphi meminit etiam Cic. pro Murena, Africani vero Macrobius in somnium ipsius Scipionis: Mummij ex Corintho Eutropius, et Vir. Aen. Sexta.

Appij triũphi meminit Suet. in Tiberij vita, item Orosius, sed ait ipsum cum propter superiora damna triumphum non impetrasset, ambitione quadã, cum egisse priuatis sumptibus.

Bruti triumphi mentio habetur apud Eutropium, & Plut. in vita Gracchorum. Florus, D. Iunius, inquit, Lusitaniam. Vrbium expugnationibus, vsque ad Oceanum perdomuit. mox ait, ipsum in vlteriore Hispania aduersus Gallecios feliciter pugnauisse. Idem Eutropius innuit eodem anno, quo Scipio de Numantineis, ipsum Brutum de Lusitaneis, & Galleceis triumphasse. In eodem lapide, in quo superius diximus incisum esse Aemilij triumphum, est & Scipionis eius filij hic titulus.

P.CORNELIVS.PAVLLI.F.SCIPIO
AFRICANVS.COS.II.CENS
AVGVR.TRIVMPHAVIT.II

Ex quo titulo, & ex verbis Ciceronis in somnio Scipionis apparet ipsum Cos. II. triumphasse, & ,vt scribit Florus, ex Numantia, quam deleuerat anno XIIII post Carthaginem deletam. in quo numero errat. Sed aduerte quod verum erit, si extremos annos connumeraueris, et si Cos. vel Pro Cos. vtranque vrbem deleuit. Quod si illam Proconsul, hanc vero Cos. XIII. anni tantum erunt. Idem Cic. in Philip. tradit anno ante Valerium, & Licinium Cos. ipsum triumphasse, igitur Procos. Neque me mouet titulus, quia in eo, nõ de solo triumpho, sed de alijs eius honoribus agitur, verũ eiusdem Cic. verba cum ait. Delegere II. Cos. absens, bellum maximum conficies, Numantiam excides. Hic Scipio M'. Aquillio, & C. Sempronio Coss. post duos consulatus, duosque triumphos, & bis excisos terrores reip. mane in lectulo repertus est mortuus, auct. Paterculus. Cic. ad Quintũ fratrem à C. Carbone occisum esse tradit.

Perpernæ triumphi meminimus in Com. A. C. Paterculus cum Aristonicus, inquit, Asiam ex testamento ab Attalo rege Po. Ro. relictam occupasset victus à Perperna & in triumphum ductus. Orosius tamen & Eutropius atq; Strabo volunt ipsum Perpernam morbo correptum apud Pergomum mortuum esse, neque triumphum agere potuisse.

M.PERPERNA PR. AN.DCXXI
DE.ARISTONICO. EX.ASIA

P. RVPILIVS.P.F.P.N.PRO.COS.OVANS. A.DCXXII
DE.SERVEIS.FVGITIVEIS.EX.SICILIA

C. SEMPRONIVS.C.F.C.M.TVDITAN. A.DCXXIV
COS.DE.IAPVDIBVS. K.OCT

M'.AQVILLIVS.M'.F.M'.N.PRO.COS. AN.DCXXVII
EX.ASIA III.IDVS.NOVEMBR

M. FVLVIVS.M.F.Q.N. FLACCVS.PRO AN.DCXXX
COS.DE.LIGVRIBVS.VOCONTIEIS

C. SEXTIVS. CALVINVS.PRO.COS. AN.DCXXXI
DE.SALVIEIS

Q. CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELL.BALEARIC A.DCXXXII
PRO.COS.DE.BALEARIBVS

CN.DOMITIVS.CN.F.AHENOBARBVS. AN.DCXXXII
PRO.COS.DE.ALLOBROGIBVS.ET.ARVERNEIS

Q.FABIVS.AIMILIANI.F.Q.N.MAXIMVS.PRO AN.DCXXXIII
COS.DE.ALLOBROGIB.RVTENEIS.ARVERNEIS.ET
REGE.BITVITO

L.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELL.DALMATICVS A.DCXXXVII
COS.DE.DALMATEIS

M.AIMILIVS SCAVRVS.COS A.DCXXXVIII
DE LIGVRIBVS.ET.GATISCEIS

T.DIDIVS.T.F.SEX.N. PR. ANNO.DCXXXIX
DE.SCORDISCEIS.EX.THRACIA

M.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELLVS. PRO. AN.DCXL
COS. DE.SARDEIS

C.Sempronius contra Iapudas primo rem male gessit, mox victoria cladem acceptam emendauit, virtute D.Iunij Bruti, qui Lusitaniam subegerat. huius & M. Fuluij triumphus habetur in marmore.

In M'. Aquillij triumpho abscisso marmore desideratur nomen hostium ex quibus triumphauit, relictu est tamen vltima litera A. De ASIA potest intelligi, quia tantũ spatij solum relictum est quantum ea dictio occupet. Et Florus scribit ipsum Aquillium Asiatici belli reliquias confecisse. Flacci triumphi extat fragmentum.

Q. Cæcilij triumphi meminit Val. VIII. cap.v Florus, Præterea, inquit res à Q. Metello Cos. aduersus Baleares gestas continet, & de C. Sextio sic, C.Sextios Pro. cos. victa Saluiorum gente coloniam aquas Sextias condidit. Triumphi, non ipse, sed Eutropius meminit.

CN. Domitij triumphi meminit, Eutropius, Victoriæ, Suet. in Nerone, & Paterculus his verbis. Eodem tractu temporum & Domitij ex Aruerneis, & Fabij ex Allobrogibus victoria fuit nobilissima. Quibus verbis innuit, eos triumphasse. Florus etiam scribit hunc Fabium Cos. fuisse, & aduersus Allobroges, ac Bituitum Aruernorum regem feliciter pugnauisse. Propterea Asconius tradit statuam ei in via Sacra positam fuisse.

Appianus bello Illurico scribit, Dalmateis nihil delinquentibus, L. Cæcilium triumphandi libidine bellum intulisse, ac nulla ex caussa triumphasse.

Scauri triomphi meminit Nepos de viris illustribus

T. Didij triũphi meminit Cic. in Pisonẽ. Ex altero eius triũpho hoc anno, quo fuit PR. primũ triũphasse cõijcimus

Paterculus postq̃ meminit de Porcio, & Marcio Cos. subiungit. Circa eadem tempora duo Metelli fratres vno die triumpharont. Sed si duo fratres Cæcilij vno die triumpharunt, oportuit post mortem patris, qui ipso Marco Cos. decessit, triumphum egisse, nam Cic. de finib. ait Q. Macedonicom treis filios Consules vidisse, vnum, videlicet Balearicum etiam Censorem, & virum triumphalem. & quartum prætorium. Si autem volumus, quod ait Val. Macedonicum vidisse duos filios triumphales, dicemus ipsum Lucium anno Vrbis DCXXXVII triumphum egisse, sed non eo die, quo Balearicus. Ideo de Marco & Caio intelligendum, qui mortuo iam patre triumpharint. de quorum triumphis idem Eutropius sic meminit, C.Cæcilio Metello & Cn. Carbone Coss, duo Metelli fratres triumpharunt, alter ex Sardinia, alter ex Thracia.

M. Liuius Drusus Cos. aduersus Scordiscos in Thracia feliciter pugnauit, hactenus Florus. Plin. XXXIII. virum triumphalem fuisse prodit. Suet. etiam ostendit Liuiam gentem duobus triumphis floruisse.

C.CAECILIVS.Q.F.Q.N.METELL.CAPRARIVS. AN.DCXL
COS.EX.THRACIA ≈

M.LIVIVS.C.F.M.AIMILIANI.N.DRVSVS.PRO.COS.ANN.DCXLII
DE.SCORDISCEIS.EX.MACEDONIA ≈

M.MINVCIVS.Q.F. RVFVS.PRO.COS. ANN.DCXLIV
DE.SCORDISCEIS.ET.TRIBALLEIS.EX.THRACIA ≈

Q.SERVILIVS.Q.F.CN.N.CAEPIO.PR. AN.DCLV
DE.LVSITANEIS.EX.HISPANIA.VLTERIORE ≈

Q.CAECILIVS.L.F.Q.N.METELL.NVMIDICVS DCXLVI
PRO.COS.DE.NVMIDEIS.ET.IVGVRTHA.REGE ≈

C.MARIVS.C.F. COS.II. ANNO.DCXLIX
DE.NVMIDEIS.ET.IVGVRTHA.REGE.K.IAN

M.ANTONIVS. PRO.PR. ANNO.DCLI
DE.PIRATEIS.EX.CILICIA ≈

C.MARIVS.C.F. II.COS.V. AN.DCLII
DE.TEVTONEIS.ET.CIMBREIS ≈

Q.LVTATIVS.Q.F. CATVLVS.PRO. AN.DCLII
COS.DE.TEVTONEIS,ET.CIMBREIS ≈

M'.AQVILLIVS.M'.F.M'.N. PRO. AN.DCLIV
COS.OVANS,DE.SERVEIS.EX.SICILIA ≈

L.CORNELIVS.L.F.L.N.DOLABELL.PRO.COS. A.DCLV
EX.HISPANIA.VLTERIOR.DE.LVSITAN.V.K.FEB

De Minucij triumpho Paterculus sic meminit. Clarus eius Minucij, qui porticus, quæ hodieq; celebres sunt extruxit ex Scordisceis triumphus fuit.

De Q. Seruilio Valerius VI sic inquit. Q. Cæpio præturæ splendore, triumphi claritate, cõsulatus decore, Max. Pontificis sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit.

Metelli Numidici triumphi meminit Nepos de illustribus viris. & Gellius XII. cap. ix. hic cum Iugurthinum bellum gereret, eius legatus fuit Marius, qui commeatu petito Romam cum venisset, Metelli tarditatem criminatus, effecit, vt Cos. crearetur, belliq; patrati à Metello, qui bis Iugurtham acie fuderat, summa committeretur sibi. Metelli tamen et triumphus fuit clarissimus, & meritũ virtuti cognomen Numidicum inditum, auc. Paterculus.

De triumphis C. Marij vide Florum lib. LXVII. cum sequenti. Iugurthinum autem duxit K. Ian. vt scribit Plut. id etiam testatur Paterculus his verbis. Marius superato Iugurtha, designatusq; iterum Cos in Vrbem reuersus secundi consulatus initio k. Ian. eum in triumpho duxit. Valerius ait, ipsum post Iugurthinum Cimbricumq; et Teutonicum triumphum Canthato semper potauisse: & libro IX. cap. xij. & VIII. cap. xvi. eius consulatus septem fuisse, ac duos amplissimos triumphos egisse. De Iugurthino mentio est in quodam titulo impresso, item de Cimbrico ac Theutonico. Illud fragmentum, quod est in Quirinali, in domo alias Pomponij Læti, subijcere placuit.

≈VGVR. TR. MIL.EXTRA
≈VGVRTHA.REGE.NVMID
≈TRIVMPHANS.IN
≈ANTE.CVRRVM.SVVM
≈NSVL.APSENS.CREATVS
ↃNORVM.EXERCITVM
≈CIMBROS.FVGAVIT.EX.IEIS. ET
≈IAVIT. REM. P. TVRBATAM

Lutatium vnà cum Mario Cos. V. triumphasse ait Plut. & Val. libro nono. Idem Plut. in vita Pompei vocat Antonium virum triumphalem, qui tamen ouans ingressus est Vrbem.

M' Aquillius Cos. in Sicilia bellum Seruile concitatum confecit, inquit Florus. Cic. secundo de Orat. ait, ouantem Capitolium ascendisse.

L. Cornelij Dolabellæ triumphus in marmore extat; vbi Procos. nominatur, & tamen non fuit Cos. sed videtur poni loco Præt. vt quandoque PR. pro Procos. ponitur, vt diximus.

T.DIDIVS.T.F.SEX.N.II.PRO.COS.EX.HISPANIA. A.DCLX
DE.CELTIBEREIS IIII.IDVS.IVN

P.LICINIVS.M.F.P.N.CRASSVS.PROCOS AN.DCLX
DE.LVSITANEIS. PRIDIE.IDVS.IVN

CN.POMPEIVS.SEX.F.CN.N.STRABO.COS. AN.DCLXIV
DE.ASCVLANEIS PICENTIBVS. VI.K.IAN

P.SERVILIVS.C.F.M.N.VATIA.PRO.PR AN.DCLXV
. . . . . .XII K NOVEM

L.CORNELIVS.L.F.L.N.SVLLA.FELIX.DICT A.DCLXXII
EX.ASIA.ET.DE.MITHRIDATE.PONTI.REGE.K.FEBR

CN.POMPEIVS.CN.F.SEX.N.MAGNVS.PRO.PR. ADCLXXII
EX.AFRICA.ET.DE.HIARBA.REGE.PRIMVS.EQVES.RO=

L.LICINIVS MVRENA.PRO.PR. ANN.DCXXII=
EX.PONTO.DE.MITHRIDATE.REGE===

CN.CORNELIVS. DOLABELLA.PRO. AN.DCLXXVI
COS.EX.MACEDONIA . . .

P.SERVILIVS.C.F.M.N.VATIA.ISAVRICVS.II. A.DCLXXIX
PRO.COS.DE.ISAVREIS.EX.CILICIA ==

C.SCRIBONIVS.C.F. CVRIO.PRO.COS. AN.DCXXC
DE.THRACIBVS DARDANEIS.EX.MACEDONIA===

M.TERENTIVS.M.F.VARR.LVCVLL.PRO.COS.AN.DCXXC
DE.THRACIBVS.BESSEIS.EX.MACEDONIA===

Didius Procos. aduersus Celtiberos feliciter pugnauit, inquit Florus. huius Didij meminit Sallustius, cuius verba extantur à Gellio libro secundo. Triumphi vero mentio est apud Eutropium. P. vero Licinij apud Plut. et Pompei apud eundem Gellium lib. V. cap. IIII. item apud Asconium in Pisonianam.

Sullæ triumphi plures sunt auctores, et inter alios Plin. qui libro XXXIII. sic inquit. Sulla in triumpho, quod ex Capitolinæ ædis incendio, cæterisq; omnibus delubris C. Marius filius Præneste detulerat. XIII. millia auri pōdo sub eo titulo in triumpho transtulit, & argenti VII millia, idem ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo CXV millia. quibus innuit per biduum triumphasse. Sulla, inquit Valerius, qui plurima bella ciuilia confecit, cum cōsumata, ac constructa potentia sua triumphum duceret, vt Græciæ, & Asiæ multas vrbes, ita ciuium Romanorum nullum oppidum vexit.

Plut. tradit, Pompeium Pro. Cos. ex Africa, & de Hiarba, cum nundum Senator esset, triumphum egisse. eiq; sa obiecisse Sullā, qui aiebat Cos. aut duci lege tantū permitti, non ipsi, qui neq; Cos. erat, neq; suis auspicijs bellū gesserat. Mox addit, post triumphū inuito Sulla Lepidū ad consulatū euexisse. Quod si eodē anno, id est falsum. Nam Lepidus fuit Cos. anno tertio post. Pompeius, inquit Nepos de illustribus viris XXVI annos natus triūphauit, vbi legēdū XXIV. vt est apud Florū. huius triumphi mentio est apud Plin. lib. VII. Paterculum, Eutropium, & Cic. pro lege Manilia.

L. Murenæ triumphi meminit Cic. in orationem pro eius filio, & pro lege Manilia.

Cn. Dolabellam ex Macedonia triumphasse ostendit Cic. in Pisonem. vbi sic inquit, Ex qua prouincia vir omni dignitate ornatissimus L. Torquatus, me referrente absens imperator appellatus sit: vnde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis. M. Luculli iustissimos triumphos vidimus, ex ea te Imperatore nuncius ad Senatum allatus est nullus. Suet. etiam in Cæsaris vita hunc virum triumphalem appellat.

P. Seruilius Pro. cos. in Cilicia Isaurios domuit, & aliquot vrbes piratarum expugnauit, inquit Florus. Asconius autem ait, de Cilicia triumphasse captis Coryco, Olympo, Faselide tribus magnis eius terræ vrbibus. Quo autem anno triumpharit, non planè constat. Sed cum Cos. in Ciliciam venerit, et vt ait Cic. quinquennium exercitui præfuerit, atque L. Octauius ei decedenti hoc anno successerit, verisimile est eodem anno triumphasse.

Florus scribit, Curionem Procos. Dardanos in Thracia domuisse. Triumphi non ipse meminit, sed Cic. in Pisonem, & Eutropius, qui ait ipsum Curionem vsque ad Danubium penetrasse, & intra triennium bello confecto triumphasse. Quibus verbis coniici potest hoc, aut certe sequenti anno, triumphum egisse.

De rebus gestis in Thracia à M. Lucullo multi sunt auctores, triumphi vero Eutropius & Cic. in Pisonem. Asconius etiam hunc virum triumphalem vocat. Quo autem anno triumpharit, dubium est.

Ex Hispania, & de Sertorio Pompeius triumphum duxit. Crasso autem permissum, vt ouans Vrbem intraret. Nam iustum triumphum ne ipse quidem sibi decerni postulabat, quod perindignum esse videbatur de superatis seruis triumphare. Horum seruorum dux fuit Spartacus, auct. Plut. Florus scribit, ipsum Crassum PR. primum cum parte fugitiuorum feliciter pugnasse: deinde Spartacum debellauisse, sed PR. adhuc, an Pro PR. non exprimit.

M.LICINIVS.P.F.M.N.CRASSVS.PRO.PR. AN.DCXXCII
OVANS.DE.SERVEIS.FVGITIVEIS.ET.SPARTACO
Q.CAECILIVS.Q.F.L.N.METELLVS.PIVS. AN.DCXXCI
PRO.COS.EX.HISPANIA III.K.IANVAR
CN.POMPEIVS.CN.F.SEX N.MAGNVS.II.PRO.COS.A.DCXXCII
EX.HISPANIA. PRIDIE.K. IAN
M.PVPIVS.M.F PISO.PRO.COS. ANN.DCXXCIV
EX.HISPANIA . . .
L.LICINIVS.L.F.L.N.LVCVLLVS.PRO.COS. AN.DCXC
EX.ARMENIA.PONTO.ET.DE
REGIBVS.MITHRIDATE.ET.TIGRANE
Q.CAECILIVS.L.F.Q.N.METELLVS.CRETICVS. A.DCXCI
PRO.COS.EX.CRETA.INSVLA K.IVN
CN.POMPEIVS.CN.F.SEX.N.MAGNVS.III.PRO.COS. A.DCXCII
EX.ASIA.PONTO.CILICIA.PAPHLAGONIA.CAPPADOC
SVRIA.IBERIA.CRETA.ARMENIA.PIRATEIS
ET.DE.REGIB.MITHRID.ET.TIGRANE.PER.BIDVVM.III.
PRID. K. OCTO
C.PONTINIVS PRO.COS. ANNO.DCXCIX
DE.ALLOBROGIBVS IIII.NON.NOV

Huius ouationis meminit Gellius lib. V cap. vi. Eusebius ait, hoc anno ipsum Crassum triumphasse. De eiusdem Pompei & Q. Metelli Pij triumpho Paterculus ita meminit. Q. Metellus, & Pompeius ex Hispanijs triumphauerunt: Sed Pompeius hoc quoque triumpho adhuc eques Romanus, ante diem, quam consulatum iniret, curru vrbem inuectus est. Valerius lib. VIII. Pompeius, inquit, nondum consulatum auspicatus, bis triumphauit.

M. Pupij triumphi meminit Cic. in Pisonem. & Asconius, aitq; Q. Hortensio, & Q. Metello Coss. triumphum duxisse.

L. Lucullus in Ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnauit, caesis hostibus amplius, quam sexaginta millibus auct. Florus. Apud Plut. habetur Cos. videndum an desit Pro. Triumphi meminit etiam Eutropius. Triumphasse hoc anno clare ostendit Cic. in Lucullo his verbis. Quin etiam, cum victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius, q̃ debuerat, triumphauit. Nos .n. consules introduximus penè in Vrbem currũ clarissimi viri.

Q. Metelli triumphi meminit Paterculus, & Eutropius, qui ait triumphum egisse Sillano, & Murena Coss.

Cn. Pompeium ter triumphasse affirmat Plut. his verbis. Pompeius primum ex Africa, secundum ex Europa, tertium & vltimum ex Asia ducens triumphum, quodammodo visus est ex vniuerso ambitu orbis triumphasse. Eadem fermè tradit Paterculus. Huius triumphi meminit etiam Appianus in libro, qui Macedoniens inscribitur, & Valerius VIII. cap. XVI. Plut. addit, licet eum in binos dies partitus esset, tempus tamen non satisfecisse, ideo apparatuum tot in eo praetermissa, quot alteri triumpho satis fuissent. Res autem gestas, quosque Romano imperio subiugarit populos, & de quibus triumpharit, commemorat Plin. VII. & XXXVII. Quod rerum breuiarium ex titulo in aede Mineruae sito, Plin. in naturalem suam historiam transtulisse, animaduertimus. Non tamen ea omnia in hoc triumpho qui in marmore quattuor versibus tantum continetur, complectuntur, idq; ex eo apparet, quod spatium à principio versus, ad fragmentum in marmore existens, literas XXVI tantũ capit, ita vt quartus versus hoc modo inscriptus esset
ET.DE.MITHRIDATE.ET.TIGRANE.PRID.K.OCTO

Pontinij triumphi meminit Dio, & Cic. IIII. ep. occupationum ad Att. his verbis. Pontinus vult ante diem IIII. Nonarum Nouemb. triumphare, huic obuiam Cato, & Seruilius Praetores aperte. Idem ferè ait III. ad Quintum fratrem. vbi perperam legitur Pomptino, vt hic Pontinus, & apud Florum Potitus. Sunt qui velint triumphum ei negatum, quod bellum iniussu Populi Romani gesserat. Fuit hic PR. ipso Cic. Consule, & ei legatus in Cilicia. Idem Cic. ad P. Lentulum scribens ait, se laetari, quod rem bene gesserit, nec vltra ipse, aut quispiam alius de bello confecto, atque hostibus victis mentionem facit. Sunt qui tradant in Cilicia bellum gessisse, de eaq; triumphasse, sed auctorem non adijciunt. At in ea cum imperium haberet Ap. Claudius, eiq; successerit Cic. oportuit alienis auspicijs hostes debellasse, & ideo triumphare non potuit. & tamen Cic. V. epist. vltima ad Att. de eius triumpho sic meminit.

Acceperam autem satis celeriter Iconij per publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas. Cumq; in prouinciam venerit Sulpicio & Marcello Coss. Pridie K. Sextil. epistolaq; scripta sit Id. Febr. Paullo, & C. Claudio Coss. apparet eodem anno scriptam esse, eodemq; Lentulum triumphasse. At de quibus populus lectori perscrutandum relinquimus.

M.AIMILIVS M.F.Q.N. LEPIDVS.PRO.PR. AN.DCCVI
EX.HISPANIA
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.COS.III. ANN.DCCVII
EX.GALLIA.
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.II.COS.III. ANN.DCCVII
EX.PONTO DE.PHARNACE.REGE
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.III.COS.III. ANN.DCCVII
EX.EGVPTO
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.IV.COS.III. A.DCCVII
DE.IVBA.REGE.EX.AFRICA
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.V.COS.IIII. AN.DCCIIX
EX.HISPANIA CCTOBR
Q.FABIVS.Q.F.Q.N.MAXIMVS.COS. AN.DCCIIX
EX.HISPANIA.III.IDVS.OCTO
Q.PEDIVS.M.F.PROCOS.EX.HISPANIA.IDIB. DEC.A.DCCIIX
C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.VI.DICT.IIII.OVANS. A.DCCIX
EX.MONTE.ALBANO VII.K.FEBR
L.MVNATIVS.L.F.L.N.PLANCVS.PRO.COS. AN.DCCX
EX.GALLIA IIII. K. IAN
M.AIMILIVS.M.F.Q.N.LEPIDVS.II.III.VIR.R.P.C A.DCCX
PROCOS.EX.HISPANIA.PRIDIE.K.IAN

In triumphis marmoreis habemus Aemilij triumphum, cui adijcitur II. ex quo intelligimus bis triumphasse. hunc triumphum ex Hispania fuisse commemorat Dio lib. XLIII, his verbis, Caesar vbi primum à M. Lepido PR. Dictator dictus est, ipsum statim post praeturam in citeriorem Hispaniam misit, & reuersum triumpho ornauit, cum tamen ille non solum neminem vicisset sed ne omnino quidem pugnasset, verum hoc titulo tantum quòd rebus à Longino, & Marcello gestis interfuisset. Itéq; Lepidus in triumpho nihil aliud tulit quàm pecunias, quibus socios spoliauerat.

C. Caesar quinque triumphos egit, Gallicum. Ponticum, Alexandrinum, Africum, & Hispaniensem. auct. Paterculus. Cuius opinionem sequitur Florus, Hispaniensemq; quintum fuisse ait. Plut. autem Gallicum omittit. sic enim inquit. Caesar aliquot triumphos egit, Alexandrinum, Ponticum, Africanum, non de Scipione, sed de Iuba rege. Quarto Cos. designatus in Hispaniam contra Pompei liberos expeditionem egit hoc vltimum à Caesare gestum est bellum, de quo cum triumphum ageret, dolore permaximo Romanum afflixit populum. Si plura desideras vide Appianum, Suetonium, & Dionem.

Cum Fabius vltimo die sui consulatus mortuus sit, in magistratu triumphum egisse, necesse est, & vt scribit Quintilianus, post paucos dies à Caesaris consulatu. Vide Dionem. Q. Pedium virum triumphalem appellat Plin. lib XXXV. cap. iv.

Caesar Dict. IIII. ouans ex monte Albano. Caussam huius ouationis nemo tradit, nisi quod Dio ait permissum esse inter alios honores Caesari, vt post ferias latinas in vrbem ex monte Albano inueheretur. Sed si ouans quomodo curru inuectus est?

De triumpho Lepidi, & Planci Paterculus meminit his verbis, Lepidus IIIvir Paullum fratrem proscripsit, Planco non defuit gratiam ad impetrandum, vt frater eius Plancus Plocius perscriberetur. eóq; inter iocos militares, qui currum Lepidi, Planciq; secuti erant, inter execrationem ciuium vsurpabant hunc versum. De Germanis, non de Gallis, duo triumphant Coss. & quia in marmore habentur Procos. quidam interpretatur Coss. scilicet designatos. Sed quomodo potuerunt Procoss. triumphare, cum nundum consulatum inijssent? Ideo crediderim Paterculum non rectè dixisse eos Coss. triumphasse. vel plebem, militesq;, eos, qui designati erant, irronice Coss. appellauisse, vel in marmore Procos. significare Praetorem.

De rebus

De rebus gestis à Vatinio meminit Dio, & ipse Vatinius in quadam epistola ad Cic. scripta. Appianus autem commemorat caussam cur Cæsor in Illuricum ipsum miserit. Sed de triumpho neminem meminisse inuenio.

P.VATINIVS.P.F.PRO.COS.DE.ILLVRICO.PRIDIE.K.IAN. A.DCCXI

L.ANTONIVS.M.F.M.N.COS.EX. ALPIBVS.K.IAN.A.DCCXII

IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.III.VIR.R.P.C.OVANS.A.DCCXIII
QVOD.PACEM.CVM.M ANTONIO.FECIT

M.ANTONIVS.M.F.M.N.III. VIR.R.P.C.OVANS. AN.DCCXIII
QVOD.PACEM.CVM.IMP.CAESARE.FECIT

L.MARCIVS.L.F.C.N.CENSORINVS.COS. AN.DCCXIV
EX.MACEDONIA.K.IAN

C.ASINIVS.CN.F.POLLIO.PRO.COS. AN.DCCXV
EX.PARTHINEIS. VIII.K.NOVEM

P.VENTIDIVS.P.F.PRO COS.EX.TAVRO. AN.DCCXV
MONTE.ET.PARTHEIS. V.K.DECEM

CN.DOMITIVS.M.F.M.N.CALVINVS. AN.DCCXVII
PRO.COS.EX.HISPANIA. XVI. K.SEXTIL.

IMP.CAESAR.DIVI.F.C.F.II.III.VIR.R.P.C.II. A.CCXVII
OVANS.EX.SICILIA.IDIBVS. NOVEMBR

T.STATILIVS.T.F.TAVRVS.PRO.COS. ANN.DCCXIX
EX.AFRICA. PRIDIE.K.IVL.

C.SOSIVS.C.F.T.N.PRO.COS.EX.IVDAEA. AN.DCCXIX
III.NONAS.SEPTEMBR

C.NORBANVS.C.F.FLACCVS.PRO.COS. AN.DCCXIX
EX.HISPANIA.IIII.ID.OCTOBR

IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.III.COS.V. ANN.DCCXXIIII
EX.ILLVRICO.DE.DALMATEIS.IAPVDIBVSQ

C.CARRINAS.C.F.PRO.COS.DE.SVEVEIS. A.DCCXXIIII
EX.GALLEIS.MORINEISQ.

IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.IV.COS.V ANN.DCCXXIV
EX.ACTIO.NAVALEM.EGIT

IMP.CAESAR.DIVI.F.C.N.V.COS.V. ANN.DCCXXIIII
EX.AEGVPTO.ET.CLEOPATRA.

Cum L. Antonius ex quibusdam populis Alpineis triumphare vellet, primum à Fuluia M. Antonij vxore prohibitus est, mux precibus amicorum mota eum triumphare permisit, de ijs, quos vicisse asserebat, cũ tamen neque illis præfuisset, neque quicquam triumpho dignum egisset, quem triumphum K. Ian. actum esse scribit Dio. Idem etiam commemorat quæ gessit Asinius in Parthinos, sine triumphi mentione. Parthinorum meminit Cæsar de bello ciuili. Sunt autem populi Illurici de quibus Horatius lib. II. Asinium triumphasse ostendit, his verbis. Et cunsulenti Pollio curiæ, cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho. De pace Cæsaris cum Antonio & ipsius Antonij cum ipso Cæsore, vide Dionem.

P. Ventidij triumphi meminit Val. VI. cap. x. his verbis. Hic est Ventidius, qui postea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Crassi manibus in hostili solò miserabiliter iacentibus triumphum duxit. itaq; qui captiuus carcerem exhorruerat, victor Capitolium celebrauit. Potereulus. Vidit, inquit, hic omnis Vẽtidium, hic postea triumphauit. Appianus de eo sic ait. Ventidius de Parthis vsque ad ætatẽ nostram solus triumphauit. Florus scribit hunc Antonij legatum Parthos prælio victos Syria expulisse. Dio tradit Ventidij victoriæ iam portæ Antonium superuenisse. & ob inuidiam eum à dignitate amouisse, ac Antonium ipsum, cuius auspicijs Ventidius bellum gesserat, triumphum egisse. Nihilominus tamen Senatum Ventidio etiam triumphum concessisse, mortuoq; Antonio solum triumphasse. Plut. aliter sentire videtur, cum inquit, Ventidium, vt decuit, laudatum, atque donorum Romam ad triumphum Antonius remisit. Hic solus vsque ad ætatem nostram triumphauit de Partheis, homo obscuro loco natus, sed celsi anim, & magnarum rerum cupidus. Gellius XV. cap. iiij. de hoc Ventidio plura commemorat, & ab eo Bassus cognominatur. Cn. Domitij triumphi, & Cæsaris ouationis mentio est apud Dionem item de rebus gestis à T. Statilio, & Sosio.

De Cæsaris triumphis Suet. sic loquitur. Bis ouans ingressus est vrbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum. Curuleis triumphos treis egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum continuo triduo omnes. Florus etiam de tribus tantum meminit. Dio tradit, ipsum Cæsarem primo die ex Pannonia, Dalmatia, Iapigia, Celteis, Galleisq;

vicinis triumphauisse, secundo vero die bellum nauale Actiacum representasse: & tertia ex Aegypto duxisse triumphum. Macrobius primo cap x. scribit, Augustum prædictos treis triumphos egisse mense Sextili. Cuius verba citantur in Com. A. C. anno Vrbis DCCXXII. De Carrinatis triumpho vide eundem Dionem.

L.AVTRONIVS.P.F.L.N.PAITVS.PRO COS.EX.AFRICA. XVII.K.SEPTEMBR — AN.DCCXXIV

M.LICINIVS M.F.M.N.CRASSVS.PRO. COS.EX.THRAECIA.ET.GETEIS.IV.NON IVL — A.DCCXXV

M.VALERIVS.M.F.M.N.MESSALLA. CORVINVS PRO.COS.EX.GALLIA.VII.K.OCT — A.DCCXXVI

SEX.APPVLEIVS.SEX.F.SEX.N.PROCOS. EX.HISPANIA. VII.K.FEBR — A.DCCXXVII

L.SEMPRONIVS.L.F.L.N.ATRATINVS. PRO.COS.EX.AFRICA IIII.IDVS.OCT — A.DCCXXXII

L.CORNELIVS.P.F.BALBVS.PRO.COS. EX.AFRICA VI.K.APRIL — A.DCCXXXIV

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.PRO.COS. OVANS.DE.DALMATEIS E T.PANNONIEIS — A.DCCXLIV

TI.CLAVDIVS.TI.F.NERO.II.COS.II. DE.GERMANEIS — AN.DCCXLVI

TI.CAESAR.AVGVSTI.F.DIVI.N.III. PRO.COS.DE.ILLVRIEIS. — AN.DCCLXIII

L. Autronij triumphus actus videtur anno sequenti, quia in marmore non est locus capax DCCXXIIII, & vix DCCXXIV. recte igitur leges DCCXXV.

De rebus gestis à M. Licinio in Thracia, & aduersus Getas, ac de eius triumpho mentio est apud Dionem.

Messallæ triumphi meminit Dio. qui triumphus maxime celebratur à Tibullo elegia VII.

Balbi triumphum, & oppidorum nomina in ea ducta commemorat Plin. lib. V. Meminit etiam Solinus. et Strabo III. ait Balbum Gaditanum fuisse virũ triumphalem.

Paterculus tradit curam belli Pannonici, ac Dalmatici in demortui Drusi fratris locum Ti. Claudio Neroni demandatam esse, ac alterum triumphum cum altero consulatu ei oblatum. De quibus, item de tertio, vide Dionem.

FINIS.



VIA triumphi qui sequuntur, nullo certo auctore, sed sola coniectura à quibusdam adiiciuntur, fit vt certi & ipsi incerti efficiantur. propterea, ne lector decipiatur, seorsum hos posuimus, vt ei certiora inuestigandi etiam occasionem præberemus.

Ancus Marcius. Numæ F.M.N. Ann. . . .
Rex quartus. II. de Sabineis . . .

T. Lucretius. T.F. Tricipitinus An.CCXLIX
Cos. II. de Sabineis, & Veientibus . . .

P. Seruilius. P.F. Priscus Anno.CCLVIII
Cos. de Volsceis primus sine. s. c. . . .

A. Cornelius. M.F. ser.N. Cossus An.CCCXXV
Cos. de Veientibus. Isq; spolia opima rettulit hostiũ duce Laerte Tolomnio Rege interfecto

Ap. Claudius. P.F. AP.N. Crassinus An.CCCXCI
Regillensis Dict. de Herniceis . . . Nouembr

P. Decius. P.F.Q.N. Mus Anno.CDXLI
Cos. de Samnitibus . . . Sextil

L. Postumius. L.F. SP.N. Megellus A.CDXLVIII
Cos de Samnitibus . . Non. Octobr

P. Cornelius. P.F. Rufinus An.CDLXIII
Cos. de Samnitibus . . .

P. Cornelius. Dolabella An.CDLXX
Cos. de Etrusceis & Galleis Senonibus . . .

Ap. Claudius. C.F. AP.N. Caudex Procos. A.CDXC
De Poeneis, & Rege Siculor. Hierone . . .

Q. Fuluius. M.F.Q.N. Flaccus An.DXVI
Cos. de Liguribus Intercalar

L. Postumius. A.F.A.N. Albinus An.DXXV
Procos. de Illurieis . . . X. Quint

P. Cornelius. CN.F.L.N. Scipio. Asina A.DXXXII
Cos. de Istreis. . . .

Q. Opimius. Q.F.Q.N. An.DXCIX
Cos. de Liguribus . . .

M. Claudius M.F.M.N. Marcellus. A.DCII
III. Procos. de Celtibereis . . .

Ser. Fuluius Flaccus. A.DCXIIX
Cos. de Vardaeis ex Illurico . . .

C. Cassius. C.F.C.N. Longinus A.BCXXXI
Procos.de Salueis, & Arunceis . . .
Q. Marcius. Rex. Anno BCXXXV
Cos.de Sarnieis Alpineis . . .
Q. Mucius.Q.F.Q.N.Scaeuula A.BCXXXVI
Cos. de Dalmateis . . .
D. Iunius.M.F. Silanus Propr.A.BCLVIIII
De Lusitaneis ex Hispania vlteriore . . .
P.Cornelius.P.F.Lentulus Spinther An.BCCII
Procos. ex Cilicia . . .
Cn Domitius.L.F.CN.N. Ahenobarbus An.BCCXXI
Procos. ex Hispania . . .
P. Silius.P.F. Nerua Anno.BCCXXXIIX
ex Alpibus, & Pannonieis . . .
L. Asinius.C.F.CN.N. Gallus Anno.BCCXXXVIII
Procos.de Sauromateis . . .

Errata In Annalibus Consulum corrigenda sic.

Anno 257 A.POSTVMIVS. 276. *subduc* M. HORA*tium uno versu, item tres Consules qui subsequuntur*. 297. M·VALERIVS. 298. *deduc uno versu* C. VETVRIVM & A. ATENIVM 306. *lege* FACTI. SVNT. COSS. 311. M. FABIVS. 319 L. VIRGINIVS. TRICOSTVS. 327. PACILVS. 350. *In fine primi versus dele* M. 363. Q. FABIVS. AMBVSTVS. II. *eodem anno* Q. SERVILIVS. 364. *dele lineam post* P. CORNELIVS. 365. L. AQVILLIVS. 369. CAMILLVS. V. 378. CALVVS. II. 385. EORVM. 400. PETICVS. VI. 433. M. FOSLIVS. 443. APPELLATVS. 499. ASIN. II. 537. N. FABIVS. M. F. M. N. 573. IN. E. L. F. E 587. M'AIMILIVS. 645. L. F. LXIII. 595. L. CALPVRNIVS. 701. *præponatur* Q. CAECILIVS. M. CLAVDIO, *ut sit conlega* CN. POMPEI. *& ipse Claudius Ser. Sulpiey.* 721. EX. K. IVL. *In ludis sæcularibus quinct.* M. CLAVDIO.

In tractatu de numeris, appares, & circo finem. variæ sunt.

In Triumphis.

M. VALERIVS. AN CCXLVIII. C. AQVILLIVS. A. CCLXVI. T. VETVRIVS. COS. *dele* III. M. HORATIVS. DE. SABINEIS. *anno.* 322. A. POSTVMIVS. MAM. AIMILIVS DIC. II. ID. FEB. *In quarto huius triumpho lege.* ANN. CCCLXXXVII. P. SEMPRONIVS. SOPHVS. ANN. CDXLIX. *Anno sequenti post P. Sulpicium subiunge sic*

C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II. AN. CDLI,
DICT. DE AEQVEIS. IIII. K. SEXT

Anno 458. Q. FABIVS M. F. N. N. 477. Q. FABIVS. Q. F. M. N.

Anno 518. *post* P. CORNELIVM *adde*

T. MANLIVS T. F. T. N. TORQVATVS. AN. DXVIII
COS DE. SARDEIS. VI. IDVS MART

METELLVS. PIVS. AN. DCXXCII

In Commentario A.C.

Anno 39 *imperitius.* 224. *mandabantur, ibidem, dicebatur.* 259. *conlegæ.* 266. *autem.* 269. *cognomen.* 271. *& illi, ibidem, an hic* 272, *semel eum.* 279. *quæ lectio.* 281. *crediderim.* 294. *ad annum* CDIX. 295. *ut omnes.* 297. *multo post, ibidem, ratione. & inferius, solitos.* 300 *fame.* 301. *dele alterum.* MIL. 309. *anno* CCCXXVIII. 310. *decessisset.* 319. *mutili.* 330 *Val.* III. 338. *Cincinnatus.* 342. *Aegyptum.* 353. *ille fit, ibidem, Poetelius & Poetilius.* 356, *eum esse.* 361, *bellum Vulsiniense.* 363. *exemplum anno,* CCCLXXXIII. 371, *inueniretur.* 375. *Rufus.* IV. 385. *dele, seditionis auctorem, & post Nom insere, seditionis auctor.* 390. *fuit Tribunus. ibidem* 272 SP. *Furius & infra, sicut & Lucius.* 451, *C. Laetorius* 452. *mandabantur.* 466, *inseruerant.* 543. *sex annis,* 545, *quintum Consulem.* 612, *& Q. Seruilium.* 640, *Silanum,* 651 συνφνίου. 655. *Q. Metelli, Q. Metellum.* 687, *succurri.* 689, *Atticum.* 710, *ab hirto.* 721, *quædam.* 730, *cognomen addit.* 732, *& Lepidum.* 759. IMP. CAESARE, POTEST. XIX. *& in sequenti titulo lege* IMP. CAESAR. *& circo finem, sequuntur.*

In tractatu de triumphis. cum sola, ibidem, quosdam. In commentario eorundem. De Ser. Tullio, Torquinieis. Anno 278. *non meminit Liuius, sed Diony.* 295, *à C. Plautio.* 460. *antea treis.* 655, *in marmore.* 672. *quibus verbis innuit.* 691, *qui ait,* 692, *in hoc triumpho.*

REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N

Omnes sunt terniones, præter a A N duerniones .

Romæ apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem M D LX.











